p Primum myſterium dr̄ exoratiōis. Circa qḋ ſm deuotos contēplari poſſumus put hūane imaginatiōis exigit modus: q cū ſcti pr̄es tenerentꝰ capti in limbo: diabolus ſup eos tanq̄ ſuꝑ ſeruos volebat dn̄ari: iuxta illud. ij. Pet. ij. A q̄ quis ſuperatꝰ eſt: eiꝰ ꝛ ſeruꝰ ē. Nouerat tn̄ q ſacra ſcptura ꝓnūciante: ſcti patres ſperabāt chriſtum venturū deū in carnē ꝛ paſſuꝝ ꝓ redēptōe generis hūani. ſed nō aduertens diuinū cōſiliū: putabat q deꝰ pati non debuit: et hō ſatiſfacere purus nō valet ſoluēdo damna fraudis cōmiſſe. ideo in ſupbia creſcens diabolꝰ deridebat ſanctos patres in limbo: dicens illud. j. Regū. xvij. Eligite ex vobis virū q̄ deſcēdat mecū ad certamē: veniat ꝛ liberet vos. Et exprobrādo di. illud Malach. iij. Vanꝰ ē oīs q̄ ſeruit deo: ꝛ q̄d emolumentū qꝛ ſeruiuiſtis ei. Unde ſcti lamentantes di. Thren. iiij. Pupilli facti ſumus: ſerui dn̄ati ſunt noſtri ꝛ nō fuit q̄ redimeret: defecit gaudiū noſtꝝ: cecidit corona capitis nr̄i: ve nobis quia peccauimꝰ. Tunc interea Adam pater generis hūani conſolabatꝰ eos di. Nunq̄d in eternū ꝓijciet deus aut abſcīdet miſeratiōes ſuas a generatione in generationē: Nunc ḡ accedam ad dn̄m et exorabo. Et dixerunt. Bonus eſt ſermo quē locutꝰ es. iij. Reg. ij. Jntrans ḡ Adā in ſpū corā maieſtate dei ꝛ ꝓcidens dixit illud Job. x. Manus tue dn̄e fecerūt me ꝛ plaſmauerunt me cotū ꝛc. Et deꝰ ait illḋ Ps. O Adā: exiſtimaſti int̄ q̄ ego ero tui ſilis. ſ. qn̄ cōcupiuiſti ſilitudinē meam: arguā te ꝛ ſtatuā ꝯtra faciē tuā. Tunc Adā ꝑterritꝰ ait intra ſe illud Ps. Ommutui ꝛ hui a bonis: et dolor meꝰ renouatꝰ ē. Acceptaq̄ fiducia ꝛ viribꝰ reſumptis ait illud ſcptū. iij. Reg. vi. Confundor faciē meā leuare in celū ꝑ magnitudine iniq̄tatis mee: tn̄ miſerere mei deꝰ (vt ſcptum eſt ꝑ Ps.) ſm magnā miſcḋiam tuam. Et ſm multitudinē miſerationū tuarū dele iniq̄tatem meā. Jn te dn̄e ſꝑaui nō ꝯfundar in eternū: in iuſticia tua libera me. Jnclina aurē tuam: accelera vt eruas me. ſ. cum oī poſteritate mea. Tunc aſtans di iuſticia ait. Quid tu Adā loq̄ris: dices dn̄o: Jn iuſticia tua libera me. Nōne decretum eſt iuſticie diuine vt deleantꝰ pctōres de libro viuentiū: ꝛ cū iuſtis n̄ ſcribantꝰ: teſte Ps. Et iterū. Couertantꝰ pctōres in īfernū: oēs gētes q̄ obliuiſcuntꝰ deū. Tu ḡ cū pctōr ſis: ḡ iuſte derelinq̄ris ī inferno cū oī tua poſteritate o q̄ pctm̄ cōtractū eſt. Territꝰ Adā fugit a facie dn̄i: et lachꝛymabiliter cepit dicere illud Thre. j. Ego plorās ꝛ oculus meꝰ deducēs aquā: qꝛ facti ſūt filij mei ꝑditi. Jtē illud Ps. Heu mihi qꝛ incolatꝰ meꝰ ꝓlōgatꝰ ē ꝛc. Tūc oēs ceperūt planctū magnū: oīs maritꝰ ſumpſit lamentū: di. illḋ Thren. ij. Quō ꝓiecit dn̄s de celo inclytā iſrael: et nō eſt recordatus ſcabelli pedū ſuoꝝ. Repulit dn̄s altare ſuū et tradidit nos in manꝰ inimici.

Capitulum. II.

c Um igitꝰ ꝑſeuerarent gemitibꝰ: dixit inter eos Dauid. Uſq̄quo lugetis. Cōgregate ſanctos q̄ ordinauerunt teſtamentū eiꝰ ſup ſacrificia: ſuauis em̄ dn̄s ꝛ miſerationes eiꝰ ſup oīa opa eiꝰ. His v̄bis confortati collegerūt concilium vt de pace adquirenda legationē dirigerent deo ſuo. Et elegerūt q̄tuor viros magne ſanctitatis. vicꝫ Eſaiam: Hieremiā: Job: et Dauid. et dixerūt. Jſti ſunt viri ſancti q̄s elegit dn̄s in charitate non ficta. Nam Eſaias futura rerum in chꝛo et eccl'ia preuidit domino reuelāte. Hieremias ſanctificatus fuit in vtero matris. Job erat vir ſimplex: cui ſimilem in terra non

ſum aūt fuit pctm̄ Ade ⁊ meruit penā: ideo con/
gruū eſt o dn̄e deus vt ſm tuā miſcdiam ampli
es ei feruore clementie ⁊ miſerationis tue: indul
gendo eiꝰ pctō. Tertio ꝓbat rōne ſūpta ex lege
phica. qꝛ vnicuiqꝫ rei cōueniēs eſt illud qd cōpe
tit ſibi ſm ſuā ꝓprietatē naturalē: vt dicit Ariſt. ⁊
Porphiriꝰ li. de vl'i. Propriū inqt eſt qd vni ſo
li ⁊ ſemꝑ ꝯuenit: vt homi ridere vel rōcinari ⁊c.
Sed deo ꝓpriū eſt miſereri: vt canit eccl'ia. Deꝰ
cui ꝓprium eſt miſereri. ergo ⁊c. Et hoc confirmat
ꝑ exempla naturalia. qꝛ pietas ⁊ miſcdia ꝓpria ē
nobilibꝫ et magnanimis animalibꝫ. Nouit em̄
ira leonis parcere ꝓſtratis. Sed ⁊ vrſus aīal ira/
cundiſſimū ⁊ aper ferociſſimꝰ parcere norunt ꝓ/
ſtratis: idcirco cōueniēs eſt vt deꝰ miſereat homi
ꝓſtrato ꝑ pnīe humilitatē. Quarto ex lege ci/
uilica. qꝛ dolus alicuiꝰ nō debet ſibi patrocinari
vt exinde pmiū vl' lucrū aſſequat. ff. de dolo ma.
l. ne ex dolo ſuo lucret. Nec debet qs cōſeq emo/
limentū de mendacio ſuo. vt. ff. de natalibꝫ reſti
tuendis. l. j. Sed qꝛ ſerpens fraude Adā ⁊ Euā
decepit vt in ſeruitutē ⁊ captiuitatem eos redige
ret: ideo maleficia ſerpentis lucrū ⁊ emolimentū
habere nō debēt: vinculis ſuis ſꝑ hoīes detinen
do. Item deceptis ⁊ nō decipientibꝫ iura ſubueni
unt. ff. ad velleianū. l. ij. Uerba. Et. ff. de in inte/
grū reſtit. §. finali. Debet ergo ius diuinū ſubueni/
re decepto homi ⁊c.

Capitulum. II.

S Ecundo circa hanc qſtionis deciſionem
cōteplemur veritatis ⁊ iuſticie opiniones.
Cū em̄ talibꝫ rōnibus miſcdia inclinaret
deum patrē ad miſerandū ⁊ redimendū hoīes:
veritas obſtabat di. O miſcdia qd tu loqueris:
nunqd vis me ꝑire: tu em̄ dn̄e deus cū ſis deꝰ
et nō mentiaris. Nā ſcptū eſt. Ueritas dn̄i ma
net ī eternū: ꝑ Ps. Sed tu dixiſti hoī Quacūqꝫ
hora comederitis: morte moriemini Gen. ij. ergo
oportꝫ ꝙ iſta ſnīa tua ſtet fixa ī veritate: ⁊ ſi hō
in morte maneat. Ad hec Miſericordia reſpon
dens ait. Nōne vbi ſcptum eſt: Ueritas dn̄i ma
net in eternū: imediate pmiſſuꝫ ē. Qm̄ cōfirma/
ta ē ſuꝑ nōs miſericordia tua. Faciēda eſt ergo hec
miſcdia hoī vt liberet ꝓpter me: ne forte ipe deꝰ
videatur eſſe īmiſericors. ſed ⁊ tu veritas debes
mihi conſentire in h. Ne aūt obſtet veritas illiꝰ
ſentētie quam allegaſti. ſ. Quacunqꝫ hora come
deritis: morte moriemini. fiat hoc modo: vt hō
⁊ moriatur ⁊ qdammodo n̄ moriatur ꝓpter me.
Moriat qdeꝫ corporaliter: cuius qdem mortis
neceſſitatem incurrit ꝑ illā ſnīam. ſed nō moriat
morte eterna. In hoc em̄ mihi cōſentire debes:
qm̄ ſcptum eſt. Nunqd in eternū ꝓiiciet deꝰ aut
in finē miſericordiā ſuā abſcidet a generatione in
generationem ⁊c. Ait veritas. Uere tibi nō con
ſentire aſpeꝝ eſt ⁊ crudele iudico: qm̄ ſcriptū eſt.
j. Cor. xiiij. Nō eſt diſſenſionis deus ſed pacis.
Libeat ergo miſereri hoī hoc modo: q nō derogatur
veritati. Iuſticia ꝟo videns veritatem conſen/
ſiſſe: ait ad eas. Quid facitis o miſcdia ⁊ veritas:
nunqd deꝰ ſubuertit iudiciū? Job. xxxiiij. Scri
ptum eſt em̄: Iuſtus dn̄s ⁊ iuſticiā dilexit: eqta
tem vidit vultus eiꝰ Ps. Nō ergo ꝑmittaꝫ ſic hoī
miſereri vt excludar. Iuſticia qꝓpe reqrit vt ſicut
ſcriptum eſt Eſa. xxvj. Tollat impius ⁊ pctōr ne
videat gl'iam dei ⁊c. Miſericordia ait. O iuſti/
cia nō ſis mihi cōtraria. ſed fiat homi miſericor/
dia ſaltē ꝓpter me: ſi nō ꝓpter Adam. qꝛ ſcptum
eſt ꝑ Ps. Miſeratiōes dn̄i ſuꝑ oīa eiꝰ. ergo et ſuꝑ
iuſticiam. vnde ⁊ tu mihi debes cōſentire vt hō
miſericordiam conſequatur. Iuſticia ait. Non
poſſuꝫ aliter conſentire niſi ⁊ mihi ſatiſfiat: nec
decet vt deus tm̄ agat ſm miſericordiam: ſed ⁊
ſm iuſticiam. Fiat ergo mihi ſatiſfactio de pctō ho/
minis vſqꝫ ad nouiſſimū qdrantem: dicente ſcri
ptura. Amen qꝓpe dico vobis: nō exibit inde hō
niſi reddat nouiſſimū qdrantē Math. v. Hoc
facto tibi bene cōſentire poſſuꝫ vt homo liberet:
al's ego peribo. Et vt Anſ. li. j. Cur deus homo.
ca. xij. dt. Liberior inqt eēt iuſticia ſi ſola miſicor
dia dimitteret. Dimittere ē qꝓpe pctm̄ ſine ſatiſfa
ctione: nō eſt aliud ꝙ nō punire. Si autē pctm̄
nō punit: inordinatū aliqd dimittit: quod nō de/
cet regnum dei. ergo ⁊c.

Capitulum. III.

T Ertio cōtemplemur circa hoc diuine ſa/
pientie diffinitiōem ſiue cōcluſionē. Naꝫ
tot cōtrarietatibꝫ motis: deus pater dedit
oē iudiciū facere filio: ſicut ſcptum eſt Joā. v. et
mandauit iſtud decernere. Filius aūt q ⁊ ſapiē/
tia dei patris eſt: ſm Apl'm. j. Cor. j. auditis alle/
gationibꝫ vtriuſqꝫ partis: dixit Iuſticia dei: perij
ſi Adam nō maneat in morte. Alia aūt dt: perij ſi
Adaꝫ miſericordiā nō cōſequatur. Hec eſt ergo
diffinitiua ſentētia ſuꝑ hoc. Fiat pena et mors
bona Ade: et habebit vtraqꝫ quod petit. Obſtu
puerunt omnes et dixerunt. Quomō fiet iſtud:
cum pena ſit amara ⁊ mors peccatorū peſſima:
teſte ſcptura. quomō ergo erit bona? Iudex ait.
Queratur ex filijs Ade aliqs q oīno ſit iuſtus
et abſqꝫ omni peccato etiam originali qui non
ſit dignus mori: et iſte moriatur ex charitate et
puniatur pro humano genere. cum non ſit de/
bitor mortis et pene: ſatiſfit iuſticie: et hoī miſe/
ricordia impendetur. Cucurrit ergo veritas et
circūiuit orbem terre ⁊ querit ſi inueniat talem
īnocentē: ⁊ nemo eſt inuētus mūdꝰ a ſorde: nec
infans cuius eſt vniꝰ diei vita ſuꝑ terraꝫ: teſte
ſcriptura. Tūc cū rediret: miſericordia ⁊ veritas
obuiauerūt ſibi. ſ. mutuo. Et qſiuit miſicordia
ſi inueniſſet iuſtū. Illa reſpōdit. Omnes decli/
nauerūt ſiml' inutiles facti: nō eſt q faciat bonū:
non eſt vſqꝫ ad vnum: teſte Ps. Tunc et iuſti/
cia ait. Etſi inueniretur talis iuſtus ſed purus
homo: quomō eius morte vl' pena ſatiſfieret ſm
dei iuſticiaꝫ de pctō homis: cuꝫ pctm̄ hominis

ſit infinite grauitatis. Tū qꝛ cōtra bonitatē infi-nitā. Tū qꝛ hoīez infinito bono ꝑuauit. Tū q̄ꝫ qꝛ infinita indiuidua hūani generꝭ ī potētia cor-rupit: ſicut patuit ꝑte ꝓma huiꝰ libri. ar. ij. ca. ij. ī medio. Oīs aūt hō purꝰ finiti eſt meriti. igiť ꝛc. Tūc ait diuīa charitas. Quicq̄d in hac re cōten datꝭ: hoc eſt iudiciū vt deus fiat hō iuſtiſſimꝰ et abſq; pctō: et ex charitate ſatiſfaciat ſm meram iuſticiā ſua pena ꝛ morte ꝓ hoīe. Sicq; miſcđie ꝛ iuſticie ſatiſfit: ꝛ cum hoc charitas dei infinita manifeſtabiť: cum ſic deꝰ hoiem dilexerit ꝛ laue-rit eū a pctīs ſuis in ſanguine ſuo. Sup hac ſen tentia pacata eſt iuſticia ꝛ oſculū pacis dedit mi ſericordie ꝛ charitati: et tunc iuſticia ꝛ pax oſcu-late ſunt. Tunc deus pater ait. Oīa in ſapientia fecimꝰ: mundū creando. ſic oīa in ſapientia. i. in filio faciemꝰ: mūdū reparando. Ait filiꝰ. Ecce ego: vt fiat iſta miſcđia: charitas: iuſticia: et ꝟitas in ꝓmiſſione. In capite q̄ppe libri ſcriptū eſt de me vt facerē volūtatē tuā. Et ſic determiatū eſt vt fi-lius dei ſit hō: ꝑ incarnationē quoq; eiꝰ ꝛ paſſio nē liberet homo. O igiť aīa fidelis. O chri ſan guine redempta: vide q̄nta charitate deꝰ te ama uit: vide quanta eius miſcđia erga te extitit: q̄n-ta bonitas: vt ipſe pro te peccatore voluerit ī ſe-ipſo ſatiſfacere. et cum reſurgere nō poſſes: ipſe pro te ſubleuando ſeipm ſubiecerit. Exinaniuit ꝓ te ſemetipm ꝛ formā ſerui accepit: q̄ pctā tua ipſe ꝑtulit in corꝑe ſuo: vt peccatꝭ mortua iuſti-cie viuas. O gratioſiſſima diuine ſapientie diffi nitio: vt deus ſit homo cuiꝰ paſſiōe redimať ho-mo. O felix culpa (inquit Greg.) que talem me-ruit habere redemptorē. O benigniſſime deꝰ tibi quid pro his referamꝰ laudis et gratiarū actio-nis: ſi milleſies nos ꝓ te impenderemus: mini-mū eſſet ad id quod tibi ex equo debemꝰ ꝓ tāto dono ꝛ bn̄ficio immenſo.

Articulus tertius qualis condicionis debuit eligi ꝛ eſſe mater dei ꝛ dn̄i Jeſu chri.

T Ertium myſteriū

dr maternalis electionis. Circa qđ ꝑ cōtinuatiōe hiſtorie ꝑcedētꝭ poſſumꝰ cōtemplari ꝙ poſtq; patrib ſanctꝭ innotuit ꝙ dei filius de ſua mr̄e ꝑelectiſſima icarnari debe-ret: cōſilio inito dixerūt ad inuicē illud. iij. Reg. j Queramꝰ inq̄t nūc adoleſcentulā virginē ſpecio ſam que ſtet coram rege ꝛ ſeruiat ei ꝛc. Talē in-quā que digno ſuſcipiat hoſpitio deum noſtrū: nec in ea inueniať quod oculos ſue maieſtatꝭ of fendat: ne forte inducat ſup nos maledictionem ꝓ bn̄dictione Gen. xxvij. Tunc inter eos Job di xit qđ ſcriptū eſt ca. xj. Forſitan veſtigia dei com ꝑhendemꝰ ꝛ vſq; ad ꝑfectū oīpotentē repiemꝰ. excelſior celo eſt ꝛ vnde ꝯgnoſcemꝰ. q. d. Nō poſ ſumus nos iſtud ꝑ oīa ꝑfecte ſcire quot ꝛ q̄ntꝭ ꝑfectionib dei mr̄ debeat fulgere. ſed hec ad ſa-pientiam dei ꝑtinent declarare. Exurgens q̄ꝫ Je ſus filius Sirach q̄ ꝛ Eccl'iaſticꝰ appellať: dixit quod ſcriptum eſt ca. j. Omnis ſapiā a dn̄o deo eſt. arenam maris ꝛ pluuie guttas et dies ſeculi qs dinūerauit: ſapientiā dei ꝑcedentē oīa qs in-ueſtigauit: radix ſapiētie cui reuelata ē: et aſtu-tias eius qs agnouit: Unus eſt altiſſimus crea tor oīm: omīpotens ꝛ dn̄ans deꝰ: ipſe creauit il lam. ſ. virginem matrē ſuam. i. creandam preui-dit ab eterno ꝛ multis ꝑfectiōib decorandā. ſe-quiť. Ipe ſolus vidit ꝛ dinumerauit ꝛ menſus eſt ꝛ exaltauit eam ſup oīa opa ſua ꝛ ſup omnez carnē ſm datū ſuū. Hec ibi. Dixerūt itaq;. Mit-tamus ꝰ ad dei ſapiām legatum vt doceat nos qualis cōdicionis eſſe debeat ꝛ q̄ntꝭ fulgere de-beat ornatib ꝑfectionū ipſa q̄ digna eſt eligi in matrē dei. Miſerunt igiť Dauid: qui veniēs ait ad diuinā ſapientiā. Dn̄e ad te confugi: doce me facere voluntatē tuam quia deꝰ meꝰ es tu. ſpūs q̄ppe tuꝰ deducet me in terrā rectā: ꝓpter nomen tuū dn̄e viuificabis me in eq̄tate tua. Scio em̄ qꝛ btūs quē tu erudierꝭ dn̄e et de lege tua docu-eris eum ꝛc. Doce ꝰ me tuā volūtatē de matris eligende condicione. Reſpondens quoq; diui-na ſapientia ait illud Deuť. vj. Obſerua ꝛ audi que ego loquor tibi hodie. Ipſa quippe virgo q̄ deum debuit conciꝑe: debuit eſſe femīa amicta ſole charitatis: et luna mundane inſtabilitatis ſub pedib eius ꝑ cōtemptū oīm terrenoꝝ: et in capite eius corona duodecim ſtellaꝝ. qꝛ. xij. con-dicionib nobilitatꝭ debuit fulgere et gloriari: q̄ ſequunť in trib q̄ternarijs diſtincta. Primus q̄ternarius accipiť ex parte corꝑis. Secundus ex ꝑte aīe. Tertiꝰ ex ꝑte vtriuſq;. Nam ex parte corꝑis debuit eſſe

Primo formoſiſſima.
Scđo nobiliſſima
Tertio de Dauid ſtirpe regia
Quarto nomine Maria

Secundo ex parte aīe debuit eſſe

Primo a peccato puriſſima.
Scđo virtutib adornatiſſima
Tertio ſanctitate excellentiſſima
Quarto dono dei ꝑfectiſſima.

Tertio ex parte vtriuſq; debuit eſſe

Primo ꝟgo caſtiſſima
Scđo voto Joſeph conſecrata
Tertio viro deſponſata.
Quarto in Nazareth cōmorata.

Capitulum. I.

P Rima itaq; ſtella qua gl'iať btā ꝟgo dicí tur formoſitas. Ipa em̄ debuit eſſe ꝛ fu it virgo pulcerrima corꝑe ꝛ aīa: iuxta il lud Can. iiij. Tota pulcra es amica mea ꝛc. Cir ca qđ q̄riť Utꝝ cōgruū erat dei matrē eſſe pul-cerrimā pulcritudine corporali. Arguitur ꝙ nō quia in matre chriſti nil debuit eſſe de vanitate: ſed fallax gratia ꝛ vana eſt pulcritudo Prouer.

vlti. ergo ipſa nõ debuit eſſe pulcra. Preterea
Pulcritudo in femina eſt occaſio ꝑiculi. Unde
Eccl. ix. Uirginē ne ↄſpiciaſ ne ſcādalizeris i pul-
critudine ei⁹. Et iteꝝ. Propť ſpẽm mulierꝫ mul
ti ꝑierũt. Sed btā ꝟgo oīb⁹ debuit eſſe cauſa ſa
lutis ꝛ nulli cā ꝑeūdi. ergo nõ debuit eſſe pulcra
corꝑaliter. Preterea Deus in incarnatiõe ma
ximā debuit oſtendere humilitatem: iuxta illud
Phil. ij. Exinaniuit ſemetipm formā ſerui acci-
piens. ſed maior eſt hũilitas carnē accipe de de-
formi q̃ʒ de pulcra. ꝫ mater dei debuit eſſe defor
mis. Ad hāc q̃ſtionē rñdet ꝙ mr̃ dei nõ debu
it eſſe deformis: ſed pulcerrima: etiā corꝑali pul
critudīe Et hoc pluribꝫ rõnibꝫ q̃s ponit magn⁹
Alber. ſuꝑ Miſſus eſt. ca. xlij.

Primo rõne ꝑfigurationis.
Scdo rõne deſignatiõis.
Tertio ratione aſſimilationis.
Quarto rõne ꝟtutis laudabilioris.

Primo inquā rõne ꝑfiguratiõis. Figura em̃ ſi-
ue ſignũ habere debet ſiſitudinē cũ ſignato. ſed
oēs mulieres ꝑfigurātes matrē chri fuerũt pul-
cerrime. ſicut claret de Heſter ↄiugata: Judith
vidua: Rachel ꝛ Rebecca ꝟginibꝫ: teſte ſcꝑtu-
ra ſacra. Scdo rõne deſignatiõis. ſ. interioris
pulcritudinis. Nā ꝑ pulcritudinē exteriorē du-
cit intellect⁹ ad interiora. q2 nobiliori ꝛ pulcrio-
ri aīe debet nobili⁹ ꝛ pulcri⁹ corpus. Nā mate
ria ꝛ forma debēt eſſe ꝓportionata ſm phum. ij.
li. de aīa. Uñ ꝛ corp⁹ hũanũ nobili⁹ ꝛ pulcri⁹ ē
omnibꝫ corꝑibꝫ brutoꝝ ꝓpter vnionē ad aīam
nobiliorē vicꝫ rõnalē. Cũ ꝫ in beata virgine fue
rit ꝑfectiſſima pulcritudo aīe: debuit eſſe ꝛ ꝑfe
ctiſſima poſt chrm pulcritudo corꝑis. Tertio
ratione aſſimilationis. Nā ph s. ij. li. Phyſic. dr
ꝙ natura eſt vis inſita rebꝫ: ſimilia ex ſimilibus
ꝓcreans. Niſi ꝫ natura erret vel impediat: fili⁹
erit ſimilis patri vel matri. Sed qm̃ filius bñdi
cte ꝟginis chrs fuit ꝛ debuit eſſe pulcerrim⁹: iu
xta illd̃ David. Specioſus forma ꝑ filijs hoīm
Nec poteſt impedimentũ h̃ concurrere: cum na
ſcitur chrs de matre ſine patre ſpũſancto opan-
te: cui⁹ ꝑfectiſſima ſunt opera. ꝫ ſicut filius fuit
pulcerrim⁹: ita ꝛ mater. Nõ em̃ poteſt arbor bo
na fruct⁹ malos facere ꝛ ↄuerſo Matth. vij.

Quarto rõne ꝟtutis laudabilioris. Btā em̃
virgo fuit caſtiſſima ꝛ ei⁹ caſtitas laudabiliſſi-
ma. ſed laudabilior eſt caſtitas in pulcris. Si-
cut ꝫ alie ſancte ꝟgines laudant de pulcritudīe
corꝑali qñ ↄiuncta eſt ſpũali: ꝓut canit eccleſia
de q̃buſdā dī. Pulcra facie ſed pulcrior fide bea
ta es ꝛc. Ita btā virgo oī laude digniſſima mul
to magis debuit cõmēdari de caſtitate in ſumma
pulcritudine corꝑali. Qualis aũt pulcritudinis
erat patebit infra li. v. parte. ij. ar. ij ꝑ totũ. Ad
argumenta in oppoſitũ Ad Primũ rñdet ſm
eundē Alber. vbi s. ꝙ bene ſola corꝑalis pulcri
tudo vana eſt, non aũt qñ coniuncta eſt ſpiritu-
ali. quia tunc virtus cõmēdabilior reddit: vt pa
tebit. Ad ſecundũ dr̃ ſm eundē ibidēꝫ: ꝙ cor-
poralis pulcritudo in ſuo genere bona ē: lꝫ ma-
li qñq̃ʒ ex hoc ſcandalizant ꝛ occaſionē ꝑiculi ac-
cipiũt. Scandalũ aũt maloꝝ vix vel nunq̃ʒ ca-
ueri põt. Nā ꝛ in deo q̃ ſumme bon⁹ ē mali ſcan-
dalizant: qm̃ demones ꝛ damnati in dei iuſticia
que optima eſt ſcādalizant: teſte Ps. Suꝑbia
eoꝝ q̃ te oderũt aſcēdit ſꝑ. boni aũt ꝛ ſancti edifi
cant. Talis ꝫ occaſio mali ſiue ſcandali paſſiui
non eſt viciũ bonā naturā habentis: ſed culpa pa
tientis. ꝓpter hoc ꝫ non debet dimitti qd̃ bonũ eſt
et ↄgruũ: ſicut nec ꝓpter maloꝝ ſcandalũ dei iu
ſticia dimittenda eſt. Põt etiā ad hoc dici ꝙ pul
critudo beate virginis nulli occaſio mali vł ſcā-
dali fuit. quia ſm Bonauen. ipe ſpiritusſanct⁹
replens virginem ꝑcauebat ne vnq̃ʒ ab aliq̃ con
cupiſceret: vt latius dicetur in alijs libris. Ad
tertium dicit ꝙ non fuit congrua talis humili-
atio deo que humilitatem ꝛ caſtitatē matris mi-
nus cõmendabilē redderet ꝛ minueret. Nā ne-
q̃ʒ laudedignum opinio iudicaret ſi ꝟgo defor-
mis humilis eſſet et q̃ſi deſpecta viris virgo ꝑ-
maneret. Hec Alber. vbi s. Patet ꝫ ꝙ btā ꝟgo
fuerit pulcra.

Capitulum. II.

Ecũda ſtella dr̃ nobilitas. q2 btā ꝟgo fu
it ꝛ debuit eſſe ꝟgo nobiliſſima. et h̃ ſm
Alb. vbi s. ca. lv. pluribꝫ rõnibꝫ. Prio
rõne exaltationis. Ipa em̃ debuit exaltari ſuper
oēs homines ꝛ angelos. ergo debuit ſuper oēs
humilior ꝛ virtuoſior eſſe. Sed vt dicit Bern.
Nobilior ꝛ cõmēdabilior eſt humilitas in nobi
bili q̃ʒ in ignobili ꝛ abiecto. Ut igit digna ſit ſuꝑ
oēs exaltari: debet ꝛ debuit nobilitate generis fu
gi in qua maior ꝛ laudabilior eius ꝟginitas fo
ret. Nam Aug⁹ dicit ꝙ nunq̃ʒ beata virgo fuiſ-
ſet ſuper omnes choros exaltata niſi fuiſſet ſuꝑ
omnes homines humiliata. Scdo rõne con
formationis. quia em̃ vt dicitur Eccl. xiij. omne
aīal diligit ſibi ſiłe. et ſm Phm ſimile applau-
dit ſimili. Uñ ꝛ reges de ſtirpe regia volũt acci-
pere ſibi ſponſas. et nobiles de nobili. Cum er-
go chriſtus deus ſit infinite nobilitatis: quia a
patre nobiliſſimo. ſ. deo eternaliter genitus: geni
tura digniſſima. igit debuit ꝛ matrē conformiť
nobilem habere. Tertia ratio gratificationis.
quia vt dicit Hieronymus: Seruicia ingenua
ſunt graciora. ſed beata virgo debuit ſeruire dei
filio. ergo vt magis ſint grata eius ſeruicia: de-
buit eſſe ingenua et ſpectabilis genere. De hac
eius nobilitate latius libro. xj. parte. ij. capitło. j.
arti. j.

Capitulum. III.

Ertia ſtella qua gloriatur domina no-
ſtra dicit David generoſitas. Nam ma-
ter dei debuit eſſe de ſtirpe David regis.
Quia vt ſcriptura teſtatur: ipſi David facta eſt

promiſſio de chřo: iuxta illđ Pš. Jurauit dñs
Dauid ꝟitaté: ⁊ nó fruſtrabit eũ: de fructu ven-
trꝫ tui ponã ſuꝑ ſedẽ tuã. Uñ ⁊ Eſa. xj. ca. Egre-
diet virga đ radice ieſſe: qui q̄dẽ fuit pr̃ Dauid.
et flos de radice eiꝰ aſcendet ⁊c. Proinde angelꝰ
annũcians btẽ ꝟgini chřm: dixit de eo. Dabit il-
li dñs deus ſedẽ Dauid patris eius. ꝑm Nicol.
de Lyra. intelligẽdo de tꝑali ſede vel regno Da-
uid: chřs nõ ſedit ſuꝑ ſedẽ Dauid: imo iſtud ne-
gauit corã Pilato Joan. xviij. di. Regnũ meũ
nõ eſt de hoc mũdo. Loquit ḡ h angelus de re-
gno ſpũali ⁊ celeſti: qđ figuratũ fuit ꝑ regnũ tẽ-
porale Dauid. ſicut ⁊ celeſtis hieruſalem ꝑ tẽpo
ralẽ ⁊c. Claret ḡ ꝙ btã ꝟgo fuerit de Dauid ſtir
pe regia ⁊ a deo electa.

Capitulum. IIII.

Uarta ſtella đr nomis dignitas. Nã mr
q dei debuit noiari hoc nomie digniſſimo
Maria. qꝛ cõgruentiꝰ ꝑ hoc nomẽ expri
mit eius virginalis ⁊ digniſſima cõceptio q̃ꝫ ꝑ
q̄dcũq; aliud nomẽ. Uñ Bern. ſuꝑ Miſſus ẽ:
dicit. Loq̄mur pauca de hoc nomie Maria qđ
interp̃tat ſtella marꝫ: qđ matri virgini valde cõ-
gruenter adaptat. Jpſa nãq; aptiſſime ſideri cõ
parat. qꝛ ſicut ſine ſui corruptione ſidus emittit
radiũ: ſic ſine ſui leſione virgo parturiuit filium
Nec ſideri radiꝰ minuit ſuã claritatẽ. nec ꝟgini fi
lius ſuã integritatem. Jpſa nanq; eſt ſtella no-
biliſſima ex Jacob orta: cuiꝰ radiꝰ vniuerſum or
bẽ illuminat: cuiꝰ ſplẽdor etiã ꝑfulget in ſupnis
⁊ inferos penetrat. Hec Bern. Merito igitur a
ſtella nomen accipe debuit mater dei. qꝛ ſic erat
ꝓphetatũ Nũe. xxiiij. Orietᷣ ſtella ex Jacob. et qꝛ
magis eius virginali conceptioni congruit. De
hoc h ꝑtranſeo breuiter. quia latiꝰ li. vj. tracta-
turus ſum de eo.

Capitulum. V.

Uinta ſtella in ordine ⁊ Prima ſecundi
q q̄ternarij đr puritas. Nam ipſa bñdicta
virgo que dei mr̃ erat eligẽda: debuit eſſe
virgo puriſſima ab oĩ pctõ imaculata: ſicut hoc
ꝑdictũ eſt Cant. iiij. Tota pulcra es: ⁊ macula. ſ.
pcti nõ eſt in te. Rõ. qꝛ nõ decebat dei matrẽ eſſe
alicuiꝰ peccati cõtagione maculatã. Nõ em̃ ha-
bitat deꝰ in aĩa vel corꝑe ſubdito pctĩs Sap̃. j
Hinc Anſ. de ꝯceptu virgi. ca. xviij. Decebat vt
cõceptio illius homĩs ex matre fieret puriſſima
tãta puritate qua ſub deo neq̄t maior intelligi:
cui deus pater ſuũ vnigenitũ quẽ de corde ſuo
genuit equalem ſibi: ita dare diſpoſuerat: vt eſſꝫ
vnꝰ ⁊ idẽ đi filiꝰ ⁊ ꝟgĩs filiꝰ: et quã ipſe filiꝰ ſpeci
aliter ſibi matrẽ eligebat: et de q̄ ſpũſſctũs opa-
turus erat vt ex ipſa conciꝑet ⁊ naſceret ille de q̄
ꝓcedebat. Hec Anſ.

Capitulum. VI.

Exta ſtella q̄ gl̃iat dei mr̃ đr virtuoſitas.
ſ Debuit em̃ mater dei eligi talis ꝟgo que
foret ꝟtutibꝫ adornatiſſima: qm̃ de ipſa
ſcp̃tũ eſt Eccĩ. xxiiij. Jn me oĩs grã vie ⁊ ꝟitatis:
in me oĩs ſpes vite ⁊ ꝟtutꝫ. Rõ: quia Bern. dic.
Quãtũlibet te affliges: q̄ntũlibet te crucies: non
dabit tibi copiã ſui dñs ꝟtutũ: niſi fuerꝫ ꝟtuti-
bus adornatꝰ. Cum ḡ deꝰ nulli niſi ꝟtuoſo co-
piã ſui tribuat: ſequit ꝙ beata ꝟgo dei mr̃ cui ſe
deus in filiũ tribuendũ diſpoſuerat eſſet virtu-
tibꝫ decoratiſſima. Proinđ ⁊ ꝑm Aug. ac Ber̃.
btã ꝟgo ꝑus in aĩa q̃ꝫ in corporeo vtero conce
pit ſaluatorẽ ꝑ fidem: ſpem: et charitatem. Que
virtutes ſi in ipſa non fuiſſent: deus in eiꝰ vterꝰ
nõ veniſſet. Debuit etiã ſuꝑ om̃es eſſꝫ hũilima.
quia deum amiſit prima femina Eua per ſuꝑ-
biam. ergo ipſa inuenire debuit toti generi hũa
no ꝑ hũilitatẽ. Et idcirco ipſa teſte in ſuo canti.
Reſpexit dñs hũilitatẽ ancille ſue Lu. j. De eiꝰ
virtutibꝫ quibus floruit dicet li. vij. ꝑ. ij. arti. iij.
per totum.

Capitulum. VII.

Eptima ſtella đr ſanctitas. Nam debuit
ſ eſſe ſctitate excellẽtiſſima que deũ gigne-
ret: vtpote q̄ ſuꝑ oẽs ſctõs et choros erat
exaltãda. Maiorẽ ḡ grãm ſctificationis etiã in
vtero ſue matris debuit habere dei mr̃: q̃ꝫ q̄cũq;
ſanctus. qm̃ vt đt Damaſc. ipſa a nullo illuſtriũ
debuit ſuꝑari que ꝑ oĩbꝫ debuit exaltari. Et hoc
etiã oſtẽdi poteſt ex ſcp̃ture ſerie. Pš. Sctifica-
uit tabernaculũ ſuũ altiſſimꝰ. Et iterũ Elegit eã
deꝰ ⁊ ꝓelegit eam. ḡ pre alijs ſctificauit. Scđo ex
fide. qꝛ qđ alijs eſt cõceſſum: tante ꝟgini non eſt
negatũ. ſed ꝑm fidẽ Joãnes ⁊ Hieremias ſunt
in vtero ſctificati. ḡ multo magꝫ beata virgo dei
mat debuit ſanctificari. Nã ꝑm Ariſt. ij. Topic.
Si ei cui minꝰ videt ineſſe ineſt: et ei cui magis
Si em̃ ſerui chři ꝓdicti ſunt ſctificati: mľto ma-
gis eius mater ꝓcellentius eſt ſanctificata. Unđ
Bern. in epľa ad canonicos Lugdun̄. dic. Pu-
to ꝙ copioſior gratia ſanctificationis in ipſam
deſcẽdit que nõ ſolũ ipſius ortum ſanctificauit
ſed etiam ab om̃i pctõ imunem cuſtodiuit. Hec
ille. De hac ſanctificatione latius li. v. parte. j. ar
ti. ij. per totum.

Capitulum. VIII.

Ctaua ſtella dicit ꝑfectiõis ſublimitas.
o Debuit em̃ talis eligi in dei matrẽ q̄ fo-
ret dei dono perfectiſſima ⁊ oĩ gratia ple
na: vt de eiꝰ plenitudine accipiãt vniuerſi: q̄tinꝰ
dicere valeat illud Eccĩ. xxiiij. Jn me oĩs grã vie
et veritatꝫ: in me oĩs ſpes vite ⁊ ꝟtutꝫ. Tranſite
ad me oẽs q̄ cõcupiſcitꝫ me: ⁊ a generatõibꝫ me-
is adimplemini. Decreuit ḡ diuina ſapientia vt
ea q̄ eligeret in matrẽ inq̄ntum talis eſſet tãꝑfe-
cta ꝙ ꝑfectior eſſe nõ poſſit. Circa hoc q̄ritur
Utrũ deus potuerit ipſam facere ꝑfectiorẽ vel
meliorem q̃ꝫ fecit. Rñdet ꝑm Tho. j. ſcripto ſen
ten diſt. xliij. arti. ij. Et iterum. j. parte ſumme. q.
xxvij. art. vj. Concorđ. Alexan. de Ales: ꝙ per-
fectum eſt cui nil addi poteſt de bonitate. et bea-

ta virgo inq̄ʒtum dei mater eſt talis. Lʒ eñ de⁹
oēm creaturā in pfectione accidentali poſſit ī in-
finitum facere meliorē. in perfectiōe tñ eſſentiali
nō pōt facere meliorē. Uerbi grā. Nō pōt facere
q̄ternariū maiorē. qꝛ ſi fieret maior: iam nō eſſet
q̄ternari⁹ ſed alius nūerus. qꝛ vnitas addita in
numerꝫ variat ſpeciē. ſm Ariſto. Sic a ſimili: lʒ
deus potuerit btām ꝟginem vt dei creaturam
vel vt mulierē facere meliorē in pfectione accidē
tali: tamen non potuit facere vt eſſet melior ma-
ter ꝛ melioꝛis filij mater ꝛ ordinata ad mai⁹ bo
num. Ita ꝙ his trib⁹ non poteſt aliqd fieri me-
lius. ſ. humanitate chꝛi: beatitudine creata: ꝛ be
ata ꝟgine. Qd̄ patet. qꝛ hec tria habent quandā
dignitatē infinitam ex bono infinito quod deus
eſt. Nam humanitas chꝛi habet dignitatem in-
finitam ex hoc ꝙ iuncta eſt diuinitati que eſt in-
finitum bonū. et beatitudo creata habet digni-
tatē infinitā ex hoc ꝙ eſt dei fruitio. et beata vir-
go ex hoc ꝙ eſt mater dei. et ex hac parte nō pōt
eis aliqd melius fieri: ſicut non poteſt aliqd me
lius eſſe deo. Hec Tho.

Capitulum. IX.

Ona ſtella in ordine ꝛ p̄ma tertij q̄ternar-
n rij dr̄ virginitas. Nam dei genitrix debu
it eſſe virgo caſtiſſima corpe ꝛ aīa. Qd̄
patet Primo ex autoritate Eſa. vij. ca. Ecce vir
go concipiet ꝛ pariet filium ꝛ vocabit̄ nomē ei⁹
emanuel. i. nobiſcū deus. Scd̄o patꝫ ex rōni-
bus pluribus. Primo qdē: qꝛ nō fuit cōueni-
ens vt dei filius haberet alium patrem q̄ʒ deuꝫ:
ne dei patris dignitas ad patrē aliū transferret̄
Scd̄o vt ſicut ꝟbum eterni patris quod eſt fi
lius dei naſcitur ab eo ſine omi corruptōe ſicut
et ꝟbū in noſtro corde abſqʒ cordis corruptiōe
concipit̄ ꝛ pducit̄: Ita ad oſtendendū puritatē
filij dei naſcēt͛: debuit a matre ꝟgine abſqʒ men
tis ꝛ carnis corruptiōe cōcipi ꝛ naſci in carne aſ-
ſumpta a verbo. Tertio qꝛ nō decebat vt chꝛs
qui venerat aliorum peccata tollere Joā. j. Ecce
agnus dei: ecce qui tollit pctā mundi: ipſe cū cul
pa veniret in mundū: dum p cōcubitū ꝛ corru-
ptionē naſceret̄. Quarto ꝓpter finē incarnatio-
nis. Nam chꝛs ideo incarnat⁹ eſt vt hoīes in fi-
lios dei naſcerent̄. Renaſcunt̄ aūt filij dei: nō ex
volūtate carnis: neqʒ ex volūtate viri. ſed ex deo
id eſt dei virtute. Cui⁹ rei ſignū apparere debuit
in ipſa cōceptiōe chꝛi ex matre ꝟgine: vt Aug⁹ dr̄
libro de ſancta ꝟginitate. Hec beatus Tho. iij
parte ſumme. q. xxviij. ar. j. De his latius li. viij.
parte. j. per totū. Tertio patet hoc ex figuraꝝ
ſimilitudinib⁹ Nam virginitas matris dei p̄fi-
gurata eſt in rubo ardenti qui non comburebā
tur Exo. iij. Item Ezechiel. xliiij. in porta templi
que clauſa phibetur ꝛ non aperietur qm̄ domi
nus egreditur per eam. Et in multis alijs: de qui-
bus cauſa breuitatis h̄ ptranſeo: libro quo ſup
latius dicturus.

Capitulum. X.

Ecimaſtella qua glorιat̄ dei genitrix di-
d citur voti religioſitas. Nam ea debuit eli-
gi in dei matrē que nō ſolū eſſet ꝟgo ab-
ſolute: ſed ꝛ ꝟgo voto cōſecrata. Quod oſtendit̄
Primo ex autoritate btī. ſ. Auguſtini li. de ſan
cta ꝟginitate. vbi ſic dr̄. Annūciāte angelo Ma
ria rñdit. Quō fiet iſtud: qm̄ viꝝ nō cognoſco:
Quod pfecto nō diceret niſi ſe ꝟginem ante vo
uiſſet. Scd̄o oñdit̄ rōne. quia ꝟgitas in ma-
tre dei pcellenter pollere debuit: ſed magꝭ ē lau-
dabilis virginitas ſancta vel cōſeruata ex voto.
ſicut ꝛ cetera pfectiōis opera magis ſunt lauda-
bilia ex voto. ꝓpter qd̄ Ps. hortat̄ ad votum di.
Uouete ꝛ reddite dño deo veſtro oēs qui in cir
cūitu eius offertis munera. ergo dei mater de-
buit ex voto offerre deo ſuam virginitatē. Sed
di. Quomodo beata virgo votū virgitatꝭ emit-
tere auſa eſt: cum hoc in lege veteri phibitū erat.
Unde Exo. xxiij. Non erit infecunda nec ſterilis
in terra tua. Reſpondet̄ ꝙ beata virgo habuit
virginitatem tribus modis. Primo in deſide-
rio. Nā anteqʒ incarnatio filij dei ab angelo ſibi
annunciaret̄: virginitatē ſimplr̄ ꝛ abſolute non
vouit: eo ꝙ nō licebat. Ratio. quia tp̄e legꝭ opor
tebat generationi inſiſtere tā viros q̄ʒ mulieres:
eo ꝙ ex illo poplo chꝛs expectabatur ſm carnis
originē naſcitur⁹. Habuit tamē beata virgo tūc
temporis virginitatē in deſiderio ꝛ eam ſub cō-
dicione vouit. ſ. ſi deo placeret: voluntateꝫ ſuam
et deſiderium diuino cōmittēs arbitrio. Se-
cundo beata virgo habuit virginitateꝫ in facto.
qꝛ poſtq̄ʒ ſibi innotuit hoc deo fore acceptuꝫ. ſ.
vt virginitatem voueret: anteqʒ ab angelo ſibi
denunciaret̄ ꝛ anteqʒ a Joſeph deſponſaret̄: ab-
ſolute virginitatem vouit. Tertio ex cōmuni
beneplacito. Nam poſtq̄ʒ fuit deſpōſata: ipſa ſi-
mul cum ſponſo ſuo ex cōmuni voluntate ꝛ be-
neplacito ac conſenſu ꝟginitatis votum emiſit
Hec beatus Thomas. iij. parte ſūme. q. xxviij.
arti. iiij.

Capitulum. XI.

Ndecima ſtella qua gloriat̄ dei genitrix:
v dicit̄ ſponſi pbitas. Debuit q̄ppe talis in
dei matrē virgo eligi que eſſet deſponſa-
ta viro pbiſſimo ꝛ caſtiſſimo nomīe Joſeph. Et
hoc oſtenditur ſm Albertum vbi s. ca. l. ratiōi-
bus pluribus.

Primo rōne pfigurationis.
Secundo rōne interpretationis.
Tertio rōne teſtificationis.

Primo rōne pfiguratōis. Nam nō cōgruebat
vt ſponſus beate ꝟginis pfiguraret̄ per aliquē
qui extiterit maritus per carnalem copulam: cū
ipſe ſine carnali copula ſanctū coniugium cum
virgine contraxerit: virgo coniugem virginē cu
ſtodiuit: et miſtrauit filio ꝛ matri paterno affe-
ctu ſincero. Uñ lʒ Heſter figurauit beatā virgi

nem: nõ tñ decuit vt eius ſponſus pfiguraret̃ p
Aſuerum: vt ſic ſpõſus dñe noſtre Aſuer⁹ debu-
erit nomĩari. q2 inter Aſuerũ ꝛ Heſter carnalis
copula fuit. Similiter eadẽ ratione lʒ Sara gi-
gnens filiũ preter naturã in monte ĩmolandum
teneat figurã dñe noſtre que genuit filium con-
tra naturã in cruce ĩmolandũ: Nõ decuit tñ vt
eius ſponſus Abraam nomiet̃. q2 inter Abraã
et Sarã carnalis copula interuenit. et eodẽ mõ
de Rebecca ꝛ Iſaac ac aliꝫ ſimilibꝫ. Sed dece-
bat vt iſtud coniugiũ et ipſe ſponſus beate vir-
ginis pfiguraret̃ p Joſeph in ſui fidelitate ꝛ ca-
ſtitate erga vxorem dñi ſui ac myſteriorꝫ reuela
tione: pcurationis cõmiſſione: cibi cõſeruatiõe:
et terre platiõe. Vñ Bern. ſup Miſſus eſt: dicit
ſic. Quis ꝛ qlis fuerit iſte ſponſus Joſeph: me-
meto ſit̃ ꝛ illi⁹ magni patriarche vẽditi in Egy-
tum: ꝛ ſcito ipm iſtud vocabulũ nõ ſolũ ſortitũ
fuiſſe: ſed ꝛ caſtimoniã adeptum: innocentiam et
gratiam cõſecutũ. Siqdem ille Joſeph vendit⁹
in Egyptũ dño ſuo fidẽ ſeruans: dñe ſue noluit
cõmiſceri. Iſte herodianã iuidiã fugiẽs: in Egy
ptũ chrm portãs: dñam ſuã dñi ſui matrẽ virgi
nẽ ꝛ ipſe continens fideliter cuſtodiuit. Illi da-
ta eſt intelligentia myſteriꝫ ſomniorũ. Iſti datũ
eſt participẽ eſſe celeſtiũ ſacramentorꝫ. Ille fru-
menta ſeruauit nõ ſibi ſoli: ſed ꝛ oĩ populo. Iſte
panẽ viuũ de celo ſeruãdũ accepit ſibi ꝛ toti mũ
do. Non ẽ dubiũ qn fidelis ꝛ bon⁹ homo fuerit
iſte Joſeph cui mater dñi ſaluatoris deſpõſata
extitit. Hec ille. Scđo rõne interptationis ſi-
ue ſignificationis noĩs. q2 Joſeph interptat̃ au
gmentũ vel incrementũ: qđ optime ipſi congru-
it ſponſo Marie. q2 p hanc deſponſationẽ ꝯtũ
ad ſe: ꝯtũ ad pximũ: et ꝯtũ ad deũ ꝯplurimũ
ſublimat⁹ fuit ꝟtutũ ꝛ pcipue caſtitatꝫ augmen
to. Nam ꝛ ipſe caſtitatẽ vouiſſe credit̃ cum cõiu-
ge ꝟgine: ſicut dicit Aug⁹ li. de coniugali bono.
Item auct⁹ fuit fame celebritate: hominũ reue-
rentia ꝛ dilectione: ac matris dei familiaritate.

Tertio ratione teſtificatiõis: vt. ſ. ipſe Joſeph
ſponſus caſtus teſtis eſſet ꝛ cuſtos caſtitatꝫ be-
ate virginis. De hoc infra eo. li. parte. vj. art. iij.
ca. j. latius habes.

Capitulum. XII.

D Uodecima ſtella q̃ gloriat̃ beata ꝟgo ẽ
habitaculi pclaritas. Nam in pclara ciui
tate Nazareth habitare debuit btã vir-
go dum chrm ꝯciperet: vt impleret̃ illud ppheticũ
Eſa. xj. Egrediet̃ virga de radice Ieſſe. vbi ẽm ve-
ritatẽ hebraicã habet̃: et Nazare⁹ de radice eius
aſcendet. Unde ꝛ Mat. ij. ſcribit̃ p pphetas eſſe
dictum: qm nazare⁹ vocabit̃ nomen eius ꝛc. De
h latius infra eodẽ li. p. vj. ar. j. ca. iij. habet̃. Ne
em plixitas tediũ generet: hec breui⁹ ptrãſeo.
Et vt reuertamur ſicut cepam⁹ ĩ hac pte pcede-
re ad modũ hiſtoricũ: quẽ ſi placuerit tenere po
tes: per oẽs dictas ſtellas pcedendo: tanq̃ ſi ſa
pientia dei per dictas oẽs autoritates ꝛ ratiões
adductas docuerit Dauid interrogãtem. Jam
igit̃ his habitis poſſum⁹ cõtemplari q̃ Dauid
grãs egit de bona informatiõe di. Uere magn⁹
dñs noſter ꝛ magna virt⁹ eius: et ſapiẽtie ei⁹ nõ
eſt numer⁹. Omnia in ſapientia feciſti dñe: im-
pleta eſt terra poſſeſſione tua. Reuerſus ãꝫ ad
patres: ait cum gaudio. Cantate dño canticum
nouũ: qnia mirabilia fecit. Notũ fecit dñs ſalu
tare ſuum: in cõſpectu gentiũ reuelauit iuſticiã
ſuam. Expoſuitqꝫ oẽs condiciones pdiſſas q̃s
debuit habere dei genitrix. Tunc ſancti patres
cõmuni cõſilio miſerũt Dauid ad Nazareth vt
videret ſi aliquã talẽ poſſit reperire. Conſpiciens
ãꝫ in ſpũ beãm ꝟginem Mariã deſponſatã Jo
ſeph virginẽ pulcerrimã eſſe ꝛ omni gratia ple-
nam: dixit ad eã. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina au-
rem tuam: et cõcupiſcet rex decorẽ tuũ: qm ipſe
eſt dñs de⁹ tuus ꝛc. Rñdit Maria. Paratum
cor meũ paratũ cor meũ: cantabo ꝛ pſallã in glo
ria mea. Dauid igit̃ accedens ad dñm ait. Inue
ni locum dño: tabernaculũ deo Jacob. Surge
dñe in requiẽ tuam: tu ꝛ arca ſctificationis tue.
Tunc deus pater miſit angelos ad videndũ be
atam ꝟginẽ quã Dauid cõmẽdauerat. Qui ve-
nientes ad eam: dixerunt inter ſe. Hec eſt q̃ ne-
ſciuit thorum in delicto: habebit fructũ in reſpe
ctione aiarꝫ ſanctarꝫ Sap. iiij. Et regreſſi cõmẽ-
dauerũt eam in domo ſummi regꝫ: laudãtes eã
et dicẽtes. O ꝙ pulcra eſt caſta generatio. ſcꝫ btẽ
ꝟgis: cum claritate oĩs ꝟtutꝫ ꝛ gratie. Immor-
talis em̃ eſt memoria eius que ꝛ apud deũ nota
eſt ꝛ apud hoĩes Sap. iiij. ca. Intuens ẽ de-
us pater eam: dilexit eam et ait illud Sap. viij.
Hanc amaui ꝛ q̃ſiui ſpõſam mihi aſſumere eã:
et amator fact⁹ ſũ forme illius. Deniqꝫ dei fili⁹
intuens eã: ait. Hec reqes mea in ſeculũ ſeculi:
h habitabo qm̃ elegi eam. Et ſpũſſanctus dixit
Oportet eam me puenire in benedictionibꝫ dul
cedinis. Requieſcet ergo ſup eam ſpũs dñi ſapi
entie ꝛ intellectus ꝛc. Eſa. xj. Et tũc decreuit de⁹
vt mittatur angelus ad eam qui ſalutet eam no
uo munere ditandã: et eius aſſenſum reqrat: q̃
facto dei filium ĩ vterꝫ ſuſcipiat. Dauid ẽ regreſ
ſus cum gaudio ad patrẽ ait. Exultate deo ad-
iutori noſtro: iubilate deo Jacob. Oẽs ãꝫ ſancti
patres in laudẽ virginis aſſurgẽtes cecinerunt
dicẽtes. Tu gloria hieruſalẽ: tu honorificẽtia po
puli noſtri. idcirco erꝫ bñdicta in eternũ. Judith
xv. Et nos igit̃ chariſſimi quãta poſſum⁹ deuo-
tione deum in gloria ſue digniſſime genitricꝫ col
laudem⁹: et grãs pro tanto bñficio agentes: cla
memus vt nobis grã ꝛ glia donet̃.

Tertia pars et Sermo terti⁹ primi libri agit
de angelica Nunciatione ſiue miſſione. Et circa
hoc qualiter apparuerit beate virgini angelus:
et quali dignitate.

m **Iſſus eſt ange/**
lus Gabriel a deo in ciuitatē Ga/
lilee cui nomē Nazareth: ad ꝟgi/
nem deſponſatam viro cui nomen
erat Joſeph de domo Dauid: et nomē virginis
Maria Lu. j. Si pmiſſa chariſſimi penſamus
ſacri euāgelij ꝟba: cōpim⁹ ꝙ maxima cordis de
uotiōe venerari debeam⁹ ſctm̄ Gabrielē archā
gelū miſſum a deo ad bn̄dictā virginē. Nimiꝝ
ex tribus pcipue ꝗlibet legat⁹ reddit multū cō/
mendabilis ⁊ digniſſima reuerētia ſuſcipiēdus.
Primo ꝗdē ex mittētis dignitate. Scdo ex ne/
gocij ꝓ quo mittit arduitate. Tertio ex ꝑſone ad
quam mittit maieſtate. Sic ꝑ oīa ipſe angelus
Gabriel multū nobis reddit amabilis pariter et
venerabilis. Tū qꝛ mittit a ſummo oīm creato/
re deo infinite dignitatis. Tū qꝛ in negotio ſuꝑ
oīa arduiſſimo diuine incarnatiōis nobis ꝙ̄ vti
liſſimo mittit. Tū ꝙ̄ qa ad bn̄dictā ꝟginē Ma
riam: celi reginam et mūdi dominam mittit ſalu
tandū: quatinus ipſo annūciante dei fili⁹ in vir
gineū deſcendat vterū et viſitet nos oriens ex al
to. Sicut q̄ppe in vere q̄ndo philomēa canit dul
citer cōſueuit ros celeſtis deſcendere: ita cum hec
philomena celeſtis vicē Gabriel cantū illū melli
fluū vicē Aue gratia plena cecinit: dei filius e ce/
lo in vterū virginis deſcendit pro noſtre ſalutis
operatione. Propterea euāgeliſta Lucas in ver
bis ſacri euangelij hec tria de iſto ſctiſſimo Ga/
briele enunciat dicens. Miſſus eſt angel⁹ Ga/
briel a deo. Ecce mittētis ſumma dignitas: qꝛ a
deo. Item ad virginē deſponſatā viro ⁊c. Ecce
ipſius ꝑſone ad quam mittit ſublimitas. Tādē
in ſequentibus clareſcit rei pro qua miſſus ē ar/
duitas. ſcilicet. incarnationis diuine ſicut patet ī
proceſſu verborum eius ad virginem benedictā
prolatorum. De hac igitur angelica miſſiōe et an
nunciatione loqui īntendentes: tria myſteria no/
tabimus pro ſermone.

Primū myſteriū angelice annunciatiōis ſiue
miſſionis.

Scōm dicit myſteriū ꝗlifice appꝛitōis

Tertiū dꝛ myſteriū dignifice obſeruatiōis.

Articulus pmus ꝙ myſteriū diuine incarna/
tiōis debuit annūciari ꝟgini ꝑ angelū Gabrielē

Capitulum I.

p **Rimum myſteriū**
angelice miſſionis et annūciatiōis. Circa
quod quattuor precipue occurrūt queſti
ones. Prima Utrum neceſſariū et congruū
fuerit incarnatiōis myſterium beate virgini an/
nunciari. Secunda queſtio Utrū hec domi/
nica annunciatio per nuncium cūmodo angeli/
cum debuit fieri. Tercia queſtio De quo ordi/
ne debuerit angelus ad virginem pro hac annū/
ciatione mitti. Quarta queſtio Utrū cōgruen
tius Gabriel inter omnes angelos debuerit pro
hac annunciatiōe facienda eligi. Ad pmā q̄ſti/
onem q̄ queritur Utrū neceſſariū fuerit ⁊ cōgruū
incarnatiōis myſteriū beate virgini annunciari.
Arguit ꝙ non. qꝛ deus cū ſit ꝓpinquiſſim⁹ hu/
mane menti: q̄ ſolus imediate illabit aīe: vt dicit
Aug⁹. nō videt quare neceſſariū fuerit aliq̄ me/
diante dei aduentū virgini bn̄dicte annunciari.
Itē iſta incarnatio dn̄i prenunciata erat olim
ꝑ ꝓphas Un̄. Eſa. vij. Ecce ꝟgo cōcipiet ⁊c. ergo
nō erat neceſſariū fieri ꝑ angelū. In ↄtrariū ē
diuine ſcripture autoritas ⁊ diuine prouidentie
ordo que nil incōgruū admittit. ergo cōgruum
fuit annunciari. Ad q̄ſtionē igit reſpōdetur ꝙ
neceſſariū erat annunciare beate virgini ꝙ ipſa
eſſet chrm̄ conceptura: pluribus rationibus ſꝫm
Tho. iij. ſcpto ſniaꝝ. diſt. iij. ar. j. et itēꝝ. iij. parte
ſumme. q xxx. ar. j. necnon ⁊ ſꝫm Alb. ſuper Miſ
ſus eſt. ca. j. Primo vt virginis itellectus eru/
diret ⁊ illuſtraret. Cum em̄ mēs deo vicinior ſit
et intimior ꝙ̄ corpus: non decebat vt dī ſapiētia
ei⁹ vterū inhabitaret ſine hoc ꝙ mens eius pri⁹
fidei lumine ⁊ cognitione ſumme ſapiētie reſplē/
deret. Et ideo prius debuit mēs eius intelligere
et cognoſcere quod in ea fiendum erat (ꝙ̄d ꝑ an/
nūciationem factum eſt) anteꝙ̄ carnē conciꝑet
Unde Aug⁹ li. de verbis domini: ſic dicit. Bea/
tior eſt Maria ꝑcipiendo fidē chri ꝙ̄ concipien/
do carnem chri. Et ſubdit ibidē. Materna ꝓpin/
quitas nihil Marie ꝓfuiſſet: niſi felicius chrm̄
corde ꝙ̄ corꝑe geſtaſſet. Hec ille. Secūda ra/
tio: vt ꝟginis affect⁹ ⁊ actus acceptaret. Nā de⁹
non diligit coacta ſeruitia ſed ſpontanea: vt dicit
Aug⁹. iuxta illō Pſ. Uolūtarie ſacrificabo tibi
et cōfitebor nomini tuo domīe qm̄ bonū ē. Un̄
beata virgo cū ſingulariter ⁊ excellent in dei ſer/
uitium eligeret quē vtero portauit: lacte aluit:
brachijs baiulauit: decuit vt ei⁹ obſequiū volū/
tariū angelo annūciante reqreret: ad qō ſe ꝑatā
et promptā obtulit dicēs. Ecce ancilla domini.

Tertia ratio: vt virginis conſenſus exprime/
retur. Si em̄ in matrimonio corꝑali requirit ex/
preſſus conſenſus: multo magī in matrimonio
ſpirituali: cum ſit maior coniunctio mentī ꝙ̄ car
nis. Et ideo vt oſtenderet eſſe ꝗddā ſpirituale
matrimonium inter dei filiū et humanam natu/
ram: igitur ꝑ annūciationē āgeli expectabat cō/
ſenſus virginis loco totius humane nature. Id
circo Aug⁹ in ſermōe de natiuitate beate Marie
dicit. O beata Maria ſeculum omne captiuū:
tuū deprecat aſſenſum. Te domina mūdus ſue
fidei obſidē fecit. Noli morari ꝟgo: nūcio feſtinā
ter reſponde verbū et ſuſcipe filiū: da fidē et ſenti
virtutem. Ecce (inquit) ancilla domini: fiat mihi
ſꝫm verbum tuum. Nec mora virginalem thala
mum ingreditur chriſtus. Hec ille. Quarta
ratio additur ſꝫm Albertū vbi ſupra: vt de⁹ ma/

gis honoraret̃ ⁊ homo inſtrueret̃ Nam deus in hac annũciatione honorabat̃ q̃tum ad potẽciã in eo ꝙ angelos miniſtros habuit. et q̃tũ ad ſapienciam in eo ꝙ modus noſtre liberatõis modo ꝑditionis directe obuiauit: cum ꝟginẽ ꝑ angelum bonum docuit; ſicut angelus malus virginem Euam decepit. Item homo inſtruitur ad deuotionẽ in eo ꝙ humana natura abiecta deo et angelis inimica: a deo ꝓpter ꝑ angelũ ſalutat̃ . ⁊ in hoc etiam deus honorat̃ q̃tum ad bonitatẽ que ex hoc reſplẽdet: ac charitatẽ. Deniq̃ ex hoc hõ inſtruit̃ ad fidẽ: ad obediendũ deo: et ad hũilitatem exẽplo htẽ ꝟginis. Et ꝑ hec ꝓmiſſa patet rñſio ad ꝓmũ argumentũ in contrarium.

Ad ſecundũ aũt rñdet̃ ſm eundẽ Tho. vbi ſ. ꝙ lꝫ ꝓhecia ꝓdeſtinationis complet̃ ſine noſtro arbitrio cauſante: non tñ ſine noſtro arbitrio cõſentiente. Et ſic patet.

Capitulum. II.

ſ Ecundo querit̃ Utrꝫ hec dñica annunciatio tm̃modo ꝑ angelicũ nunciũ debuerit fieri: Videt̃ ꝙ debuerit annũciari vicꝫ ꝑ aliquẽ ꝓhetã. q̃a incarnatio chri notificabat̃ et ꝓnũciabat̃ in veteri lege ꝑ homĩes vicꝫ ꝓhetas ⁊ patriarchas. ergo ⁊ ipſi beate ꝟgini debuit nũciari ꝑ ꝓhetam. Preterea ſuꝑior non debet inſtrui ꝑ inferiorẽ. ſed beata ꝟgo ſuꝑior fuit angelis: quia deo acceptior. g̃ nõ debuit ſibi per angelum conceptio annũciari. Item confirmat̃. q2 ſummis angelis fit reuelatio ĩmediate a deo ꝓpter ipſorum dignitatem. ſed mater dei eſt ſuper oẽs exaltata. g̃ videtur ꝙ ĩmediate ſine oĩ angelico nũcio ſibi debuit fieri reuelatio a deo de incarnatiõis myſterio. Preterea beata virgo ex lumine fidei ⁊ gr̃e cognoſcebat deũ ĩcarnãdũ ⁊ credebat hoc fideliſſime q̃ adhuc in vtero erat ſctĩficata. ideo nõ videt̃ ꝙ ꝑ angelũ hoc ſibi debuerit reuelari. In cõtrariũ eſt diſpoſitio diuine ſapiẽcie: ſicut teſtat̃ ſacra ſcrip̃tura. Miſſus eſt (inquit) angelus ⁊c̃. Ad q̃ſtionẽ rñdet̃ ſm Tho. vbi ſ. ar. ij. necnõ ſm magnũ Albertũ vbi. ſ. ca. ij. ꝙ myſteriũ incarnationis nullus hominũ debuit beate ꝟgini annunciare. quia inferiorũ eſt recipe a ſuꝑioribus illuminationẽ: vt dic̃ Dioñ. de angelica hierarchia. Sed nullꝰ hoĩm fuit beata virgine ſuꝑior: que omnes ꝓhetas ⁊ ſctõs ꝓcellebat lumine gratie ⁊ merito ſanctitatꝭ g̃ ⁊c̃. Licꝫ aũt beata virgo fuerit etiam angelis ſuperior ſm acceptationem diuine ꝓdeſtinationis et q̃tum ad dignitatem ad quã diuinitus eligebatur: erat tñ eis inferior q̃tum ad ſtatuꝫ: qm̃ ipa in ſtatu pñtis vite erat. angeli ꝟo in ſtatu patrie. Nec mirꝫ hoc. quia etiam ipſe chrs rõne paſſibilitatis vite paulo minus eſt ab angelis minoratus. Sed tñ quia chriſtus fuit viator ⁊ cõprehẽſor: q̃tum ad cognitionẽ diuinoꝝ non indigebat inſtrui. ſed mater dei nondũ erat in ſtatu comphenſoꝝ: et ideo de diuino conceptu, erat per angelum inſtruenda ⁊ annuncianda. et hoc quadruplici ratione.

Primo ratione diuine ordinatiõis.
Secũdo rõne angelice reſtauratiõis
Tertio rõne mundicie virginalis.
Quarto rõne future vtilitatis

Primo rõne diuine ordinationis: vt. ſ. ſeruaret̃ ordo quẽ deus ſtatuit ꝙ vicꝫ diuina mediantibus angelis quoꝝ officium eſt nunciare hominibꝫ panderent̃ ⁊ annũciarent̃. Et hec eſt regula diuine ordinationis: ſicut d̃r Dioñ. iiij. ca. angelice hierarchie. Diuinũ inq̃t Ieſu benignitatis myſteriũ angeli primũ edocti ſunt: preterea per ipſos ad nos gratia cognitionis tranſiuit. Hec ille. Secundo ratione angelice reſtauratiõis. Sicut eñ ꝑditio humana iniciuꝫ ſumpſit ex hoc ꝙ diabolus allocutus eſt mulierẽ: ita (vt d̃r Beda) congruũ erat vt pro humane reꝑatõis exordio angelus virginem alloquat̃: que reparatio angelice ruine ⁊ humane cõmunis erat. Tertio ratione mundicie virginalis. Unde Hiero. in ſermone aſſumptiõis Marie ſic d̃r. Bene angelus ad virginem mittitur: quia ſemper eſt angelis cognata virginitas. profecto in carne ꝓter carnem viuere non terrena vita eſt ſed celeſtis.

Quarto ratione future vtilitatis. quia ille annunciabatur qui eſt rex oĩm hominũ et angeloꝝrum: cuius natiuitas ſicut in ſaluteꝫ erat hominũ: ita ⁊ in reꝑationẽ angelice ruine. et ideo decuit vt tã homo q̃ angelus in annũciatõe miniſteriũ exhiberent. Hec Tho. et Alber. Ad argumentũ primũ in contrarium patebit ex ꝓmiſſis reſponſio. Et ſimiliter ad ſecundũ ⁊ eius confirmationẽ patebit reſpõſio. q2 lꝫ mater dei erat ſuꝑior dignitate: nõ tñ q̃tum ad ſtatum. Ad vltimũ reſpondetur ſm Alber. ꝙ lꝫ beata virgo fidem incarnationis habuit: veruntamẽ ex humilitate cordis ſui nũq̃ cogitauit ſe ad tale myſterium ſublimandam. et ideo ab angelo debuit premoneri.

Capitulũ. iij.

t Ertio querebat̃ de quo ordine debuerit angelus ad annũciandum mitti. Videt̃ eñ ꝙ de ſummo. quia ſumma nũciabat. Ex quo videt̃ ꝙ Gabriel fuerit ſummꝰ ⁊ de ſũmo ordine. ſ. ſeraphin. Ad hanc q̃ſtiõem breuiter reſpondet̃ ꝙ q̃q̃ aliqui putauerint Gabrielem eſſe de ſummo choro: ex eo ꝙ ſummũ myſterium ſcꝫ incarnationis ad plenũ ſcierit ⁊ annunciauerit: tñ cõis eccl'ia ſonat eũ fuiſſe d̃ choro archangeloꝝ: et nõ de ſeraphin vel aliĳs ſuꝑioribꝫ Nam ⁊ cõmuniter Gabriel archangelus appellatur. Unde iſte angelus nõ fuit de ſumma nec de media hierarchia. ſed vt ꝓbabilius videt̃ fuit de medio ordine infime hierarchie q̃ eſt ordo archangeloꝝ. Et hoc oſtendit̃ ſm Tho. vbi ſ. necnon ⁊ Albertum ⁊ pleroſq̃ alios doctores pluribus rationibus.

Primo ratione vtilitatis.
Scđo rõne cõmunitatis
Tertio rõne ꝓprietatis.

Primo rõne vtilitatis. Cum eñ chr̃s naſcebat' vt inordinationẽ que in angelis acciderat repararet: decuit vt in ſua cõceptione ordo ille celeſtꝫ hierarchie maxie ſuaret': vt.ſ.ſũmi angeli mediantibꝫ infimis hoies illuminarent. Et ideo Gabriel ꝑ quẽ virgo illuminabat' erat de infima hierarchia. Scđo rõne cõitatis. Vt eñ tatũ myſteriũ eſſet cõmuniꝰ: decuit vt inferior Gabriel nunciaret: q̃ vicꝫ de infima eſſꝫ hierarchia. Cum eñ inferiores angeli agant id qđ a ſuꝑioribꝫ recipiunt ⁊ non e conuerſo dum inferiores angeli nunciant: annũciatio ꝑ ſuꝑiores ⁊ inferiores expleť. qđ nõ eſſet ſi ſuꝑiores imediate annũciarẽt

Tertio rõne ꝓprietatꝫ. Decuit q̃ppe ordinẽ celeſtis hierarchie in hac annunciatione obſeruari: vt ſcꝫ ſummi angeli mediãtibꝫ infimis hoies illuminarẽt. ſed qꝛ nõ decuit vt de ĩfimo ordine.ſ. angeloꝝ aliq̃s mitteret' ad annunciandũ. Rõ. qꝛ ad illos.ſ.angelos ꝑtinet dirigere actꝰ alicuiꝰ hominis q̃ ad ipm ſingulariter vel q̃ſi tm̃mõ ꝑtinent. vnde angeloꝝ ꝓprietas eſt minima nũciare: ſicut dt Greg. in moral'. Vñ cõgruebat vt de ordine archangeloꝝ q̃ ordo eſt ſupra ordinẽ angeloꝝ mitteret' aliq̃s.ſ. Gabriel. Tum ꝓpter ꝑcipuũ honorẽ beate ꝟginis: que ſupra cõmunes erat viatores. Tum ꝓpter archangeloꝝ ꝓprietatem. qꝛ ad archãgelos ꝑtinet dirigere actꝰ hoĩs q̃ in totã multitudinẽ redundant. Vñ ⁊ archangeli dicunt' ab archos qđ eſt ꝑnceps: q̃ſi ꝑncipales angeli. Quia ergo cõſenſus beate ꝟgĩs qui per angelũ req̃rebat' erat actꝰ ſingularꝫ ꝑſone in multitudinis imo totius humani generis ſalutẽ redundãs: idcirco ad annũciandũ ꝟgini req̃rebat' vt mitteret' angelus de ordine archãgelorũ. Si aũt abſolute petis vel q̃ris vtꝝ iſte angelus fuerit ſummꝰ: Rñdet' ſm Tho. vbi ſ. q̃ non fuit ſummꝰ ſimpl'r. qꝛ nec de ſũma hierarchia nec etiã de media hierarchia fuit. Põt tñ dici ſummus duobꝫ modis. Primo. q̃a credibile eſt q̃ fuerit ſummus in ordine archangelorum Scđo qꝛ ſumma.i.incarnationẽ dei ⁊ ſalutẽ humani generꝫ annunciauit. Et ſic exponit Grego. in omel'. de centũ ouibꝫ. Huic etiã ſententie cõcordat Bern̄. ita dicens. Putemꝰ angelis ꝓeſſe archangelos qui ſunt conſcij diuinoꝝ ſecretorũ qui nõ niſi ob ꝑcipuas ⁊ maximas cauſas mittunt': ex q̃bus ille magnus archãgelus Gabriel miſſus legit' ad mariã: ob cauſam q̃ vtiq̃ maior eſſe non poteſt. Hec ille.

Capitulum.iiij.

Qvarto q̃rebat' Vtrũ congruẽtiꝰ int' oẽs angelos ꝓ hac annũciatione facienda debuerit Gabriel eligi. Videt' eñ q̃ non ſit ratio quare iſte potius eligat' q̃ȝ alius angelus vel archãgelus: cum q̃libet eque bene potuiſſet annunciare hec ꝟgini. Item videt' q̃ ob reuerenciã beate ꝟginis debuerunt mitti plures archãgeli ad ſalutandũ ⁊ annũciandũ. In cõtrariũ eſt euangeliũ. Ad q̃ſtionẽ igit' reſpõdet' ſm Alber. vbi ſ. ca. xvij. q̃ m'ti angeli nõ debuerunt mitti ad hanc annunciationẽ. qꝛ multitudo repugnat arcano myſterij. nõ eñ eſt arcanũ qđ m'tꝫ eſt cognitũ. nec eſt tã familiariter ⁊ amicabiliter intimatũ qđ pluꝰ eſt multitudini reuelatũ. Et ſic ſoluit' ſecundũ argumentũ in cõtrariũ factũ. Itẽ ſm eũdẽ Alber. ibidẽ ⁊ Tho. vbi ſ. nulli alteri angelo ita congruebat facere hãc annũciationẽ ſicut Gabrieli. Ratio. quia huic officio nomẽ Gabrielis ſuꝑ oĩa cõgruebat Nã hoc nomen Gabriel tripl'r interp̃tatur ſm Grego. ⁊ Hiero. Primo ſic. Gabriel.i. virtus noſtra deꝰ Et hoc ſumme congruebat. quia ꝟtute diuina debebat conciꝑe virgo: nõ hũana. Scđo interp̃tatur Gabriel.i. fortitudo dei. et hoc etiã ſumme congruebat ad oſtendẽdũ q̃ opus incarnatõis erat ꝑ dei fortitudinẽ nunciandũ. Primo q̃deꝫ quia fortꝫ.ſ.angelus miſſus eſt ꝓpter fortem.ſ. chr̃m: qui vt dt Pſ. eſt deꝰ fortis ⁊ potens. Secundo: qꝛ fortiſſimũ ſuꝑ omnia oꝑa erat opꝰ incarnationis. Fortius quippe ⁊ maioris virtutis erat deum fieri hoĩem q̃ȝ ex nihilo creaſſe mũdũ cum deus plus diſtet a q̃libet creatura q̃ȝ creatura a nihilo. Tertio q̃a fortis miſſus eſt cõtra fortem.ſ. diabolũ ad debellãdũ. Et ideo fortitudo dei Gabriel annũciare debuit virgini chriſti aduentum. Tertio interp̃tatur hoc nomẽ Gabriel.i. confortauit me deus vl' confirmatio dei Et hoc congruebat. qꝛ per eiꝰ annũciationẽ confortari debebat cor virginis Marie ⁊ cõfirmari ad credendũ ⁊c. Unde cum turbata eſſet: angelꝰ dixit ei. Ne timeas Maria: inue. ⁊c. O igit' fidelis aĩa vide q̃ȝ rationabilis ſit fides catholica: vide q̃ȝ miro ordine diuine ſapientie firmata ſit fides iſta ſalutifera: cui deſeruit omnis ratio: omnis ſciencia ⁊ ars: adeo vt nil incõgruũ: nil falſum poſſit huic veriſſime fidei vel irrationabile admiſceri. Agnoſce igit' verũ dei filiũ eſſe chr̃m ⁊ ſecurꝰ eſto credens in ipm.

Articulus ſecundus Qualiter angelus Gabriel apparuit beate virgini in tempore annunciationis.

Capitulum.I.

Secundũ myſterium declarandũ dicit' qualitas apparitionis.i. qualiter facta ſit apparitio angeli Gabrielis circa beatam ꝟginẽ. Circa qđ q̃ttuor conſiderationes occurrunt.

Prima de angeli ingreſſione.
Scđa de virginis occupatione
Tertia de eiuſdẽ virginis ſituatione
Quarta de angeli viſione.

Prima conſideratio de angeli ingreſſiõe: q̄lr viꝫ angelus Gabriel clauſum oratoriũ benedicte ꝟginis ingreſſus fuerit: vtꝝ ianuis clauſis intrauerit: vl' oſtium oratorꝫ aperuerit: Ad qḋ breuiter r̄ndet ſm Alber. vbi ſ. ca. lxiij. ſic dicentem. Credimus inq̄t angeluꝫ clauſis ianuis intraſſe. et hoc potuiſſe ꝓpter nature ſue ſubtilitatē ꝛ aſſumpti corporis etherei q̄litateꝫ. Nā vt dicit Aug. angeli aſſumunt ſibi corpora in q̄bꝫ apparent de puriſſimo ethere. ḡ potuit ianuis clauſis intraſſe. Unde ꝛ Bern̄. ſup Miſſus eſt: dicit ſic Suſpicādũ nō eſt ꝙ apertum angelus inuenerit ꝟginis oſtium: cui nimiꝝ in ꝓpoſito erat fugere hoīm freq̄ntiam: vitare colloquia: ne orantis ſilentiũ ꝑturbaret. Hec ille. Deniqꝫ hoc etiā myſterio congruebat vt viꝫ angelus clauſis ianuis ingrederet oratoriũ: q̄tinꝰ ꝑ hoc ſignificaret ꝙ dei filiꝰ cuius incarnationem annũciabat clauſo virginali vtero ingrederet ꝛ naſceret: iuxta illud Ezech. xliiij. Porta hec clauſa erit ꝛ vir nō ꝑtranſibit per eam: q̄m dñs deus ingredit ꝛ egreditur per eam.

Capitulum .ij.

Secunda conſideratio de beate virginis ꝑtunc occupatione: quibꝫ. ſ. actibus erat bñdicta virgo tunc in oratorio occupata et quid agentem angelus eam repperit. Ad qḋ breuiter dr̄ ſm doctores ꝙ quadruplici actu erat occupata.

Primo legebat.

Secundo contemplatiōi inſiſtebat.

Tertio lachrymando ſuſpirabat.

Quarto deuotiſſime orabat.

Primo q̄ppe legebat ſanctos libros ꝓphetaruꝫ veteris teſtamēti in q̄bꝫ erat ꝓmiſſio de chriſto. et vt tradit a deuotis doctoribꝫ pie credit ꝙ tūc legebat illud Eſa. vij. ca. Ecce ꝟgo cōcipiet ꝛ pariet filium ꝛ vocabit nomē eius emanuel. Tātaqꝫ deuotiōe mouebat vt exītimis medullis cordis dicere cogeret. O deꝰ patris noſtri: vtinā videre ſaltem mererer ipſam ꝟginem q̄ cōceptura eſt filiũ tuum: totā me in eiꝰ ſeruitiũ mancipare: oīa relinquēs eiꝰ veſtigijs adherere: putas ne viuam: putas ne videbo illam virginē ꝛ eiꝰ filiuꝫ? O vtinā ſaltem ſemel admitterer: vt ī illiꝰ filij redēptoris ꝛ ſaluatoris generis humani: paruuli nati: oſc'la ruere poſſem: brachijs: amplexuqꝫ dulci circumplecti valerem: ꝛ ei ſeruitia deuota impenderē ꝛc. Secundo contemplationi diuine inſiſtebat. Nam ſm Albertũ ſup Miſſus eſt: erat tunc virgo bñdicta totaliter eleuata ad familiaritatē diuinam: que tota replebatur dulcedine gratie. tota gratificabat: et tota glorificabat. et quanto magis eleuabat in cognitiōe dei: tanto magis deſcendebat ad ſui hũiliationē: indignam ſe reputans vel ad minimā dei familiaritatem. Et ideo non mirũ ꝙ oratio tā humilis penetrabat celos: q̄m ſcriptũ eſt Eccl. xxv. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat: et nō deſcendit donec aſpiciat altiſſimꝰ. Tertio lachrymādo ſuſpirabat. Pie nēpe credit cũ multis ſuſpirijs in ipſa hora annũciationis deſideraſſe filij dei aduentũ pro generis humani redemptione. Si eñ Abraam deſiderauit videre diem chriſti Si oēs ſancti ꝛ prophete voluerunt deſiderio magno chr̄i aduentum: multo magis Maria. Quarto deuotiſſime orabat. Uñ Bern̄. ſuper Miſſus eſt: dicit. Ingreſſus eſt angelus in ſecreto cubiculo vbi clauſo ſup ſe oſtio ōrabat virgo patrem in abſcondito. Si eñ conceptio precurſoris fuit pñunciata patri ſuo preoccupato in ſacrificio: multo probabilius eſt ꝙ cōceptio ſaluatoris annunciata fuerit virgini in deuotiōe ꝛ oratione actualiter exiſtenti. Tunc eñ vt credo plus ſolito feruentiſſima ꝛ vnguentis ſpiritusſancti delibuta: ac dulcedine gratie cōſolata: humili mente ꝛ corde deuoto: lachrymātibꝫ oculis: et vultu ad celeſtia eleuato: dicebat. O clementiſſime deus qui bonitate tua mundũ creaſti ꝛ angelos ac homines ad imaginē tuam feciſti: miſerere homini iā perdito: aperi celos ꝛ deſcende. Ueni obſecro deus pijſſime: veni: ne reſpicias peccata hominũ: ſed miſericordie tue multitudinem qua te repromiſiſti patribꝫ noſtris venturꝫ et hoiem liberaturꝫ. Hec et his ſimilia orante: ecce angelus dñi aſtitit ꝛ lumen refulſit in habitaculo virginis.

Capitulũ .iij.

Tertia ḡ conſideratio occurrit de bñdicte virginis protūc ſituatione: Utꝝ viꝫ ꝓſtrata ꝑtunc erat cum angelus aduenit: aut ſedebat: aut genuflexerat: vel ſtabat: Ad qḋ idem Alber. vbi ſ. ca. lxiij. dicit. Credimus inq̄t beatam ꝟginem in aduentu angeli inclinatꝭ genibus ꝛ eleuatis puris manibꝫ: erectis in celum oculis: ad patrē miſcḋiaꝝ pro incarnatione filij ſui deuotiſſimas preces cum lachrymis fudiſſe et angelo venienti reuerenter aſſurrexiſſe. q: hec ad honeſtatē ꝑtinebant. ſicqꝫ ꝑturbata de noua ſalutatione: capite inclinato hũiliter ſtetiſſe. Nā et hoc modo in picturis conſueuit per totā eccleſiā figurari cōmuniꝰ. Tandē quoqꝫ ꝑcepta annunciatione credendo in eam cōſenſiſſe: et q̄tocius impleri nō dubitaſſe. Et rurſum flexis genibus in terram ꝛ eleuatis oculis in celũ at manibꝫ: ex intimo corde erũpētibꝫ ꝑ gaudio lachrymis: deuotiſſime flagitādo dixiſſe. Fiat inquit mihi ſm ꝟbũ tuũ. et ſic deũ pariter ꝛ hoiem concepiſſe. Et iſte modus poſitionis ꝛ ſitus corꝑ eſt q̄ de manu angeli. i. ſacerdotꝭ ſuſcipiũt dñicum corpus de altari. Hec Albertus.

Capitulum .iiij.

Quarta conſideratio de angeli viſiōe a beata. ſ. virgine: vtꝝ viꝫ beata ꝟgo viderit corpali viſione iſtum angelum ſibi apparentē. vel vtrũ angelus ſibi apparuerit corpora-

liter vel tm̄ intellectualiter. Tu poſſis argue/
re ꝙ iſta filij dei incarnatio debuit ab angelo vi/
ſione intellectuali annūciari: ⁊ nō viſione corpo
rali. qꝛ viſio intellectualis eſt melioꝛ viſiōe coꝛ/
poꝛali. Nā illi q̄ viſione intellectuali chꝛm̄ vide
runt bti ꝓnūciant̄. Joan. xx. Bti q̄ nō viderūt. ſ.
coꝛꝑaliter: ⁊ crediderūt. Qui aūt viſiōe tm̄ coꝛ/
poꝛali viderūt chꝛm̄: ſicut Pilatꝰ ⁊ crucifixoꝛes
non credentes eū eſſe deū: nō beatificant̄. g̃ cum
melioꝛ ſit viſio ītellectualis: debuit apparere in/
tellectualiter ꝓpter huius incarnatōis ꝑfectionē.
Preterea viſio intellectualis videntes nō ꝑtur
bat nec ſtupefacit. ſed hoc facit coꝛꝑalis. Vñ ca/
nitur de ipſa beata ꝟgīe. Expaueſcit ꝟgo de lu/
mine. ſed melius fuiſſet ꝙ a tali ꝑturbatōe mēs
eius fuiſſet ꝑſeruata. g̃ debuit apparere viſione
intellectuali. In cōtrariū eſt doctoꝝ ſentētia
Unde ⁊ Augꝰ in quodam ſermone inducit bea
tam virginem ſic dicentē. Uenit ad me Gabꝛiel
archangelus facie rutilans: veſte coꝛuſcans: in/
ceſſu mirabilis. Hec aūt nō poſſunt ꝑtinere niſi
ad coꝛpoꝛalem viſionē. ergo tali viſiōe angelus
beate ꝟgini apparuit. Ad queſtionē igit̄ reſpō
detur ſm̄ Tho. iij. parte ſumme. q. xxx. ar. ij. Et
iterum. iij. ſcripto ſmaꝝ. diſt. iij. ar. j. ꝙ iſta incar
natio diuina non debuit nunciari ab angelo vi/
ſiōe intellectuali ſed coꝛꝑali. Et hoc triplici rōne

Primo rōne maioꝛis ſimilitudinis.
Scđo ratione celſitudinis
Tertio rōne maioꝛis certitudinis.

Primo ratione maioꝛis ſimilitudinis. Nā an/
nunciatio debebat ꝓpoꝛtionari ei qui annūcia/
batur. Annūciabat̄ aūt miſſio viſibilis filij dei
in mundū. Sicut ergo deus q̄ eſt īuiſibilis car/
nem viſibilem debebat aſſumere: ſic angelus q̄
eſt inuiſibilis: in carne viſibili debuit apparere.
Scđo rōne virginalis celſitudinis. Fuit eñi
conueniēs ꝟginis dignitati: vt ſicut ipſa non ſo
lum mente ſed etiam carne debebat chꝛm̄ conci
pere: ſic ⁊ angelus ſibi apparere debebat non ſo/
lum mentali: ſed etiā viſione coꝛꝑali: vt nō ſolū
eius intellectꝰ ſed etiā ſenſus delectaret̄. Ter/
tio rōne maioꝛis certitudinis. Nam coꝛꝑea ſeu
ſenſibilia manifeſtioꝛa ⁊ certioꝛa ſunt nobis q̄ꝫ
ea que viſione imaginaria apphendimus. In
his quippe que viſibiliter cernimus minus de/
cipimur. Et ideo vt manifeſtioꝛa ⁊ certioꝛa eēnt
beate ꝟgini ea q̄ annūciabant̄: angelus coꝛꝑali
viſione debuit apparere. Ad obiecta g̃ rñdet̄
ſm̄ eundē Tho. ibidem. Ad pmū dꝛ ꝙ q̄ꝫuis
viſio intellectualis ex ſe ſit melioꝛ coꝛpoꝛali: ta/
men vtraqꝫ ſiml' efficacioꝛ eſt q̄ꝫ altera ꝓpter cō/
naturalitatē humane cognitōis ad ſenſum. Vñ
et qui vtroqꝫ oculo chꝛiſtum viderūt ſicut apl'i:
magis beatificabant̄. Lu. x. Beati oculi qui vi/
dent que vos videtis ⁊c. Btā aūt virgo vtroqꝫ
modo vidit angelū. ſ. et viſiōe intellectuali: et cū
hoc coꝛꝑali. Ad ſecundū rñdet̄ ſm̄ Oꝛigenem
ſuꝑ Lucā q̄ dicit ꝙ angelus apparens ſciēs hu/
manā naturā et pcipue ꝟginem eſſe fragilē: per/
turbationi ⁊ fragilitati medet̄ confoꝛtādo. Vñ
tam Zacharie q̄ꝫ Marie poſt ꝑturbationē dixit
Ne timeas. Et ꝓpter hoc dꝛ vl' legit̄ in vita ſancti
Antonij. Non eſt difficilis bonoꝝ maloꝛumqꝫ
ſpirituū diſcretio. Si eñi poſt timoꝛē ſucceſſerit
gaudium: a dño ſciamꝰ veniſſe auxiliū. qꝛ ſecu/
ritas aīe ꝑſentis maieſtatꝭ indiciū eſt. Si aūt
incuſſa foꝛmido ꝑmanſerit: hoſtis eſt q̄ videtur
Hec btūs Tho. vbi ſ. O itaqꝫ aīa mea cōtem
plare nūc quō dña mundi lachꝛymoſis oculis:
facieqꝫ ſerena ꝓ tua ſalute ⁊ totiꝰ humani gene/
ris redemptiōe depcat̄ vt dei filius mittat̄. Con
templare quēadmodū ſubito clauſis ianuis an
gelus cum lumine ingenti ingredit̄: et genufle/
xo ipſam ſalutat. Contemplare quō virgo expa
ueſcat: et aſſurgens: angelo ꝓuoluto ad genua
ipſa hūiliter ⁊ deuote capite demiſſo: diuina nū
cia auſcultans aſtat. O aīa mea ingredere in
coꝛ benedicte ꝟginis: in coꝛ inquā diuīa gratia
plenū: in coꝛ tante dñe tue vꝑpote dei genitricꝭ:
in qua omnis cōſolatio tua: omnis dulcoꝛ: oīs
ſuauitas tua cōſiſtit. et ſpes: vitaqꝫ: ac ſalus tua
manet. Ingredere inquā et vide q̄d ſentiat: quō
de tanto lumine expaueſcat: ſed de dei ſuauitate
dulceſcat. Audiuit tenoꝛem ꝟboꝝ nuncij ⁊ ter/
ret̄ pre nouitate inſolite ſalutationis. Exultat le
tabunda qꝛ ſalutat̄ ab oīm creatoꝛe deo. et quō
tanta ⁊ tanti a ta tanto: ſalutatione nuncianda
dignam ſe reputare ignoꝛat. Gaudet de aſpectu
angeli. Letat̄ qꝛ mox mater dei efficit̄: et dña ce/
loꝝ ⁊ angeloꝝ regina pficit̄. O felix Maria q̄n/
to digna es honoꝛe q̄ deū meruiſti ſuſcipe quē
totꝰ oꝛbis neqͣt comphēdere. Quis extimare va
leat o dña q̄nta tunc dulcedine coꝛ tuum redū/
dabat: cū dulciſſima angeli ꝟba ex deo tuo quē
ſuꝑ oīa amabas ſuſcipiebas: cū tibi dei filiū ꝓ/
mitti audiebas: te ſuꝑ oēs bñdictā fore auſcul/
tabas ⁊ grā plenā eſſe te ſentiebas. O vtinā tunc
affuiſſem ⁊ genibꝫ ꝓuolutis cum angelo corā te
dña ꝓcidiſſem. vtiqꝫ te exoꝛaſſem ⁊ dixiſſem. O
glorioſiſſima dña excelſa ſuper ſidera: ecce q̄nta
tibi gloꝛia annunciat̄: ecce q̄ntꝰ tibi filiꝰ ꝓmitti/
tur: ecce quanta ꝑ te mundo toti vtilitas adq̄rit̄
Et ergo noli moꝛari ꝟgo btiſſima: reſponde an/
gelo ⁊ ſuſcipe dei filium in tuū ſacroſanctū vte/
rū. Recoꝛdare dña quia pꝛo nobis peccatoꝛibꝫ
tu es electa vt ſis dei mater vera: noli ergo vnq̄ꝫ
obliuiſci noſtri: ſuſcipe ꝟbū vt ſis dei genitrix:
virgo: regina angeloꝝ: totius mundi impatrix:
et peccatoꝝ aduocata: vt per te nobis det̄ celeſtꝭ
gloꝛia Amen.

Articulus tertius qualibus modis ⁊ condi
tionibꝫ digniſſimis angelus annunciando bea
te virginis conceptum apparuit.

Capitulū. I.

T Ertium myſteriū declarādū ōr magnificē obſeruatōis. Nimirꝫ deꝰ oīpotēs ꝛ pijſſimꝰ decreuit vt angelus Gabriel in ſua legatiōe ad honorē bn̄dicte ꝟginis ꝛ eius ſacratiſſime cōceptionis .xij. honorificos ſiue dignificos modos obſeruaret: quatinꝰ ꝛ in hac annunciatione ipſa beata virgo gauderet ꝛ gloriaret᷑ his duodecim dignificis condicionibꝫ ꝛ modis tanq̄ꝫ fulgore corone duodecim ſtellarꝫ. Primo quidem decreuit deus ꝛ voluit vt angelus in ſua apparitione obſeruaret quattuor modos ꝛ condiciones honorificos ſiue dignificos vt vicꝫ apparere deberet ipſi virgini

Primo in humanali ſpecie.
Secundo in virili decore.
Tertio in iuuenili etate.
Quarto in habitus ſui radioſitate.

Secundo q̄ttuor in ſalutatione: vt ſcꝫ

Primo reuerēdiſſime ſalutaret᷑.
Scd̄o digniſſimo nomīe nominaret᷑.
Tertio de diuino cōſortio cōmēdaret᷑.
Quarto de ſummo ꝑuilegio magnificaret᷑.

Tertio q̄ꝫ decreuit deꝰ quattuor alios modos dignificos obſeruari in huius legatiōis executione: vt videlicet

Primo de gr̄a aſſecuraret᷑.
Scd̄o ſibi filius dei ꝓmitteret᷑.
Tertio de ſubuentione ſpūſſct̄ instrueret᷑.
Quarto ad conſentiendū deo induceret᷑.

P Rimus itaqꝫ modus dignificꝰ quē obſeruare debuit angelus ad honorē beate virginis et eiꝰ conceptōis q̄ tanq̄ꝫ prima ſtella virgo bn̄dicta gl'iat᷑: dicit᷑ humane ſpeciei apparitio. Ubi q̄rit᷑ Utrꝫ cōuenienter angelꝰ debuit apparere beate ꝟgini in humana ſpecie magis q̄ꝫ in alia? Circa qđ poſſis arguere ꝙ debuit apparere in ſpecie ſerpētina. qꝛ dicit Ber. ꝙ modus reꝑationis debuit fieri ꝑ ſimilis modo ꝑditionis. Sicut ḡ ſimilitudo fuit in hoc ꝙ femīa ꝑdidit: femina ſaluauit: Ita debuit eſſe ꝛ in hoc ſimilitudo: vt ſicut angelus malus in ſpecie ſerpentiſ decepit: ita ꝛ angelus bonꝰ in ſpecie ſerpētis debuit eſſe nūciꝰ reꝑationis. Preterea videt᷑ ꝙ debuit apparere in ſpecie colūbina. qꝛ contraria cōtrarijs curant᷑: vt ōr Greg. Homel᷑. de martyribꝫ. ḡ ſi deceptio fiebat per calliditatē ſerpentinā: illuminatio debuit fieri ꝑ ſimplicitatē colūbinā. In cōtrariū eſt cōis doctorꝫ ꝛ totiꝰ eccl'ie ſnīa. quia vbiqꝫ figurat᷑ Gabriel pro hac annūciatiōe in ſpecie hūana in q̄ credit᷑ apparuiſſe. Ad q̄ſtionē rn̄det᷑ ſm Alber. vbi ſ. ca. xx. ꝙ angelus apparēs ꝟgini debuit apparere ī humana ꝛ nō alia ſpecie. Et hoc cōueniebat Prio rōne dignitatiſ. qꝛ vt dicit Ariſto. li. j. de anialibꝫ Homo eſt digniſſimū aialiū. Sed qꝛ iſta apparitio fuit complementū ꝛ digniſſima oīm apparitionū. Si ḡ alie apparitiones angelorꝫ in veteri teſtamento fiebāt in ſpecie humana: vt patet de Abrae facta apparitione ꝛ cōſilijs: multo magis iſta debuit fieri in ſpecie digniori .ſ. hoīs.

Scd̄o rōne conformitatis. quia humana ſpecies conformior erat ad chr̄i incarnationē. Un̄ et Mattheus euāgeliſta eo ꝙ plura ſcripſit de incarnatione dei hoīs: inter aīalia euangeliſtas figurantia habet faciem hoīs. Cōueniēs ḡ erat ꝙ ſicut annunciabat᷑ ꝑ angelū deꝰ fieri homo: ita angelꝰ ī hūana ſpecie appareret. Tercio rōne illuminatiōis. Beata em̄ ꝟgo ſenſibil'r ab angelo illuminari debuit. Illuminatio autē ſenſitiua ad cognitionē fit mediante locutione. ḡ mediū illuminationis debuit eſſe locutiuum. ſed nullū ſenſitiuū eſt locutiuū niſi homo. ḡ debuit venire in ſpecie humana: ꝛ in nulla alia. vtpote ſicut nobiliſſimū intellectiuū erat qđ illūinabat eam interiꝰ .ſ. deus: ſic etiam nobiliſſimū eſſet ſenſitiuū qđ illumīabat eā exteriꝰ .ſ. homo. Et ꝑ hoc ſoluit᷑ illud incongruū de ſpecie columbe. Ad illud aūt de ſpecie ſerpentis Reſpōdet᷑ ꝙ ext̄ ordinata fuit ſpecies ſerpentis ad deceptionē Gen̄. iij. Sed ꝛ ſerpens erat callidior cūctis animantibꝫ terre: non debuit eſſe inſtrumētū illuminationis. Hec Albertus. Un̄ patet ꝙ ꝓpter hoīem huiꝰ ſacratiſſime cōceptiōis debuit angelus in ſpecie humana apparere.

Capitulum .ij.

S Ecūdus honor ōr virilis forme decoratio. Nā nō debuit angelꝰ apparere in forma femīe: ſed in forma viri. Primo ꝓpter dignitatē. qꝛ maſculus natural'r eſt dignior femina .j. Politic̄. Scd̄o ꝓpter conformitatē ad chr̄i incarnatiōē q̄ annunciabat᷑ venturus in virili ſexu tanq̄ꝫ ꝑfectiori. Tertio ꝓpter illūinationis opportunitatē. quia em̄ debuit beatā ꝟginem angelus illuminare. ſexus aūt femineꝰ non eſt illuminatiuus: ſed magis illuminabil'ſ: iuxta illđ apl'i. Mulieres in eccleſia taceāt: ſed domi interrogent viros. ergo ꝛc̄. Et ꝙ ſic apparuerit: claret et cōfirmat᷑ ꝑ virginis turbationē. Un̄ ſuꝑ illud Que cū audiſſet turbata eſt. gloſa ōr. Propriū eſt virginum ad omnes viri pauere occurſus. Et etiam quia in omnibus apparitionibus que fuerant in veteri lege angelus legitur apparuiſſe in forma virilis ſexus. ergo propter honorem huius multo magiſ. Hec Albertus.

Capitulum .iij.

T Ertius honor: iuuenilis etatis perfectio. Nā iſte angelus pro hac annūciatōe nō debuit apparere in ſpecie puerilis vl' etiā ſenilis etatiſ. quia ſenex inq̄ꝫtum hmōi dicit defectū: ſimil'r ꝛ puer. Iuuenis aūt dicit nouitatem cum ꝑfectiōe. Cū igit᷑ h annūciabat᷑ ille q̄ fuit nouus ſm hūanitatem ꝛ ꝑfectus ſm deitatē: ḡ debuit angelus in ſpecie iuuenilis h apparere. Unđ

Dionyſius dicit q iuuenilis ſignificat innouatis et ſemper vitalis virtutis perfectionem Hec Albertus.

Capitulum .iiij.

q Uartus honor dr habitus radiatio. Nā non decuit angelū apparere in alia veſte q̄ candida: clara: z luminoſa. vt ſic magis honorificaret hec ſacra conceptio. Et hoc q̄dem Primo ꝑpt angelū ipm nunciantem. qr cādor veſtis innocētiā deſignat angeli. Nō ꝯgruit ḡ angelo veſtis alba ſit z rubea. qr cū innocētia nō eſt aptus hīc paſſionē quā ſignificat rubedo: iuxta illud Eſa. lxiij. Quare rubrū eſt veſtimentū tuū. qđ dicit de chriſto propter paſſiōem. ergo debuit angelus habere veſtem pure albam z radioſam ꝑpter glorie celeſtis lumen ſignificādum.

Secundo ꝑpter ipſam ꝟginē cōcipientē cōueniebat veſtis clara. qr ipſa ſine peccato fuit z ſine peccato cōcepit eum qui peccare nō potuit. et ideo totum album z nil de nigro colore q̄ maculam deſignat hīc debuit. Nec debuit hīc rubricatā vel bicoloratā veſtē. qr virgo btā ſine libidine concepit z ſine dolore peperit verum lumen mundi: qui illuminat omnē hoīem venientē in hunc mūdū Joan. j. ḡ eīm albā z radioſam ac lumine candentē veſtem angelus habere debuit.

Tertio ꝑpter chrm aduenientē. quia eīm ille annunciabat qui nos a culpa purificabat z celeſti luci reſtituebat: qui etiaʒ lux vera de luce. i. deo patre ꝓcedit. Deꝰ eīm lux eſt: et tenebre in eo non ſunt vlle. j. Jo. j. Ideo clariſſima z puriſſima ac lucidiſſima veſte hic nūciꝰ apparere debuit. Et ſi dicas. Chrs annūciabat q̄ paſſurꝰ erat z moriturꝰ: ideo debuit habere aliq̄d de rubeo z pallido colore ad illud deſignandum. Reſpondet ex autoritate beati Dionyſij q omnis apparitio debet viſibiliter declarare illud inuiſibile quod ꝑmo z ꝑncipaliter ac ꝑ ſe annunciat vl̄ intendit. ergo cū iſte angelus ꝑmo z ꝑncipalr nō intēdebat nūciare niſi incarnationem: non debuit habere veſtem rubricatā: ſed tm̄ albam. Hec Albertus vbi ſ. ca. xxvij.

Capitulum .V.

q Uintus honor: et quo ad ſecundū q̄ternariū ꝑmus: dr reuerēda ſalutatio. quia angelus apparēs ſalutauit btām ꝟgineʒ ſalutatione reuerendiſſima a deo miſſa: dicens Aue. tanta q̄dem reuerētia q vt pie creditr angelus genua hūillime flexerit ad hoc ꝟbū corā benedicta ꝟgine: vtpote corā tali z tanta dn̄a que mox futura erat dei mater: regina celi: et dn̄a angeloꝝ oīm ac hoīm. Et hoc ꝓbabile eſt ex vniuerſali eccl'ie conſuetudine. quia in tota eccleſia ſolitum eſt ſic ꝑ imagines figurari: q vicʒ angelꝰ genuflexo ꝟginem benedictam ſalutauerit. Deniq3 quante ſit reuerentie iſto ꝟbo ſalutaſſe virginem. ſ. Aue: patet ex eius interpretatione. quia dicitur Aue quaſi ſine ve. Unde in hoc ſalutata eſt virgo de ſumma excellentia immunitatis ab omni ve. ſ. nature: culpe: et pene. Nature inquā. quia vt dicit Bernar. erat ſine corruptiōe fecunda: ſine grauamine grauida: et ſine dolore puerpera. Itē culpe. quia erat ſine ve culpe venialis: mortalis: et originalis: vt infra oſtendet. Deniq3 ſine ve pene: que eſt in ſeꝑatione anīe z corporis: quoniā ſine dolore mortua eſt: et ſine incineratione vel putrefactione. Preterea Secundo quante ſit reuerentie hoc verbo Aue virginem ſalutaſſe: clareſcit ex eiꝰ deſignatione. Nā conuerſo hoc nomine Eua per litteras: Marie dictum eſt Aue. ad deſignandum q vicʒ in benedictionem Marie Eue maledictio verrebat. Plura de hoc infra dicentur cum de ſalutatiōe agetur. Deniq3 Tertio quante reuerentie fuerit iſto verbo ſalutaſſe virginem: clareſcat ex virginis perturbatione. Nam cum audiſſet hāc ſalutationem turbata eſt: non quidem de viſione angeli: vt dicit Nicolaus de Lyra. qr ſolita erat videre angelos. ſed quia ipſa beata virgo pre nouitate huius ſalutationis et excellentia ſe indignam ex humilitate reputans tante ſalutatiōis: turbata eſt in ſermone angeli: z cogitabat qualis et quante excellentie eſſet iſta ſalutatio: vt habetur Luc. j. ca. Decreuit igitur deus hac ſalutatione inaudita digne venerandam honorari virginem ab angelo ob eius digniſſimam conceptionem.

Capitulum .VI.

ſ Extus honor dicitur digniſſima nomiatio: cum ſcʒ dixit angelus Gratia plena. Propterea quippe vt dicit Albertus ſuper Miſſus eſt. ca. lxvij. angelus non appoſuit in hac ſalutatione nomen ꝓprium Marie: vt diceret: Aue Maria. quia digniſſime ſalutandam hoc nouo dignitatis nomīe. ſ. gratia plena eam nominare voluit: quatinꝰ ꝑ mutationem nominis: ꝑmutatio ſtatus ſignificaret et eminentia dignitatis. Nam in collatione magnaꝝ dignitatum ſolet fieri mutatio nominū. vt patet in papa qui quando creatur: alio nomine nominat. Unde z ſaluator hoc obſeruando dixit ad Petrū: Simon Joānis tu vocaberis cephas. Hinc eſt q angelus vt magis honoraret virginē: pro proprio nomine ſcʒ Maria: nomen nouum ex dei voluntate impoſuit. ſ. Gratia plena. iuxta illud Eſa. lxij. Uocabitur tibi nomen nouum qđ os dn̄i nominauit. Et ſi dicas hoc nomen gratia plena non ꝓprie conuenire beate virgini: ſed etiam alijs. Dico q hoc nomen gratia plena ita circūlocutiuum eſt ꝓprij nomis beate virginis et perſone ipſius q nulli alij proprie conuenit: neq3 deo neq3 creaturis ſcḋm q plenitudo gratie intelligitur ſuſceptiue. Deus eīm nil gratie ſuſceptiue habet: ſed potiꝰ datiue z fontaliter. Nulla etiā alia creatura preter beataʒ ꝟginem plena eſt gratie ſuſceptiue: que ſola tātum gratie rece-

pit ꝙ pura creatura plus recipe nō potuit. Unđ et h̄ ita ꝓpriū fuit ꝙ angelus ei illud ꝓ ꝓprio nomine impoſuit, ꝓpter ſignificandā excellentiā ſue dignitatis. Hec ille vbi ſ̄.

Capitulum. VII.

s Eptimus honoꝛ exhibit⁹ beate ỽgini ab angelo ſalutante đꝛ cōſoꝛtij diuini cōmēdatio. Nam ſtatim vt ſalutauit eam angelus cōmendauit de diuino conſoꝛtio. i. ꝙ ipſa deum ſecū haberet ſup oēs ſcōs: cū dixit. Dñs tecum. Ex quo patet beate ỽginis dignitas: vt q̄dāmō ſub ſua voluntate haberet deū quem ⁊ h̄ret filiū. Uñ Bern. ſup Miſſus eſt. dicit ſic. Licꝫ ſit de⁹ cū oīb⁹ ſanct̄: excellenti⁹ tamē cum Maria: cum q̄ vtiqꝫ tanta conſenſio ei fuit vt illius nō ſolū voluntatē: ſed ſibi etiā carnē cōiungeret: ⁊ de ſua carne ỽginea vn⁹ ch̄ꝛs fieret. Ait itaqꝫ angel⁹. Aue gratia plena dñs tecum. Nec tm̄ dñs filius tecū: ſed etiā dñs ſpūſſctūs tecū: de q̄ concipies. et dñs pater inquā tecū: q̄ ſuum filiū facit ⁊ tuū. et fili⁹ tecū qui ſe tibi dedit in filium: ſumēs ex te carnē. Itē Maxim⁹ ep̄s dicit Dñs tecum in mente: tecū in ventre: tecū in vtero: tecum in auxilio. Et ſic patet.

Capitulum. VIII.

o Ctauus honoꝛ đꝛ ſummi ⁊ ſingular̄ ꝓuilegij magnificatio: cū ſubdidit dicens. Bñdicta tu in mlı̄erib⁹. Ecce q̄ntus honoꝛ ab angelo Marie defert̄: cum īter oēs mulieres excellenti⁹ bñdicta foꝛe ꝑdicat̄ ⁊ magnificat̄. Uoluit aūt deus vt angelus ſic eā in ſalutatione honoꝛaret: bñdictā ſup oēs foꝛe ꝓnūciando: q̄tin⁹ bñdictionē quam ꝑma mulier ꝑdidit: ipſa ỽgo bñdicta reppiſſe ꝑ ſuum ſalutiferū ꝯceptū: toti mūdo q̄ꝫ itulisse gauderet. Uñ Hiero. in ſermone de aſſumptōe đꝛ. Uere bñdicta tu in mulierib⁹ q̄ vir̄ et mulierib⁹ bñdictionē ꝓpinaſti. De his partib⁹ ſalutatiōis infra latius.

Capitulum. IX.

n Onus honoꝛ q̄ ⁊ ꝑmus tertij q̄ternarij đꝛ gratie aſſecuratio. Cū em̄ vidiſſet angelus btām virginem pꝛe humilitate pauere ⁊ turbatā foꝛe de ſalutatiōe inſolita ⁊ tanta ſui exaltatione: qm̄ nil mirabilius eſt vere humiliāti ſe q̄ꝫ ſua exaltatio. Et ꝙ ꝑ huilitate ꝓfunda qua ſe nil eſſe reputabat apud deū: indignaꝫ tanto bñficio iudicaret: ſtatim eam de gr̄a dei et honoꝛe iſto dignaꝫ foꝛe aſſecurauit ⁊ cōfoꝛtauit đi. Ne timeas Maria: inueniſti gr̄am apđ deū ſcꝫ nō ſolū ꝓ te ſed ꝓ toto genere humano. Hec Nico. de Lyra in poſtilla.

Capitulū. X.

d Ecimus honoꝛ đꝛ diuine ꝓlis repꝛomiſſio. vñ ſubdit̄. Ecce ꝯcipies in vtero ⁊ paries filiū et vocabis nomen eius Jeſum. Non đꝛ: impones. qꝛ hoc nomē fuit impoſitū a deo patre eternaliter. ſequit̄. Hic erit magnus. Semꝑ q̄dē fuit magn⁹ de⁹: ſed futur⁹ erat magnus hō ⁊ magnus ꝓph̄a. Lu. x. Pꝛopheta magnus ſurrexit in nob. ſubdit̄. Et fili⁹ altiſſimi vocabit̄: et dabit illi dñs de⁹ ſedē Dauid patr̄ ei⁹. Hic: angelus nō loquit̄ de regno tꝑali Dauid. qꝛ ch̄ꝛs tꝑaliter non regnauit ſup ſedē. i. thꝛonū Dauid. Joā. xviij. Regnū meū nō eſt de h̄ mundo: ſed loquit̄ de regno ſpūali et celeſti: qđ figuratū fuit ꝑ regnū Dauid tꝑale: ſicut ⁊ celeſt̄ hieruſalē ꝑ tꝑalē. Uñ ⁊ ſubdit̄. Et regnabit in domo Jacob. i. ſup electos. Nō đꝛ: in domo Abꝛae vel Iſaac. qꝛ de domo Abꝛae ⁊ Iſaac aliq̄ fuere repꝛobati: ſic Hiſmael ⁊ Eſau. ſed in domo Jacob oēs eius filij a ſanctis doctoꝛibus inter electos ſunt computati. qꝛ etſi aliqui eoꝝ peccauerunt: tñ egerunt pniam. Et regni eius nō erit finis. qꝛ ch̄ꝛs nō ſolū inq̄ꝫtum de⁹: ſed etiā inq̄ꝫtū hō regnabit in eternū ſup oēs angelos ⁊ hoīes. Hec Nico. đ Lyra. Patet igit̄ Marie honoꝛ de tanti filij repꝛomiſſione.

Capitulum. XI.

v Ndecim⁹ honoꝛ đꝛ mirifice cōceptiōis inſtructio. Nā ſtatim q̄ſiuit Maria ab angelo. Quō fiet iſtđ qm̄ virū nō cognoſco. i. nō cognoſcere ꝓpono. Jā q̄ppe vouerat ỽginitatē: vt đꝛ Aug. ſup hoc paſſu. Et de hoc angelus eā inſtruēs dixit. Spūſſctūs ſupueniet ī te. Glo. i. nō cōcipies hūano ſemie: ſed ſpūſſcti ỽtute ⁊ opē. ſequit̄. Et virt⁹ altiſſimi obūbꝛabit tibi id eſt dei fili⁹ q̄ eſt dei patr̄ ſapia ⁊ virt⁹. j. Coꝛ. j. Obūbꝛabit tibi. qꝛ ſub vmbꝛa carnis latebit virtus diuinitat̄. Hec Nico. de Ly. Ecce q̄nt⁹ honoꝛ Marie defert̄ cū de ſpūſctō concipe ꝑdicat̄: ỽginitat̄ gl̄ia mirifice ꝑmanente.

Capitulum. XII.

d Uodecim⁹ honoꝛ: meritoꝛij ꝯſenſus inductio. Nā angelus induxit btām ỽginē ad cōſentiendū fide deo. Pꝛimo ꝑ exemplū: cum dixit. Et ecce Eliſabeth cognata tua et ipſa cōcepit filiū in ſenectute ſua. et hic mēſis eſt ſext⁹ illi q̄ vocat̄ ſterilis. i. iam habet ſex menſes vt ei⁹ cōcept⁹ ſit certus ita ꝙ occultari nō poſſit. Secundo induxit ex inſinuatione diuīe oīpotētie đi. Quia nō erit impoſſibile apud deū oē verbū. i. oīa poteſt de⁹ q̄cunqꝫ voluerit ⁊ quōcunqꝫ etiā ſupꝛa natura vel ꝯtra facere voluerit. Audita aūt oīpotētia dei cui maxīe fides innitit̄: ſtatim aſſenſit virgo ⁊ dixit. Ecce ancilla dñi ⁊c. Mox q̄ꝫ ad hec verba dei filium concepit ſacro vtero. In hoc certe magn⁹ honoꝛ virgini defert̄ cum eius cōſenſus exigit̄ ꝓ toti⁹ hūani generis ſalute ⁊ filij dei incarnatōe. Ex hoc etiā patet maximū eſſe ỽginis benedicte meritū: cū vnico iſto cōſenſu maius meruerit q̄ꝫ tot⁹ mundus ⁊ oēs ſcti ac angeli đi. ſ. matre ſe eē dei: reginā celi: dominā mūdi: et ſup oēs exaltari. O itaqꝫ ỽgo ſuꝑbñdicta q̄nto honoꝛe te magnificemus: qđ in laudē tuam dicere ex equo valemus que a deo es ſūme honoꝛata: ab archangelo officioſiſſime

et digniſſime es ſalutata. O regina celi q̄s tibi gratiarum iura referamus: cum ꝑ te habemus qc-qd gratie: qcqd ſpei 7 ſalutiſ habem⁹: ꝑ tuum ſacrū conſenſum dei miſcdiam ſuſcepimus: et dominū noſtꝝ Jeſum chr̄m veꝝ dei filiū noſtre nature participē ꝗcepim⁹. Tu ḡo dn̄a gloria noſtra: tu ſpes: vita: 7 dulcedo noſtra 7c. De iſta angelica annūciatione 7 bn̄dicte virginis ſacratiſſima cōceptiōe deuotam contemplationē habes infra in hoc eodem libro: vbi agetur de dominica conceptione.

Incidentalis pars quarta de angelice ſalutationis a nobis freq̄ntatione 7 cōmēdatione.

Salutate Mariā

que multū laborauit in vob. Verba ſunt apl̄i Rhom. vl. ca. Que qdem verba optime cōcordāt exhortatiōi qua oīs ꝑpl'us chrian⁹ ammoneri videt̄ ad ſalutandū btām virginē dei genitricē Mariam: freq̄ntādo ſalutationez angelicā. Jtē aliud thema poteſt etiam pro hoc ſermone applicari. ſ. Jngreſſus angelus ad eā. ſ. Mariā: dixit: Aue grā plena 7c. Lu. j. et in euāgelio. ſ. hodierne ſolennitatiſ. Nimiꝝ qꝛ angelus btām Mariā ſic ſalutauit: et nos debem⁹ eā ſalutare. Jn qb̄ verbis tria facere videt̄ apl'us. Primo nēpe hortat̄ vt ſalutemus: cum dr̄. Salutate: vt inſinuet ꝑ ei⁹ ſalutatōez fructū mlt̄iplicē ꝓuenire. Secundo inſinuat quā ſalutemus: cū ſubdit. Mariā. Nam lz ad lr̄am apl'us ibi loquat̄ de qdam fideli femīa q̄ vocabat̄ nomīe Maria: q̄ quidez mlt̄ū laborauerat ad reducēdū fideles rhomanos ad concordiā. Jpſa em̄ diſcordiā eorū retulit ad apl'm: vt eos ad cōcordiā reuocaret. ſic notat Horra ſuꝑ hoc paſſu. Veruntamē mlt̄o magis ſalutāda eſt a chriſticolis Maria dei mater que maximā fecit ↄcordiā īter deū 7 genus humanū. Propterea apl's. Tertio ſubdit debitū q̄re vicz ſalutem⁹ 7 ſalutare debem⁹ merito. qa multū inquit laborauit in vobis. Vere btīſſima ꝟgo multū in nobis laborauit: cum chr̄m deū noſtꝝ aluit: fouit: balneauit: in Egyptū portauit: et reportauit. Jtē multū laborauit cū in tota chr̄i Jeſu vita ſeipam ad oīa eius ſeruitia debita humilē ancillā exhibuit. Primo multū laborauit cum in hora paſſiōis gladiū doloris q̄ eius animā ꝑtranſiuit ꝓ noſtra vtilitate patientiſſime tam q̄ ad filiū q̄ꝫ q̄ ad ſe 7 libētiſſime ptulit. Denicꝫ multū laborauit 7 laborare nō ceſſat apud deū ꝓ nobis tanq̄ꝫ fideliſſima aduocata intercedendo. Quanto igit̄ honore ſalutanda eſt q̄ tāte ſalutiſ bn̄ficia nob̄ pſtat. Jdcirco Nicola⁹ Horra ſuꝑ pmiſſo thematiſ paſſu dr̄. Si inqt illa Maria ſalutāda erat quam apl's ſalutari admonebat qꝛ multū laborauerat: q̄nto magis bn̄dicta ꝟgo Maria q̄ ſuꝑ oēs viros 7 mulieres pro noſtra ſalute laborauit. Dicat ḡ apl's oīb̄ chriſticolis. dicā 7 ego pdicator oīb̄ audientib̄. Salutate inquā: ſalutate Mariā dei matrē que multum laborauit ꝓ oīm noſtꝝ ſalute. Sed quā ſalutationē ei offerre digniorē poſſumus niſi eam q̄ angelus ipſam ſalutauit: quaz de celo attulit dicēs. Aue Maria grā plēa dn̄s tecū 7c. Volētes itacꝫ in h̄ ſermone de huius angelice ſalutatiōis exhortatiōe: ac freq̄ntatiōis ꝓuocatione loq: tria myſteria notari libeat.

Primū myſteriū inductionis.
Scd̄m myſteriū qualificationis.
Tertiū myſteriū cōmendationis.

Primus articulus ꝙ qlibet fidel' inducitur ad ſalutationē angelicā dicēdā ſepi⁹ ꝓ btē ꝟgis honore q̄ttuor rōnib̄. Capitulū. I.

Primū myſteriuz

dicit̄ inductionis. Oīs q̄ꝑpe chr̄icola inducit̄ vt frequenter bn̄dictā ꝟginē Mariā ſalutet angelica ſalutatiōe tanq̄ꝫ ſūmo honore dignā pcipue q̄ttuor rōnib̄.

Primo rōne congrui.
Scd̄o rōne debiti
Tertio ratione exempli.
Quarto rōne emolimenti.

Primo rōne cōgrui. Nā tria ſunt genera qbus maxīe ↄgruū 7 honeſtiſſimū eſt ſalutatiōis iura impēdere. vicz amicis: beneficis: et dominis.

Primo qdem amicis ob amicicie ſignū et fomētū. quia vt dicit Ariſt. ix. Eth. Amicicia fouet̄ et augetur colloquijs bonis 7 honoꝝ impēſis. Nam amicus amicum ex amore cogit̄ ſalutare Vn̄ ſaluto interprat̄ quaſi ſalutē opto: quod eſt amicoꝝ. Sed qm̄ ipa b. ꝟgo eſt amica imo amiciſſima chriſticolis. quia nos om̄es fideles multum diligit et ſuꝑ om̄es poſt chr̄m: vtpote q̄ eſt ſuꝑ oēs gratia 7 diuīa charitate plena. Vult q̄ꝫ 7 ab omib̄ nobis amari tanq̄ꝫ dei mater 7 oīm noſtꝝ aduocata ac mediatrix. Hinc Eccl. xxiiij. Ego mater pulcre dilectiōis. i. que pulcre diligo et pulcre amari volo. ḡ merito eſt a nobis freq̄nter ſalutanda. Secundo impēdēda eſt ſalutatio beneficiſ ob gratitudinis ſignū. Quia autē btā ꝟgo eſt ſuꝑ oēs bn̄fica generi hūano: vt dicere poſſit gen⁹ hūanū illud Sap. vij. Venerūt mihi omnia bona pariter cum illa. qꝛ oīa nobis bona ꝑ virginē pſtita ſunt: vt dicit Anſ. Jdem et Bern. Nil inqt in nobis boni voluit de⁹ haberi qd̄ non ꝑ manus Marie tranſierit. ḡ merito eſt ſalutanda. Tertio impēdenda eſt ſalutatio dn̄is 7 platiſ. Vn̄. viij. Eth. Maiorib̄ debetur honor. ſ. in ſignum reuerentie tanq̄ꝫ miſtris dei et eius in hoc mūdo figuram gerentibus: ꝓpter quod et ipſi dij dicunt̄ Exo. xxij. Dijs non detrahes 7 principi populi tui non maledices. Jpſa autem benedicta virgo eſt domina toti⁹ mundi

Vñ Eccl.xxiiij. In omni populo ⁊ in omni gen-
te ꝓmatū tenui: ſupboꝝ ⁊ ſublimiū colla: ꝓpa
vtute calcaui. Ex q̄ autoritate colligit̄ ꝙ ipſa ſit
dña celeſtiū. ideo dr̄: in omni populo. Itē ꝙ ſit
dña tot⁹ terre mūdi. ideo dr̄: et in oī gente. Deni
qꝫ ꝙ ſit dña etiā inferoꝝ. qꝛ ſupboꝝ. i. demonū
et ſublimiū. i. damnatoꝝ quoꝝ ſupbia aſcendit
ſemꝑ: colla calcauit. iuxta illud Gen. iij. Ipſa cō
teret caput tuum.

Capitulum. ij.

Secundo inducimur ad ſalutandū beatā virginē freq̄nter rōne debiti. Nā debito-
rie obligamur ſalutare bñdictā ꝟginem
triplici iure. Primo ex iure diuinali q̄ ꝓceptū
eſt Exo. xx. Honora patrē ⁊ matrē: qđ maxīe ac-
cipit̄ de patre ſpūali. i. deo. et matre ſpūali. ſ. bea
ta ꝟgine. Vñ Aug⁹. Amandus eſt generator. i.
pater carnalis. ſed ꝓponēdus eſt creator. i. deus
Ita ſimilr̄ honoranda eſt mater carnalis ⁊ ſalu
tanda. ſed multo magꝭ mater ſpūalis Maria.
Scđo ex iure canonico. qꝛ vt dr̄. xij. q. ij. ca. viij
Ingratitudo autoritate canonū ⁊ legū culpat̄.
Item. xxij. q. vij. de forma. circa finē. Pro ingra-
titudine demeret̄ homo priuari acceptis benefi
cijs ⁊ indignus haberi accipiendis. Vt ergo be
neficia beate ꝟginis quibꝫ cōtinue fouemur nō
amittamus ⁊ indignos nos habēdos ne redda
mus: tenemur grati eſſe. qđ facim⁹ eam ſalutan
do ⁊c. Tertio ex iure phico. quia vt habet̄. viij
Eth. ꝑ Ariſt. Maxime tenemur dijs: magiſtrꝭ:
et parentibꝫ quibꝫ equalens reddere non poſſu-
mus. Sicut igit̄ tenemur deo: ſic matri dei per
quam deū ꝓpitiū habemus. Itē ſi tenemur ma-
giſtris tpalibꝫ: multo magis matri dei q̄ eſt ma
giſtra fidei noſtre. Deniqꝫ ſi tenemur parentibꝫ:
maxime virgini bñdicte que eſt parēs noſtra ꝑ
quam renati ſumus ad celeſtem vitam. Vñ ipa
dr̄ mater noſtra ſpūalis ſm Bern. ſic dicentem
O felix Maria tu mater dei: tu mater rei: tu ma
ter iudicis: tu mater exulis: cum ſis mater vtri-
uſqꝫ: ſuſtinere diſcordiā inter tuos filios. i. chri-
ſtum ⁊ nos nequis.

Capitulum. iij.

Tertio inducimur ad ſalutādū btām vir-
ginem rōne exempli: qm̄ plurima ⁊ ſolen
niſſima exempla nobis ꝓbent̄ vt eam ſa-
lutare debeam⁹. Primo q̄dem exemplū ſalu
tandi ꝓbet angelus q̄ eā ſalutauit in oratorio.
Scđo exemplū ꝓbuit Eliſabeth q̄ eam ſalu-
tauit. vñ ⁊ ꝟba ei⁹. ſ. Bñdict⁹ fructus ventris
tui: huic ſalutatiōi ab eccl̄ia adijciunt̄. Tertio
exemplū ꝓbuit Ioānes baptiſta in vtero adhuc
matrꝭ ſue exñs: qñ exultādo eā ſalutauit: et ei⁹
filiū. i. dñm Ieſum exultationis motu adoran-
dū declarauit. Vñ Lu. ij. Ecce em̄ vt facta ē vox
ſalutatiōis tue in auribꝫ meis exultauit infās in
vtero ⁊c. Quarto exemplū ꝓbuit chr̄s q̄ eā ſa-
lutauit cum poſt mortē reſurgēs ei apparuit di.
Salue ſancta parens ⁊c. vt dicūt deuoti docto
res. Itē cū eā ſalutauit ī celū aſſumēdo ⁊ occur-
rēdo. iij. Reg. ij. Surrexit rex in occurſū matris
et adorauit eā. Preterea exēplū prebēt oēs ſcī
⁊ electi dei q̄ ſalutauerūt btā ꝟginē dū eſſent in
h mūdo: et ſalutāt nūc in celo: iuxta illud Apoc.
iiij. Adorauerūt deū: mittētes coronas ſuas añ
ſedē dei ⁊ agni. i. corā btā ꝟgie q̄ eſt ſedes dei. O
igit̄ hō ſtude ſalutare bñdictā ꝟginem.

Capitulum. iiij.

Quarto inducimur ad ſalutandū freq̄n-
ter btām ꝟginē rōne emolimēti ⁊ vtilita-
tis. Nā ex iſta ſalutatione adq̄runt hoīes
fructū. Et q̄dem Primo generalr̄ oēs ſalutā
tes btām ꝟginē adq̄runt fructū reſalutationis
Cum em̄ ipſa ſit ꝟgo hūillima: nō dedignat̄ re-
ſalutare ſe ſalutātes. Vñ Eccl. xv. Obuiabit illi
q̄ſi mater honorificata. obuiabit īquā auxilijs
opportunis: ſi nos obuiauerim⁹ ei ſanctꝭ deſide-
rijs ⁊ deuotis ſalutatōibꝫ. Quibꝫ aūt bonis ipa
reſalutat ſuos ſalutātes: ibidem deſcribit̄ cum
ſubdit̄. Cibabit illum pane vite ⁊ intellect⁹ ⁊c.
Ecce ꝓmū bonū qđ pſtabit beata ꝟgo ſe ſalutā-
tibus ſequit̄. Et firmabit̄ in illo ⁊ nō flectet̄. Ec-
ce ſecundū bonū. ſ. donū ꝑſeuerātie ⁊ fortitudis
Sequit̄. Et exaltabit illū apud ꝓximos ſuos. ſ.
exaltatione celeſtꝭ glīe Ecce tertiū bonū. Et ſub-
iungit̄. Et noīe eterno hereditabit illū dñs de⁹ nr̄.
Ecce q̄rtū bonū. Scđo iuſti ⁊ ſancti hoīes ex
eius ſalutatiōe adq̄rūt grē repletionē: ſpūaleqꝫ
exultationē: et ſanctitatꝭ augmentatione. Qđ fi-
guratū eſt in myſterio Luc. j. vbi vicꝫ legit̄ ꝙ cū
Maria ſalutaſſet Eliſabeth: illaqꝫ reſalutando
eam ſuſcepiſſet: repleta eſt ſtatim Eliſabeth ſpū
ſancto ⁊ exultauit infans in vtero eius: et ſctifi-
cat⁹ ē Ioānes ⁊c. Tertio q̄ꝫ pctōres ex hac ſa-
lutatione adq̄runt pctōꝝ purgationē ⁊ grāꝫ ac
miſcđiam: qm̄ cum ipſa ſit mater gratie ⁊ miſe-
ricordie: nō dubiū q̄n ipſam deuote ſalutantibꝫ
donet grām ⁊ miſcđiaꝫ. Si em̄ ioculator ad mē
ſam diuitꝭ cātauerit: nunq̄d ei cibꝫ negabit̄: q̄n
to magꝭ q̄ carmē h angelicū ⁊ bñdicte ꝟgini ſū-
me iocundū ⁊ acceptū ſalutatiōe deuota cecine-
rit: exenia ei a btā ꝟgine grāꝝ ⁊ donoꝝ largient̄
Deniqꝫ ſi diligēter ſingula ꝟba hui⁹ ſalutatiōis
pōderā⁹: cōꝑim⁹ ꝙ ꝑ oīa ei⁹ ꝟba aliq̄d mali effe
ct⁹ qđ in hoīe facit pctm̄: repelli īſinuat̄. et aliq̄d
ꝑ cōtrariū boni ⁊ vtilitatꝭ induci vel adq̄ri. Nā
Primo ꝑ pctm̄ aīa maculat̄ ⁊ ve eterne dāna-
tionis incurrit̄. quia vt dr̄. ij. ſniaꝝ. diſt. xlij. ca. v
Pctm̄ mortale eſt qđ obligat ad mortē eternaꝫ.
Huic ꝯtrariat̄ aue. i. ſine ve. Accedat g̊ peccator
ad beatā ꝟginē et dicat Aue: ſi vult eius ꝓcibꝫ li
berari a damnatiōis ve. Scđo ꝑ peccatū cor
occecatur ⁊ obtenebrat̄. Sap. ij. Excecauit eos
malicia eorum. Cui contrariatur hoc qđ addit̄
Maria. i. illuminatrix. Si vis ergo illuminari
o pctōr: dic Aue Maria. Tertio ꝑ peccatū in-

curriť dei inimicicia. Unde Aug. Scio deū inimicum eſſe omni criminoſo ꝛc. Contra hoc eſt qđ dicitur: gratia plena. Si vis ergo graciam: ſaluta virginem benedictā gratia plenaꝫ: vt merearis de eius plenitudīe accipere. Quarto ꝑ peccatū homo a deo elongať. quia longe a peccatoribus ſalus: teſte Ps. Cōtra hoc eſt qđ addiť: dominꝰ tecum. Qui vult ergo appropinqre deo: accedat ad ſalutandū beatam virginem dei matrem. Quinto per peccatū maledictio īcurritur. Ps̄. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Contra hoc eſt ꝙ dicitur: Benedicta tu in mulieribus. Si vis euacuari a maledictiōe: accede ad virginē que ſuper omnes benedicta: viris et mulieribꝫ benedictionē ꝓminauit: vt dicit Augꝰ. Sexto per peccatū homo a fructu meriti incarnationis paſſiōis qꝫ chr̄i expoliať et a diuina viſiōe ſeꝑatur. Eſa. xxvj. Tollatur impius ne videat gloriam dei. Contra hoc ſubdiť: Et benedictus fructus ventrꝭ tui Jeſus. O igiť quecunqꝫ anima ſiue fidelis ꝛ deuota: ſiue peccatrix: accede ad virginē ſalutādā per Aue Mariā: ſciens quia reſalutaris ab ea totiens quotiens eam ſalutas: imo ꝛ oſcularis. Audi Bern̄. dicentē. Eſt tibi o virgo Maria quaſi oſculū audire ſalutationē angelicā. qꝛ totiens o bt̄a oſcularis quotiens per Aue ſalutaris. Hec ille. vt dicitur in Speculo virginis: libro ſic noīato. Uis igitur o peccator fructum ſalutis eterne adqrere in meritis chriſti: accede ad Mariā ſalutādam Unde ipa clamat per ſapientē Ecci. xxiiij. In me inquit omnis gratia vie ꝛ veritatis: in me oīs ſpes vite ꝛ virtutis. Trāſite ad me omnes q̄ concupiſcitis me: et a generationibꝫ meis adimplemini. O verbū dulce: o verbū ſpei confortatiuū Trāſite inquit ad me omnes. Nullum excipit: ſed omnes: iuſtos ꝛ pctōres: viros ꝛ mulieres paruulos ꝛ magnos dulcter beata virgo inuitat ad ſe honorandū: ad ſe ſalutādū: et eius patrocinia implorandū. Trāſite inquit de huius mundi ꝓcelloſa ꝛ fallaci ſpe ac ꝯfidentia. Trāſite: iſta caduca et vana ꝑtergrediendo ꝛ cōtēnendo. Sed quo? Ad me vtiqꝫ dei veri matrē reginā miſcđie honorificandā ꝛ īuocādā in q̄ ē oīs grā: omnis ſpes ſalutis. Secure vos meis ſuffragijs et meis auxilijs cōmittite oēs qui cōcupiſcitis ſincera deuotiōe me. hoc eſt: meū fructū ſaluificū. Me inquā oīs boni matrē: ꝛ adimplemini ꝛc. Miraculum. Ut aūt magꝭ confirmemus ꝙ ſalutare bn̄dictam ꝟginem angelica ſalutatione ſit ꝓutile ꝛ fructuoſiſſimū homini: libeat narrari Miraculū quoddā qđ refert Anſ. in tractatulo miraculoꝝ. Quidā clericꝰ in Carnotēſī ciuitate degebat: qui lꝫ eſſet leuis moribus ꝛ curis ſeculi deditus: carnalibꝫ etiā deſiderijs vltra modū ſubiectus: tamē ſanctā dei genitricem nimis in memoria deuota habebat: et eā ſepiſſime angelica ſalutatione ſalutabat. Qui dum ab inimicis peremptus eſſet: clerici dicte ciuitatis ſcientes eum vitam irreligioſam duxiſſe: extra atriū cimiterij eundem ſepelierunt. vbi dū per dies triginta iacuiſſet: beata Maria illiꝰ miſerta apparuit cuidā clerico dicēs ei: Cur ita iniuſte egiſtꝭ contra cancellariū meū vt poneretꝭ euꝫ extra cimiteriū veſtꝝ. Cui interroganti qſnā eiꝰ cancellarius eſſet: illa ait. Qui inqt ante triginta dies a vobis eſt tumulatus extra atrium. Nā mihi deuotiſſime ſeruiebat ꝛ corā meo altari ſepiſſime me ſalutabat. Citius ḡ ꝑgite et eū de loco indecenti auferētes: in atrio ponite. Et cū hec dixiſſet: vehemēter adducti clerici: vultū defūcti diſcooꝑientes: florē pulcerrimū in ore eiꝰ inuenerunt ꝛ linguam eius integram ꝛ ſanam ꝛ q̄ſi ad laudandū nomē dn̄i paratam: et quaſi in ea Aue Maria floride deſcriptam. Intellexerunt cuncti qui aderant ꝓpterea hoc ei accidiſſe: quia dei genitricē ex ſuo ore freq̄nter ſalutauerat: cuiꝰ ꝛ ꝑcibus ac meritis in hora mortis ſpūm bonū contritionis ꝛ ſalutꝭ ꝓmeruerat. Quod certe miraculū grande nō ſolum ꝓ illo: ſed etiam pro nobis feciſſe credimus beatā ꝟginē: q̄tinꝰ accēdamur in dei amore et ipſius beate virginis deuotione inducti ad ſalutandum.

Articulus ſecūdus qualiter beata ꝟgo a nobis eſt ſalutatione angelica honoranda.

Capitulum. I.

S Ecundū myſteriū ordo qualificatiōis. Scire q̄ꝓpe ꝓutile eſt qualiter beata virgo debeat a nobis ſalutari. Propter qđ aduertendū ꝙ q̄cūqꝫ vult digne bn̄dictā virginem Mariā ſalutare: debet has infraſcptas q̄ttuor cōdiciones vł modos obſeruare: vt magis poſſit beate virgini eius ſalutatio complacere.

Prima puritatis.
Secunda fidelitatis.
Tertia humilitatis.
Quarta deuote ſedulitatis.

Prima inquā condicio obſeruāda in ſalutatōe bt̄e ꝟginis diciť condicio puritatis. quia maculata peccatꝭ ſeruitia vel obſequia non ſunt deo et beate ꝟgini accepta: iuxta illud Eſa. ca. j. Cū extenderitꝭ manus veſtras: auertam oclos meos a vobis. ꝛ cum multiplicaueritis orationē non exaudiam: manus em̄ veſtre ſanguine id eſt peccato plene ſunt. Subditur. Lauamini mundi eſtote. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe: diſcite bn̄facere ꝛc. Hec ibi. Qui ergo vult gratam ſalutatiōem benedicte virgini exhibere: debet purificari a peccato per contritionem: confeſſionem: et ſatiſfactionem Huic et ratio concordat. quia cum omne animal diligat ſibi ſimile Ecci. xiij. ex quo ipſa eſt virgo puriſſima: non

placent ei niſi pura obſequia. Unde Abachuch
j.cā. Mundi ſunt oculi tui ⁊ reſpicere ad iniq̄ta
tem nō potes. Deniq̃ꝫ huic cōcordat etiā in exem
plo myſteriuꝫ ſalutatōis angelice. Nam benedi-
ctam ꝟginē puritate plenā nō niſi angelus q̄ eſt
ſpeculum puriſſimū ſ̄m Diony. digne ſalutauit.
Debet ḡ eſſe homo tanq̃ꝫ alter angel⁹ ꝑ puritatē
q̄ digne et gratifice vult bñdictā ꝟginē ſalutare.
Miraculū. Ad hoc refertur miraculuꝫ Q̄ꝫ
q̄daꝫ vite turpiſſime nō deſinebat dñam freq̄n-
ter ſalutare ⁊ laudare. Accidit q̄dam die ꝙ lon-
gum iter agēs ꝑ vaſtam ſolitudinē nimis fame
ſceret. Cui ad beatā ꝟginē cū lachrimis claman-
ti vt ſubueniret: apparuit ei Maria cuꝫ ſpecioſis
chobalꝗs: cibū afferēs delicatū: ſed in ſcutellis i-
mundis ⁊ ſtercore fedatis: Aitq̃ꝫ ad cū: comede.
Qui reſpondit. Cib⁹ q̄dem bonus eſt: ſꝫ cuꝫ non
poſſum comedere ꝓpter ſcutelle fetorē ⁊ ei⁹ imū-
dicie horrorē. Tūc ait ei btā ꝟgo. Tu mihi lau-
des quas dicꝭ et ſalutatiōes pulcre ſunt ⁊ bone.
ſedq̄ꝫ cor tuū turpe ⁊ ſtercorib⁹ pctōꝝ fedatum
eſt nō poſſum in his delectari. Et hoc dicto eua-
nuit Jlle cōpunct⁹ cepit amariſſime flere. ⁊ ſic ex
eo ſe emēdauit. Propterea Anſ. dr. Ante dei ge-
nitricē Mariā heu pudor iniq̄tatꝭ in pſentia ni-
tentis ſcitatis. Heu cōfuſio imūdc ꝯſcietie in
cōſpectu fulgentis mundicie ⁊c.

Capitulum. II.

Ecūda cōdicio obſeruanda in ſalutatiōe
bñdicte ꝟginis dicit̄ fidelitatꝭ: vt. ſ. eā ſa-
lutem⁹ fidelit̄. qd̄ facim⁹ ſi eā nō ſolo ore:
ſed ⁊ corde et oꝑe ſalutamus: alꝛs dicere nobis
poterit beata ꝟgo illud Eſa. xxix. Popul⁹ hic la-
biꝗs me honorat: cor aūt eoꝝ longe ē a me. Jn
hui⁹ myſteriū angelus Gabriel eam ſalutauit.
Gabriel q̄ppe interp̄tat̄ fortitudo domini vel for-
tis. per qd̄ docemur ꝙ debeamus beatam ꝟgi-
nem non deſidioſe vel tepide ſolis motib⁹ labio-
rum ſalutare: ſed fortiter cor noſtrū et attentio-
nem ac affectū in ei⁹ deuotionē mancipare: vt fi-
deliter motus cordis correſpondeat ligue ⁊ con-
cordet in ei⁹ ſalutatione. Ad hoc referri pōt et
Miraculū qd̄ refert Uinceñ. in Speculo hiſto
riali. li. viij. ca. cxviij. Q̄ꝫ in ciuitate Tholetana fu
it q̄dam ſubdiacon⁹ qui ſpecialit̄ deuotionē ha-
bebat ad ſctām Mariam ⁊ ei famulabat̄ ſedule
Cū aūt q̄dam die aſſiſteret archipreſuli ſolennia
celebrāti: venit hora vt legeret̄ euangeliū. Et ecce
ipe aſſiſtēs diacono legēti raptus eſt in ſpiritu:
viditq̃ꝫ ſuꝑ feneſtraꝫ ſedentem demonē in ſpecie
ſimie horrida ⁊ deformi: ⁊ in collo ei⁹ cornu ſcri
ptoris: charta in ſiniſtra: calam⁹ in dextera: ocu-
liſq̃ꝫ directꝭ q̄ſi curioſus ſpectator: ſubinde ſcri-
ptitabat. Erantq̃ꝫ ibi due mulierculę q̄ ibidē ina
nia cōfabulātes vt moris eſt taliū: interim inde-
uote et labioꝝ motib⁹: corde et oculo vagantib⁹
Aue Maria ⁊ Pater noſter dictabāt: ⁊ iteꝝ atq̃ꝫ
iteꝝ ad inuicē ꝯfabulabant̄. Cunq̃ꝫ ꝓpt̄ multa lo
quium ⁊ dictionū ac ſyllabaꝝ in orationib⁹ ſu-
is reciſarū ac negligent̄ omiſſaꝝ multitudinem
defectuūq̃ꝫ cōmiſſoꝝ nūc medictatē Pater no-
ſter in Aue Maria ſaliendo vel e cōuerſo pre in-
attentione: vt talibus ſolet accidere: iā totū per-
gamenū ſcp̄tū eſt intus ⁊ foris: et pl⁹ volēti ſcri-
bere non eſſet locus in ꝑgameno: dentib⁹ et vn-
guib⁹ cepit detrahere pellem vt dilataret q̄ plus
ſcribere poſſet: gaudēs de eaꝝ indeuotiōe ⁊ de-
fectuū multitudine: lapſa e dentib⁹ pelle: caput
colliſit ad parietem ⁊ cecidit tāto fragore vt exti-
maret ſubdiacon⁹ eccleſiam corruiſſe. Riſit er-
go ſubdiaconus videns demonis caſuꝫ ⁊ leuās
manus plauſu minus diſcreto cadētē ꝓſecutus
eſt qui ſolus cernebat viſionem. ſupinde aſtanti
bus vniuerſis nō paruū intulit ſcandaluꝫ. Jra-
tus igit̄ archiep̄s ſuſpēdit eū a bñficio ⁊ officio.
Jlle ḡ intrans eccleſiam q̄ndaꝫ: coram imagine
btē ꝟginis cepit lachrymabilit̄ orare. Et ecce vi-
dit ꝙ beata ꝟgo in maieſtate ⁊ decore ei aſtitit ⁊
mellifluis verbis eū conſolatus eſt O q̄ꝫ iocun-
dum ei erat videre gl'ioſam faciem bñdicte virgi
nis. O q̄ꝫ dulce erat audire ei⁹ verba ſuauiſſima.
O vere btā talis aīa que a ſuꝑbenedicta virgine
meruit dulcit̄ ꝯſolari ⁊c. Longo igit̄ ⁊ dulci col-
loquio ꝑhabito: tandē dedit ei beata virgo ipſaꝫ
cōſcriptiōem diaboli ꝑ man⁹ angelorū delataꝫ:
vt vicꝫ ꝓ teſtimonio deferret ad archiepm. et ſic
btā ꝟgo i alta ſe recepit. Jlle itaq̃ꝫ ad archiepm
veniēs ⁊ ambas reuelationes ei manifeſtans: in
maximā ei⁹ gratiā ē receptus: et ſuo beneficio ac
officio reſtitutus. Aduocant̄ ille mulierculę et ꝑ-
mo negant ſuas cōfabulatiōes et defectus ꝯmiſ
ſos. ſed oſtenſo chyrographo demonis conuicte
confeſſionem faciunt ⁊ laudes beate virginis di-
cunt: promittuntq̃ꝫ ꝑamplius deuotius in ora-
tione ⁊ ſalutatione benedicte virginis ſe haberi.
Unde patet q̄ꝫ pie beata ꝟgo ſuis deuotis ſub-
uenit: necnon ⁊ indeuotos corripit et ad feruo-
rem reducit. Diſplicet q̄ppe ſibi tepiditas Apoca.
iij. Quia tepidus es incipiam te euomere ⁊c.

Capitulum Tertium.

Ertia cōdicio que obſeruari debet in ſer-
uicio ⁊ ſalutatōe beate ꝟginis dicit̄ humi
litatis: vt vicꝫ eaꝫ ſalutemus humiliter.
Decet q̄ppe vt eā ſalutando humilit̄ flectam⁹ ca-
put ⁊ genua. Nam ſi ad hāc ſalutatiōeꝫ dei fili⁹
ſe intantū humiliauit vt deſcēderet de celis vſq̃ꝫ
ad terram. i. de ſolio diuinitatꝭ in vteꝝ virginis
nō horruit venire. q̄d mirū ſi nos miſeri ad hāc
ſalutationē caput ⁊ genua flectimus. Hoc faci-
endū in exemplo docuit Gabriel archāgel⁹ q̄ꝫ
et ipſe benedictam virginem ſalutādo genua fle-
xit: ſicut ſupra dictum eſt in hoc libro ꝑte. iij. ca.
v. ar. iij. Uult itaq̃ꝫ beata virgo humili reueren-
tia a nobis ſalutari ꝓpter noſtrā vtilitatē: ſciens
quia oratio humiliātꝭ ſe nubes penetrabit ⁊ do
nec ꝓpinquet non conſolabit̄ ⁊ non diſcedet do-

nec altiſſimus aſpiciat. Hec Eccl.xxxv. Et iterū eiuſdē.xxxij. Pro reuerētia accedet tibi bona gratia. Pro reuerentia inquā quam facis beate virgini in eius ſalutatione cum genuflexione ⁊c. accedet tibi bona gratia a domino. Debem⁹ igitur cū ſūma ⁊ humili reuerētia ſalutare bn̄dictā virginē. Ad h̄ ptinet miraculū narratiōe dignū In ꝓuincia quippe Hūgarie noſtris tꝑib⁹ (ſicut ipſe accepi a quodā venerabili et ſene patre fide digniſſim⁹) Quidā frater ordinis minoꝝ duxerat in cōſuetudinē vt qn̄cunqȝ ſignū fieret ſero et mane ad Aue Maria ſicut moris ē in illa prouincia flexis genib⁹ ſalutaret beatā virginē ter dicendo Aue Maria cū tribus genuflexionib⁹. Cumqȝ q̄dā die ſignaret̄ in aurora ad Aue Maria: ipſe torpore q̄dā ⁊ ignauia ductus: noluit aſſurgere ad ſalutandū btām virginē cū genuflexionib⁹. Ecce igit̄ miraculū grande: vidit ſtatim in viſione mirabili turrim eccleſie ſe inclinare adeo vt crux in ſūmitate turris exiſtens terrā contingeret ſe inclinādo: ⁊ hoc trib⁹ vicib⁹ ad trinā ſignationē. quaſi ꝑ hoc ſit dictū. Ecce miſer. creatura inſenſibilis ſua q̄ſi genua flectit cū ſe iclinat ad terram ꝑ ſigno Aue Maria. tu autē cū ſis rationalis n̄ vis genua flectere ad Aue Maria. Sicqȝ ille cōpunctus et mirā dei manum circa ſe ſentiens: ſemꝑ q̄ad vixit cū reuerētia ter genuflectēdo ad ſignationem benedictā virginē cum Aue Maria ſalutauit. ꝓpter qđ ſpeciale gratiā a dn̄o et benedicta virgine promeruit.

Capitulum Quartum.

Quarta cōdicio obſeruanda in ſalutatiōe beate v̄ginis dicit̄ deuote ſedulitatis. Debemus ei ſedule et frequentiſſime ipſam cū deuotiōe ſalutare: vt ⁊ ipa ſedule ꝓ nob̄ intercedat apud filiū: iuxta illud Eſa. xxiij. ca. Bene cane: frequēta cāticum vt memoria tui ſit ⁊c. Bene inquā .i. deuote cane laudes v̄ginis. frequēta h̄ cāticū ſalutatiōis āgelice vt memoria tui ſit apud bn̄dictā v̄ginē. Hoc docet ⁊ Pſ. in ſe ipo dicēs. Bn̄dicā dn̄m. ſ. eam in ſe qȝ in bn̄dicta ſua matre: cui⁹ benedictio ⁊ honor ad ſuū filiū refertur. ⁊ h̄ oi tꝑe ſemꝑ laus ei⁹ in ore meo. Oi igit̄ tꝑe freq̄ntare debem⁹ hanc ſalutationē vicē Aue Maria: in q̄ ſpecialiter laudat̄ ⁊ benedicta in mulieribus predicatur btiſſima v̄go genitrix Dei ⁊ eius benedict⁹ fruct⁹ v̄tris dn̄s noſter Jeſus chriſt⁹. Miraculū. Ad hoc q̄dē inducunt nos ⁊ plurime vtilitates ꝑ multa miracula oſtenſe: inter q̄ vnū hic libeat inuehi qđ refert Vincētius in Spec. hiſtoriali. li. viij ca. lxxxiiij. dicens Clericus q̄dā rerū copia ſeculo dedit⁹: beate Marie amorem et memoriam ſic animo indixerat: vt quandocunqȝ ꝑ eccleſiam tranſiret cum deuotiōe ⁊ hūilitate genuflexu eius imaginem angelica ſalutatiōe honoraret ⁊ rurſum benedicens eam: diceret. Btūs vēter q̄ te portauit chr̄e: et btā vbera que te lactauerūt dn̄m ⁊ ſaluatorem noſtꝝ. Sed qm̄ deus teſte apl̄o flagellat oēm filiū quē diligit. Iſte clericus moleſtia corporis aliquādo tactus q̄dāmō deſperat⁹ eſt. tātumqȝ dolor inualuit vt ligūā ſuā ⁊ labia dentibus ſuis cōmāducaret: idipm̄ de oib⁹ ſuis membris factur⁹ ſi ꝑmitteret̄. Cumqȝ ſic iaceret aſpectu horrēdus: vidit iuxta lectuli ſui caput ꝑſonā ꝯſiſtere pulcra facie q̄ erat āgelus ei⁹. hic lamētari videbat̄: ſui egroti erumnas deplorans et di. Quid o dn̄a mater fons pietatis heccine ē grē ⁊ glorie ſalutatoꝝ tuoꝝ: heccine eſt ligua in beatificatiōē vētris ⁊ vberū tuoꝝ et part⁹ tui: Dn̄a dn̄a ſitu decus tuis: q̄s aderit ſuis: Nō ſic dn̄a: ad nihilū deueniet ſpes hoīm. ſi in te nō incipiūt habere refugiū. Tūc aſtitit mat̄ dn̄i cū ſumma glr̄ia ⁊ maieſtate: ⁊ ad lectum egri ꝓpi⁹ acceſſit: extracta q̄qȝ vbera ſua viſa eſt ꝓrin⁹ imittere in os egri: ⁊ ſancti lactis ſui rore iſuſo: ſubito ſue ligue itegritatē ⁊ labijs ātiquū decorē ⁊ in toto corpore ꝓſtinā reſtaurauit ſanitatē. San⁹ ille ſurgēs grās ſumma cū exultatiōe egit. Quanto putas tripudio tūc exclamabat O felix Maria vere tu mater es miſcd̄ie: vere q̄ tibi ſeruiunt nō derelinquūtur in ſua neceſſitate. Tandē vt magiꝯ beate virginis ſeruitio ſe totū mācipare: religionē intrauit ⁊ ei⁹ ſalutatiōē tota ſua ī vita freq̄ntauit ⁊ laudabilit̄ ꝯſūmauit. Haud dubiū q̄n ī hora mortiꝯ btām v̄ginē quā ſepiſſime ſalutauerat: reſalutatricē ꝓmeruerit ⁊ remuneratricē habuiſſe: et ei⁹ felicē aīam ſuo filio benedicto recōmendatam obtuliſſe. Ecce claret qȝ pie dei genitrix ſubuenit: qȝ dulciter tanqȝ pia mater cōſolatur frequentātes hāc ſalutatiōem. O vere beata oīs fidel̄ aīa q̄ bn̄dicte v̄gni famulat̄ d̄uotiōe ſedula. qr̄ ꝑ eā meret̄ ſumma bona celeſtia. O igit̄ deus meus. o dulciſſime Jeſu: cur renuit aīa mea ſalutare ꝑſepe tuā genitricē gl̄ioſā Mariā ꝑ quā acceptura eſt grām ⁊ gl̄iā. Omnes igit̄ chariſſimi eam fidelit̄: pure: humilit̄: ⁊ ſedule ſalutem⁹: oēs acclamem⁹ ī laudē v̄gis illibate Aue Maria. oēs eam benedicam⁹: vt benedictionē eternam obtineamus.

Articulus terti⁹ ꝙ ſalutatiōis angelice oratio eſt digniſſima ⁊ cōmendabilis ꝑcipue ex q̄tuor q̄ ſubſcribunt̄.

Capitulū primū

Ertium myſteriū

t declarandū dicit̄ cōmendatōis. Sūt qppe q̄tuor ꝑcipua q̄ multū cōmēdabilē reddūt hāc āgelicā ſalutatōē: ꝓpter que allicimur et nos hanc ſacrā ſalutationem deuoto corde frequentare.

Primo qr̄ hec ſalutatio deo eſt ſūme accepta.
Scd̄o qr̄ angelis eſt multū iocūda.
Tertio qr̄ demonib⁹ eſt ꝑlimū tremebūda.
Quarto qr̄ bn̄dicte virgini ſumme gl̄ioſa ⁊ letabunda.

P Rio iquã iſta ſalutatio deo ẽ ſũme accepta
hõ claret Primo qdẽ. qꝛ iſtã ſalutatiõez
ipſa ſancta trinitas vn⁹ et verus de⁹ edidit: et ꝑ
angelũ bñdicte virgini nunciãdũ mãdauit. Vñ
Alber. ſup Miſſus eſt. dꝛ: ꝙ hanc ſalutationez
ad btãm ꝟginem angelus nõ a ſeipſo dixit: ſed a
deo patre: filio: ꝛ ſpũſctõ. Scdo qꝫ quia tan-
tũ placuit deo iſta ſalutatio vt ad eã dei fili⁹ nõ
dedignaret in vteꝝ ꝟginis deſcendere et ſemet-
ipm exinaniuit: formã ſerui accipiẽs: teſte Aplo
Phil. ij. Hac qꝑpe ſalutatione ꝑmiſſa deus fa-
ctus eſt homo ꝛ ſeruiuit vni puelle. i. btẽ virgini
Lu. ij. Erat ſubdit⁹ illis. ſ. parẽtib. Seruiuit qꝫ
vſqꝫ ad paſſionẽ ꝛ mortẽ humano generi: vt di-
cere poſſit illud Hiere. iij. Seruire me feciſtꝭ in
peccatis veſtris. Tertio quoqꝫ tantũ accepta
extitit deo iſta ſalutatio vt non niſi ꝑ eam libera-
tionẽ humani generis inchoaret: et ipſa interue-
niente ſalutatione totum mundũ renouare diſ-
poneret. O igitur qꝫ feliciſſima: o qꝫ laudedigna
iſta ſalutatio ꝑ quã homo ſaluari debuit. Vñ ꝛ
ipſa btã ꝟgo Maria cogitabat qlis eſſet iſta ſa-
lutatio Lu. j. Et hec põt poni ꝑ themate. Si ei
ſcdm Greg. in ꝑfatiõe paſcali: felix dꝛ culpa q̃ talẽ
et tantum meruit redemptorẽ. ſ. deum: lõge feli-
cior ſalutatio angelica que talem ꝛ tantũ nobis
ꝓbuit ſaluatorẽ. Quantũ deniqꝫ ſit accepta deo
et dño noſtro Jeſu chřo iſta ſalutatio: oſtẽdi po-
teſt ꝑ q̊ddam miraculum: quod Miraculum
refert btũs Anſ. in tractatu miraculoꝝ. ca. xliij.
dicens. Qdam mulier multum deuota beate
virgini petebat continue hanc ſibi fieri grãm vt
oſtẽderet ei filium ſuum. Jn hac deuotione ꝛ pe-
titione lõgo tꝑe ꝑſtitit inſtanter cum lachrymis
poſtulãdo. Adeſt dies felix qua regina miſcdie
oranti mulieri in eccleſia apparuit: que nulli mi-
ſericordie gremiũ claudit. ꝛ dixit mulieri. Pro-
pter fidem qd petiſti fiet tibi. Et ſtatim dñs Je-
ſus in ſpecie paruuli apparẽs angelico vultu co-
ram muliere petijt vt ſuſciperet in eius vlnas ſiue
gremiũ dicte mulierꝭ: que ipm cum tanta dulce-
dine dilectionis recepit ꝙ lingua nõ poſſet refer-
re. Quanta putas tũc deuotiõe mulier gratias
referebat chřo ꝛ btẽ ꝟgini dicens. Quid retribuã tibi
o pie dñe: Quid grãꝝ referre valeam o glorio-
ſa dei genitrix pro hac dignatione mihi exhibi-
ta ꝛc: Tunc dñs Jeſus in gremio mulierꝭ exi-
ſtẽs dixit. Dic Pater noſter. quaſi inſinuaret ſi-
bi hoc multũ placere. Quo finito: dixit. Dic an-
gelicã ſalutatiõem. Cumqꝫ illa diceret Aue Ma-
ria: puer in cõtinenti inclinato capite ad beatam
ꝟginẽ q ibi pñs aſtabat dixit Aue Maria. ꝛ ſin-
gula verba ſalutatiõis replicabat poſt ꝟba mu-
lieris. Et cum ꝑueniſſet vt diceret: Et bñdictus
fruct⁹ ventrꝭ tui Jeſus: dixit puer. Ego ſum. Et
ſic cõſolando ꝑdictã mulierẽ ac dulciter ample-
xans euanuit: mira ſuauitate relicta. Ex q̃ viſio-
ne claret ꝙ chřo ſũme placeat angelica ſalutatio
quam ad honorẽ ſue matris nõ dedignat̃ cũ ſa-
lutante inclinato capite et ipſe dicere; vt doceat
nos idipſum facere.

Capitulum. II.

S Ecundo ſalutatio angelica cõmẽdat̃ ex
eo ꝙ angelis eſt multũ iocũda. Hõ oſtẽ-
dit̃ tripliciter. Primo rõne. qꝛ gaudiũ
eſt angelis dei ſuꝑ vno pctõre ꝛc. ḡ multo magꝭ
ſuꝑ pluribꝰ pctõribꝰ pniam agentibus Lu. xv.
Sed qꝛ qñcunqꝫ qs deuote dicit Au̇ Maria:
grãm meret̃ ſaltem de congruo a btã ꝟgine ma-
tre gratie: que vt dictum eſt oẽs ſe ſalutãtes reſa-
lutare dignat̃: bona grẽ largiẽdo. Et ꝑ hãc gra-
tiam pctõr iuſtificari hꝫ. ḡ ſequit̃ ꝙ qñ qs deuo-
te dꝛ Aue Maria: omẽs angelos letificet. Hoc
etiã claret nõ ſoluz ex pte pctõris hoĩs: ſed etiã
ex pte btẽ ꝟginis. Nam gaudiũ eſt militibꝰ ꝛ ſer-
uis cum honorat̃ dña ꝛ regina eoꝝ honore pa-
puo. ſic ꝛ angelis dei ſeruis cum honorat̃ regi-
na celi ꝛ domina eoꝝ. ſ. angeloꝝ Maria. Pro-
inde Bern. put allegat̃ in libro vocato Specu-
lũ ꝟginis: dꝛ. Celũ ridet: angelus gaudet: mun-
dus exultat: infernus cõtremiſcit: demones fu-
giunt: cum dico Aue Maria. Scdo oſtendi-
tur ſignificatiõe. qꝛ angelus Gabriel cum virgi-
nem bñdictaz ſalutauit: gaudiũ eſſe angelis ſi-
gnificauit. Primo qdẽ in habitu. qꝛ totus io-
cundus veſte ꝛ facie rutilans apparuit: vt dicit
Aug⁹. qd ſignũ eſt leticie. ſicut patet ꝛ in angel̃
apparentibꝰ circa reſurrectionẽ dñi in albis ve-
ſtibus in ſignum leticie; ſicut dicunt doctores.
Scdo in ſalutatiõis ꝟbo: cum dꝛ: Aue gratia
plena dñs tecũ: bñdicta tu ꝛc. q oĩa ſunt verba
gaudioſa. Tertio in ꝟboꝝ ipſoꝝ nũero. qꝛ vt
vult in ſuo Mariali magr̃ Jacobꝰ de Voragi-
ne: idcirco angelus in hac ſalutatõe tm nouẽ di-
ctiones ponere voluit. vicꝫ Aue ꝑmũ. grã ſecun-
dũ. plena tertiũ. dñs q̃rtũ. tecũ quintũ. bñdicta
ſextũ. tu ſeptimũ. in octauũ. mulieribꝰ nonũ. Et
noluit plures dictiões ponere; vt ſignificaret re-
parationẽ fiendã nouẽ angelicoꝝ choroꝝ ꝑ hãc
ſalutationẽ ac filij dei incarnationem. ḡ ipſis an-
gelis gaudioſa eſt hec ſalutatio ob ipſoꝝ ruine
reꝑationẽ ꝑ eã factã ꝛ deſignatã. Miraculũ
Tertio oſtendit̃ ex reuelatiõe. qꝛ vt refert Anſ.
li. miraculoꝝ. ca. xx. et in alijs plibꝰ miracul̃ re-
perit̃ ſic̃. Cũ ſcꝫ qdã aĩa in pctõ mortali exñs ſic
deceſſiſſꝫ: ꝛ demones gauderent ſuꝑ ꝑda capta:
angeli qꝫ ſancti viderent̃ ꝯtriſtari ſuꝑ ꝑditatõe
anime: Ecce inuentũ eſt ꝙ hõ ille in vita freqn-
tius btãꝫ Mariã ſalutauerit ꝛ officiũ ei⁹ deuo-
te dixerit: mox angeli gaudere ceperũt: dicentes.
Vere ꝑire nõ poterit que hec fecit. et ſic factum
eſt. qꝛ chřo iudicãte aĩa ad corp⁹ redijt ꝛ pniaꝫ
egit. Et ſic patet qm̃ angelis gaudioſa eſt ſalu-
tatio btẽ virginis: imo ꝛ oĩs honoris cult⁹ ab
hominibꝰ Marie impenſus ꝛ exhibitus. Ad
quod legitur precipue in li. qui intitulat̃ Scala

celi: ꝛ etiā in miraculis btē ꝟginis: ꝙ ſctūs Hil delfonſus archieps Tholoſanus cum feciſſet librū contra Heluidū hereticū ad honorē btē virginis: atqꝫ nouē lect. ōes in qlibet ſabbato dicendas ꝑ officio cōpoſuiſſꝫ: dū in qdā ſabbato audiuiſſet in eccleſia ſonare mirabilē armoniā: credidit ꝙ canonici matutinas ipſo abſente dicerēt Surgēs ḡ ſubito cū ſuis ꝛ ꝑuenientes ad eccleſiam: viderūt mirabilē claritatē ꝛ choros angelorū ipum officiū btē virginis editū ab Hildelfonſo cantantes: ac btām ꝟginem ſedentem ī cathedra archiepiſcopali quā oēs cū iubilo angeli laudabāt. Et finitiſ matutinis Maria Hildel. vocauit: ꝛ regratiat̃ eidē de officio edito ꝛ libro: ac caſulam ei de celo allatā dedit: in qua celebraret ad honorem ipſius virginis.

Capitulum. III.

T Ertio angelica ſalutatio cōmēdabilis reddit̃ ex eo ꝙ ipa eſt demonibꝫ multū ꝛ maxime tremebūda: cū ſciat ſibi eē ad ꝯfuſionē: eo ꝙ ꝑ illā amiſit captiuos. i. ꝑ ꝟginē Mariam: que cōtriuit caput ſerpentiſ. Et quia demon eſt ſuꝑbus: cōfundit̃ valde ꝙ ꝑ mulierē eſt victus. Judith. xiiij. Una mulier hebrea fecit ꝯfuſionē in domo Nabuchodonoſor. qđ interꝑtat̃ ſedēs in anguſtia. ꝛ ideo merito ꝑ ipm diabolus ſignificat̃: qui eſt in cōtinua penali triſticia: cui quidem ꝯfuſio infert̃ cū btā ꝟgo q̄ eū contriuit ſalutat̃. Item ſicut canis terret̃ a tonitru ſic demon cū audit dici Aue Maria: ſciēs qꝛ ꝑ hoc hō liberat̃ ab eius manu: intercedēte dei matre ꝓ hoīe ipſo. ꝛ ideo de beata virgine ſcribitur Cant. vj. ꝙ ſit terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. Uñ Bern. Non tantū timēt hoſtes quālibet caſtroꝝ aciem ſicut demones Mariā dei matrē Uñ nō audent inuadere ꝛ ledere hoīem ſalutantem btām ꝟginē. Miraculū. Qđ luculēter oſtēdit̃ in exēplo qđ refert Anſ. vbi. ſ. ca. xv. di. ꝙ diabolꝰ q ſꝑ nocere hoī cupit acceſſit ad quendā nobilē in figura hoīs ꝛ cepit ei ſeruire: ꝛ intantū nobili placuit ꝙ cū oībus negocijs tractandis ꝛ expediendis prepoſuit. Ipſe ꝟo diabolus die noctuqꝫ ꝑſuadebat ipſi nobili facere mala: intantū ꝙ ꝑ ſe ꝛ alios depdādo: vulnerādo: ꝛ occidēdo ſere inūerabilia facinora cōmittebat. Accidit ꝙ qdam vice ipſe nobilis apphendiſſet quendam ſctm̄ pſbyterū ꝛ q cū comitabant̃. Quo capto ad ſuū caſtꝝ cum duxit. Hic allocutꝰ eſt nobilem ꝛ ſuos famlos ꝙ ex ꝑte dei haberet aliqđ verbū ꝓponere: ita tm̄ ꝙ oms de familia nobilis adeſſent audituri. Dū hoc impetraſſet oēs aduenerūt pter ipm demonē: qui vocatꝰ finxit ſe infirmū: ꝛ ꝙ ergo venire in pſentiā nō valeret. Clericus diuina reuelatione ꝛ prudentia ſciens diaboli verſutias ꝛ fraudes: dixit ſe nil dictuꝝ niſi ille priꝰ adueniret. Rogauit ḡ ipꝫ nobilē vt ſi infirmus eſt adducat̃ in lecto. Quod ꝛ factum eſt deo diſponente. Tunc ſanctus ille iuſſit ipſi demoni ꝙ corā omībꝫ edicceret qs eſſꝫ: ꝛ quare ad veniſſet ipi nobili in ſpecie humana ſeruiturus. Ille eiulās et ſuſpiria dās reſpondit ꝙ eſſꝫ demon: ꝛ ꝙ ideo venerat ꝛ cum nobili ſteterat. xiiij ānoꝝ ſpacio: vt ipm pcipitaret et occideret ī peccatis ꝓfundatuꝫ anteqꝫ ab eo ſecederet. Sed qꝛ ipe nobilis qlibet ſero dum ad lectū iret: ꝛ quolibet mane dū ſurgeret ſeptē vicibꝫ genibꝫ flexis btāꝫ virginē cū Aue maria ſalutabat. ꝛ ꝓpter hoc ſolum bonū a beata virgine defendebatur qualibet nocte ꝛ die qua ſalutabat eā. adeo ꝙ demon nocere ei ñ audebat nec pualebat. Addidit qꝫ ꝙ ſi vnica tm̄ nocte vel die pretermiſiſſꝫ: ilico eū occidiſſet. His dictis demon diſparuit confuſus. Et ille ſanctus vir omnes illos de familia exhortando conuertit: et ad deuote ſeruienduꝫ beate virgini inuitauit: in qua et ipſe nobilis cōuerſus: ꝛ debitam penitentiam agens: vſqꝫ ad finem vite laudabiliter permanſit. Item ideꝫ Anſ. ibidē ca. xxvj. refert: ꝙ qdam ſcelꝰtus cū ſepe beatā virginē ſalutaſſet: ꝛ ſubita morte puentus: demōes rape voluerūt aīam eiꝰ. Cūqꝫ vnꝰ angelus diceret ꝙ licꝫ peccōr fuerit: tamen ꝓ deuotione ſolitꝰ fuerat dicere Aue maria ſepius. ſtatim hoc audito: demones relicta anima fugerunt ꝛ ad merita beate virginis anima ad corpus redijt miraculoſe ꝓ agenda penitētia. Idcirco beatus Berñ. dicit. Infernus cōtremiſcit demones fugiunt cum dico Aue maria. Patet igitur propoſitum.

Capitulum. IIII.

Q Uarto angelica ſalutatio eſt cōmendabilis ex eo ꝙ beate ꝟgini eſt ſumme glorioſa et letabūda. quia hec ſalutatio fuit ei ad maximū gaudiū et ſummā gl'iaꝫ ac exaltationē. Multū eni gauderet aliqua quādo rex ꝑ fidelē nūciū ſalutaret eā nūciādo ꝙ eā intantū dilexiſſet vt eam in ſponſam vellet ſibi aſſumere Ita ꝛ beata ꝟgo cū ſalutata eſt a deo ſūmo rege ꝛ in ſponſaꝫ ac filij ſui matrē eſt aſſūpta. Uñ cum iam ab angelo ſalutata foret: ꝛ ad ſanctaꝫ Elyſabeth ꝑueniſſet: ait. Exultauit ſpūs meus ī deo ſalutari meo ꝛc̃. Lu. j. ca. Nimirū ſi diligenter ſingula huiꝰ ſalutatōis angelice ꝟba peſſamus: cōperimꝰ ꝙ pcipue. xij. gaudia in ea cōtēta vel ſignificata beate virgini offerunt̃ ad numerū ſtellarū. xij. ī corona beate virginis: qbus quidē. xij. gaudijs eam letificamus cum deuote eam ſalutamus. Primum quidē gaudiuꝫ ſumme puritatis ꝛ immunitatis offerimꝰ beate ꝟgini cū dicimus deuote Aue. i. ſine ve. Cum igit̃ deuote dicimus btē virgini Aue: leticiā eiꝰ de ſūma puritate quā habuit ꝛ habꝫ ꝓnūciamꝰ ꝛ ad memoriā reducimus. Ac ſi dicamus. Gaude o feliciſſima virgo: quia tu es ſine omni ve nature: culpe: et pene. ſicut de hoc latius patet ſupra in hoc libro. parte. iij. arti. iij. ca. v. Secundū gaudiū facimꝰ vel cumulamus videlicꝫ

magne dignitatis: cū dicimus Maria. in q̃ nomine magna dignitas beate ꝟginis denotatur: cū Maria q̄ſi mariſ ſtella noīatur. Utó em̄ Bern. ſuper miſſus eſt teſtāte: magna dignitas beate virginis in hoc noīe deſignatur: cum luci ſtelle maris comparatur. quia ſtella eſt digniſſime nature ⁊ incorruptibilis. Unde ſicut ſine ſui corruptiōe ſidus emittit radium: ſic ſine ſui leſione ⁊ corruptione ꝟgo parturit filiū. Cum ḡ dicimus. Aue Maria: gaudiū de tāta dignitate btē ꝟgini offerimus: acſi diceremus. O btā ꝟgo Maria gaude quia tu tādigniſſima virgo es vt digne nomineris Maria q̄ſi maris ſtella ſine oī corruptiōe puerpera. Tertiū gaudiū ſūme gratioſitatꝰ offerimus btē ꝟgini: cum dicimꝰ: gratia. acſi diceremus. Gaude btā virgo qꝛ tu deo ſūme gratioſa ⁊ dilecta es: adeo ꝙ ꝑ te ipſe deus redderet homini grām quā ꝑdidit: angelo teſte Luce. j. Inueniſti grām apud deuꝫ. Quartū gaudiū plenitudinis offerimus cū dicimus: plena. acſi diceremus. Gaude qꝛ nō ſolū grām perditā inueniſti: verū inſuꝑ omi gratia quā deus q̄buſcunq̄ ſanctis p̄ſtitit: tu ſola vniuerſalr̄ ⁊ excellentiꝰ plena es ⁊ poſſediſti. Unde Hiero. Uere gratia plena: quia ceterꝫ ꝑ partes datur grā: Marie aūt ſe totā infudit gratie plenitudo. Quintū gaudiū diuine cōceptionis offerimꝰ: cū dicimꝰ: dominus tecū. acſi diceremꝰ. Gaude quia meruiſti deū cōcipe: ⁊ ſic tecū habere tā in mente q̄ in ventre. Uñ Aug. in ſermone q̄daꝫ. Dñs tecū: ſed nō ſicut mecū. tecū em̄ in mente: tecū in ventre: tecū in vtero: tecum in auxilio. Sextū gaudiū ſuꝑne bñdictōis: cum dicimꝰ: bñdicta. acſi di. Gaude qꝛ meruiſti maledictionē Eue in benedictōeꝫ tibi cōmutari ⁊ toti generi hūano. Aug. ī ſmōe de natiuitate btē ꝟginis dr̄. Impleta eſt Maria grā: ⁊ Eua euacuata ē a culpa. maledictio Eue in bñdictionē mutatur Marie. mater generis noſtri penam intulit mundo. genitrix dñi noſtri ſalutē attulit mūdo. Hec ille. Septimū gaudiū ſingularis puilegiatōis: cum dicimus: tu ī mulieribꝫ. acſi di. Gaude quia tu ſola ſingulare ꝓuilegiū inter ⁊ ſuꝑ oēs mlīeres poſſides: vt tu ſola ſis omnium corona ⁊ gloria: vtpote que ſola tu inter omnes mulieres meruiſti fieri mater ⁊ virgo: matr̄ dei ⁊ hoīs. Uñ canit eccl'ia. Nec primā ſimilē viſa eſt nec habere ſequentē. Octauū gaudium diuine collaudatiōis: cum dicimꝰ: et benedictus. Gaudet em̄ ꝙ a nobis bñdicitur ī ipſa ⁊ per ipſam deus ex ſumma erga deū charitate. ſicut ⁊ oēs ſan[illegible] hoc gaudēt vt deꝰ glorificetur ⁊ bñdicatur in ipſis: iuxta illud Ps. Nō nobis dñe non nob: ſed noī tuo da gl'am. Multum ergo ei facimus gaudium cum dicimus: ⁊ benedictus. ſ. deus tuus filius. acſi di. Et tu q̄dē beata virgo bñdicta es: ſed ſuꝑ omīa bñdicimꝰ deum q̄ te ſic glorificauit ⁊ ſublimauit. Gaude ḡ ī deo ⁊ cum deo tuo filio. Idcirco Aug. dicit. Letare Maria leticia inenarrabili ⁊ ꝓprio cū ꝓprio ⁊ per ꝓpriū filiū: q̄m talem ⁊ tantū pariēdo filiū vtpote deum verum: nō ſubſecuta eſt corruptio. Bñdicta ḡ tu: ⁊ bñdictus filius tuꝰ ꝑ quem te gl'ioſam dominā noſtrā aduocatā in celis habemus. Nonū gaudium eterne fructificatiōis: cū dicimꝰ: fructus. acſi di. Gaude qꝛ ꝑ te nobis oībus eterne vite fructus datus eſt. Uñ ⁊ canit eccleſia. Bñdicta filia tu a dño: qꝛ ꝑ te fructum vite cōicauimus. Magnū nimirꝫ gaudiū ē btē virgini ꝙ de eius fructu. i. de chriſto dulciſſime fruuntur om̄es ſancti ⁊ angeli dei. j. Pe. j. In quē deſiderant angeli reſpicere ⁊ ꝙ ipſa tantum fructum facere meruit. Decimū gaudium virginitatis offerimus cum dicimus: ventrꝫ tui: ſubaudiendo virginalis. acſi di. Gaude quia vēter tuus virginalis concepit ⁊ portauit verꝫ deū ī ipſo tota plenitudine habitantē. Uñ cū dicimꝰ: ventris tui: in memoriā reducimꝰ q̄uo eiꝰ ſacratiſſimus vterꝰ virginitatꝫ gl'a ꝑmanente deū geſtauit ⁊ genuit: ⁊ poſt partum ꝟgo ꝑmanſit: mira ſuauitate leticie in hoc eius menti indita. Hoc gaudiū ꝓſequēdo btūs Aug. in ſermone de natiuitate btē virgis ita dic. Preciſum eſt ī Maria illud Eue infelicitatis eulogium. de qua dr̄. In triſticia paries filios: quia iſta in leticia dominū parturiuit. Eua ei luxit: iſta exultauit. Eua lachrymas: Maria gaudiū in ventre portauit. virgo concepit. virgo genuit. Gratulare btā virgo: quia chriſtus ex ſolio ſuo venit in vteruꝫ tuum: ex ſinu patris in vterꝫ dignatus eſt deſcendere matrꝫ. Leta igitur Maria geſtat infantē: exultans filium amplexatur: portat a q̄ portabatur. extat Maria cū concepit virgo: grauida virgo dum parit: ⁊ virgo poſt partū. Exultat Maria ⁊ matrem ſe leta miratur: ⁊ de ſpūſancto ſe ꝑpeꝑiſſe gaudet. O femina ſuꝑ feminas benedicta que viruꝫ omnino non nouit: ⁊ virū ſuo vtero circundedit. Hec Augꝰ. Undecimū gaudiū mire dulcedinis ⁊ ſuauitatis: cum dicimus hoc melliflūū nomen Jeſus. Si em̄ ſancti ⁊ deuoti magnam dulcedinē capiūt in hoc noīe: q̄m vt dr̄ Bernar. hoc nomen Jeſus mel eſt in ore: melos in aure: iubilus in corde: multo fortius magnū dulcorē ⁊ ſuauitatē capit aīa benedicte virginis cum audit hoc dulciſſimū nomē deuoto corde ⁊ ore nominari. Unde cum dicimus: benedictus fructꝰ ventris tui Jeſus: gaudium ſimul ⁊ dulcorem offerimꝰ beate virgini. Acſi di. Gaude o bñdicta virgo quia per te ⁊ ex te iſtud dulciſſimū ⁊ melliſluum nomen Jeſus habemus: in quo ⁊ tu ⁊ omnes ſancti letantur: in quo mira dulcedīe deuote mētes liqueſcūt ⁊ delectantur: in quo cor tuū ſacrū iubilo ineffabili iocundatur indicibili amoris ſuauitate delibutum: in quo ſolo noīe oportet omnes ſaluos fieri credentes. Nam vt ſcribitur Act. iiij. Non eſt aliud nomen ſub celo datū hominibus in quo oporteat ſaluos fieri creden-

tes. Duodecimū gaudiū hūane aſſumptiōis
ſcꝫ a deo in vnitatē ꝑſone: cum dicimus: chriſtꝰ
id eſt chriſmate vnctus. Hocem nomē cōuenit
ſaluatori noſtro inquātū eſt homo a ꝑſona diuīa
aſſumptꝰ. ipſe em̄ fuit ſcḋm humanitatis naturā
chriſmate ⁊ vnctiōe ſpūſſcti vnctꝰ. iuxta illḋ ps.
Unxit te deꝰ deus tuus oleo leticie pre ꝯſortibꝰ
tuis. Et ideo in hoc noīe ſignificatio hūane na-
ture in chro exprimit de q̄ oēs ſancti gaudent. ſꝫ
a fortiori beata virgo. Uñ gaudenter canit eccle
ſia. Felix nanqꝫ es ſacra ꝟgo Maria ⁊ oī laude
digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſticie chr̄s
deus noſter. Cum igit̄ dicimus: benedictus fru
ctus ventris tui chriſtus: gaudiū ei cumulamꝰ.
acſi diceremꝰ. Gaude o beatiſſima ꝟgo Maria
quia per te ⁊ ex te habemus vt humana natura
tantū dignificaret̄ in tuo filio vt vicꝫ deo vniret̄
in vnitate ꝑſone. per te habemꝰ deū fratrē nr̄m
et noſtre nature participē ex te aſſumpta ē iſta ca
ro diuinitati vnita. In tuo vtero facro factū eſt
vt deus fieret homo: verus chriſtus vnctiōe ſpi
ritusſancti plenus. iuxta illud Jo. j. Uerbuꝫ ca-
ro factum eſt ⁊ habitauit in nobis: ⁊ vidimꝰ glo
riam eius gloriam q̄ſi vnigeniti a patre plenuꝫ
gratia ⁊ ꝟitate. Ecce igit̄ o fidelis ⁊ deuota aīa.
O cor humanū amore beate ꝟginis inflamma-
tū penſa diligēter ⁊ aduerte q̄ꝫ multiplex gaudiū
offers ⁊ accumulas ipſi benedicte virgini Ma
rie cum eam deuote ſalutas angelica ſalutatiōe.
Quid em̄ aliud q̄ꝫ coronā quandā ſtellaꝝ. xij. ei
offers tanq̄ꝫ ſertum roſarū. xij. quo bñdicta vir-
go gloriat̄ ⁊ letificat̄. Quō credere potes ꝙ te ipa
pro tot gaudijs ei oblatis non letificet ⁊ nō refa
lucet in pſenti ꝑ grām ⁊ ī futuro ꝑ gloriā. Euigi
la ergo ⁊ conare frequēter beatā ꝟginē ſalutare
hac glorioſiſſima ⁊ ſumme ſibi placita ⁊ letabū
da ſalutatiōe: vt valeas eius grām habere. Ad
p̄miſſa facit qḋ multotiens viſum eſt in miracu
lo: ꝙ dum beata virgo ſalutaret̄ a ſibi deuotis:
apparuit quaſi ꝟgo pulcerrima aſtans: ⁊ ad ſin
gulas ſalutatiōes ſe inclinans ⁊ q̄ſi roſas colli-
gens: ſerto q̄ꝫ ꝓpria manu aureo filo colligans:
⁊ tandē capiti ſuo imponens coram omnibꝫ an-
gelis ⁊ ſanctis gloriando dixit. Hoc ſerto coro-
13 nauit me iſte mihi deuotꝰ famulus tē. Ut aūt
finem huic partis ſermoni faciā: referā ꝓ edifica
tione miraculū quoddā narratiōe digniſſimū:
qḋ quidem a fidedignis relatū percepi: ⁊ publi-
ca a pleriſqꝫ p̄dicatōe ꝓmulgatū. Mulier nan-
qꝫ quedā beate ꝟgini multū deuota cū frequen
ter diceret Aue Maria: ſumma deuotiōe apud
ſe hec ſepius voluebat̄ cogitatio: que vicꝫ ꝟba ex
omnibꝫ ꝟbis ſalutatōis magis cōmouerint ad
gaudiū: ⁊ nunc cōmouere habeant cor benedicte
ꝟginis. Cui quadam vice oranti apparuit pijſſi
ma virgo Maria ⁊ dixit. Ut tue deuotioni ſa-
tiſfaciam in qua mihi ſumme cōplacet: en tibi re
uelare curaui quod deſideras. Scito ꝙ ſuꝑ oīa

cor meū letatū eſt et gaudio repletū ad illa ꝟba:
cū audiui. ſ. angelū dicentē: dñs tecū. Hoc autē
⁊ rōi ꝯſonat: qm̄ ꝑ illa ꝟba expliſſius annūciaba-
tur dñica conceptio: cū dicit̄: dñs tecū. ſ. i mente
⁊ in ventre: vt patuit ſupra ꝑ doctores. Alia au-
tem verba non ſic expreſſe dñicam incarnatiōeꝫ
⁊ ꝯceptiōem btē virginis actiuā inſinuāt: ſic cla-
ret cōſiderāti. Sꝫ qm̄ ipa beata ꝟgo ſummum
gaudium in h̄ habebat ꝙ deuꝫ ꝯcipe merebat̄.
⁊ dei mater efficiebat̄: put ꝓbat Albertꝰ magnꝰ
ſuꝑ miſſus eſt. ⁊ patebit infra li. ij. pte. ij. ar. j. ca.
j. ergo ſequit̄ reuelationē fore verā. Tandem be
ata virgo p̄dicte mulieri loquēdo addidit: ⁊ ait.
O chariſſima famula mando tibi vt quotieſcū-
qꝫ dicere habes Aue maria: cum ꝑueneris ad il
la verba: dñs tecū: plane et moroſe ipa ꝟba ꝓfe
ras: ⁊ ibi cordis et corꝑis genua ac ceruicē flecte
re ſtudeas: ſciēs ꝙ tātū gaudiū meo cordi ſic fa
ciens ꝓ tua deuotiōe accumulas ꝑ verba p̄miſ-
ſa ꝙ quaſi iterato concipem filiū meū dñm Je
ſum. In fine deniqꝫ addas et dicas. Sctā Ma
ria mater dei et dñi nr̄i Jeſu chr̄i ora pro me et
pro omnibꝫ pctōribus. Et hoc ſimiliter moroſe
et deuote. quia tantū hec depcatio mihi placet ⁊
tantū gaudet cor meū i ſubueniēdo pctōribꝫ ac
ſi iterato filiū meū parere. Hec dicens mira ſua
uitate relicta in corde mulieris: euanuit beata ꝟ-
go ab eius viſiōe Et hec mulier quoad vixit de-
uote obſeruauit. Hoc etiā reliquū ratiōi recte
ꝯcordat: quia cū peccator homo beatā virgineꝫ
deuote ſalutat ⁊ ad ſibi ſubueniēdū exorat: btā
virgo grām infundēdo filium ſpiritualē denuo
parit ad vitam eternam cum peccatorē a pecca-
tis reuocat per gratiā. et ad viā ſalutis reducit.
vel ſi iuſtus eſt: in iuſticia cōfirmat: et ꝑſeueran
tiam p̄ſtat. Cū igit̄ ⁊ chr̄s dominus ob hāc cām
de ea natus ſit vt homines in celeſte regnū rena
ſcantur: nō dubiū quin ipa beata virgo in his
p̄miſſis gaudeat: et ei ſumme cōplaceat. O igit̄
oēs fideles anime: oēs deuoto corde exiſtentes:
vnūquēqꝫ veſtrū cōuenio: omnibꝫ clamo. et vti
nam clamor meus omnium reſonet in auribꝫ
Salutate. ſalutate: ſalutate humiliter deuote et
frequenter beatā virginem. Salutate virgines
ſalutate coniugati: vidue et pauꝑes et diuites.
magni et paruuli: adulti: iuuenes ⁊ ſenes. oēs
q̄ꝫ cuiuſcūqꝫ condiciōis peccatores et iuſti: ſcien
tes quoniaꝫ ꝑ eam grām habebitis in p̄ſenti et
gl̄iam in futuro p̄ſtante domino

Sequitur pars quinta de ipſa ſalutatōe an-
gelica et eius partibus.

Aue gratia plena

a dominus tecum: Benedicta tu in mu
lieribus. Luce. j. Tres ſalutatio-
nes ceteris celebriores in euāgelio reperimus.
Prima Gabrielis: videlicꝫ iſta. Aue grā plena

Secunda Marie ad Eliſabeth Lu.j. Intrauit domū Zacharie ꝛ ſalutauit Eliſabeth. Tertia chriſti ad diſcipulos. Joh.xx. Pax vobis. q̄ ſepiꝰ legiꝶ repetita. Hac triplici ſalutatōe triplex cōcordia deſignaꝶ. ſiq̄dē añ incarnationē diſcordia erat. Prima inter deū ꝛ hoīem ꝓpter pctm̄ primi ꝑuaricatōis: qm̄ homo deo factus inobediēs: diabolice ſe ſubiecerat poteſtati. Secūda diſcordia erat inter angelū ꝛ hoīem. Et h̄ dupliciꝭ cā. qꝛ vicꝫ homo q̄ ruinā angelicā reparare debuerat ſponte corruens ſe ſubtraxerat a celo: ꝛ diabolo ſe cōiunxerat eius voluntatē faciendo. Et qꝛ cū in obſequio dei cōſerui eſſe debuiſſent: homo ſe quaſi ſpōte ſeruitio diaboli ſubdiderat Tertia diſcordia erat inter hoīem ꝛ hoīem. vicꝫ inter iudeum ꝛ gentilem ꝓpter diuerſaꝝ legum emulatōeꝫ. qꝛ iudeꝰ vnū deū: gentilis aūt idola colebat. Itaqꝫ ꝑ ſalutationem chriſti ad diſcipulos qua dixit. Pax vobis: deſignaꝶ cōcordia dei ad hoīes. quia filius dei in ſeipo cōiungēs diuinitati humanitatē: ꝛ ꝑ ſanguinē crucis pacificauit que in celis ꝛ que in terris: vt dicit apoſtolꝰ.

Item ꝑ ſalutationē Marie ad Eliſabeth deſignaꝶ cōcordia iudei ꝛ gentilis. qꝛ chr̄s lapis angularis oēs in vnicā fidem ꝛ eccleſiā cōuocauit. Joh.x. Et alias oues habeo q̄ nō ſunt ex h̄ ouili: ꝛ illas oportet me adducere ꝛ vocē meā audient: ꝛ fiet vnū ouile ꝛ vnus paſtor. Hoc etiāꝫ in ſpū ꝑdixerat Dauid dicēs. Lapidē quē reprobauerunt. i. chr̄m: edificātes. ſ. iudei: hic factus eſt in caput anguli. Deniqꝫ ꝑ ſalutatiōeꝫ angeli ad Mariā notaꝶ concordia angeli ad hoīem. quia per partū Marie factus eſt homo cōciuis angeloꝝ ꝛ domeſticus dei. ꝛ vniꝰ dei. ſ. chriſti homo ꝛ angelus facti ſunt ſerui. ꝛ ex homine angelica ruina reparata eſt. Ideoqꝫ cum chriſtus naſciꝶ: ab angelis caniꝶ Gloria in excelſis deo: ꝛ in terra pax hominibꝫ bone voluntatis. Hinc ꝛ angelus dixit Joanni volenti eum adorare. Uide ne feceris: cōſeruus em̄ tuus ſum ꝛ fratrum tuoꝝ. Apocal. in fi. Quia igitur iſte concordie facte ſūt per Mariam ꝟginem que nobis chriſtū deum genuit: idcirco non imerito dicat Marie ipſe deus: dicat angelus: dicat ꝛ homo Aue gratia plena. que fuerunt verba thematis noſtri preaccepti. De hac itaqꝫ ſalutatione ꝛ partiū eius declaratione intendentes tractare: tria myſteria cōtemplemur.

Primum de eius principio.
Secundū de eius medio.
Tertiū de eius appoſito ꝛ termino

Articulus ꝑmus de ꝑncipio ſalutatōis angelice: vbi tres q̄ſtiones elucidanꝶ Capitulū. I.

Circa principium huius ſalutatiōis tres ꝑcipue q̄ſtiones occurrunt Prima q̄ſtio Utrū ſalutatio angelica fuit congrue hoc mō per Aue incboata. Secunda q̄ſtio Utrū btā ꝟgo fuerit vere ſine ve: vt ſit digne ꝑ hoc ꝟbū Aue ſalutata. Tertia queſtio Utrū iſta ſalutatio h̄ mō facta ſit oim̄ ſalutationū excellentiſſima Ad primā queſtionē q̄ queriꝶ; vtrū vicꝫ ſalutatio angelica fuerit cōgrue hoc mō ꝑ Aue inchoata. Arguitur in cōtrariū ꝙ nō. Primo ſic. qꝛ iſte modus ſalutādi ꝑ verbū ſecunde ꝑſone eſt modus ſalutandi a ſeipſo ꝑſonaliter ꝛ nō ab alio. ḡ videꝶ ꝙ angelus ſalutauerit btām ꝟginem a ſeipo ꝛ nō a deo. ſed conſtat ꝙ ſalutare debuit a deo. ergo nō debuit ꝑ hoc ꝟbum ſecunde ꝑſone ſalutaſſe.

Preterea videꝶ ꝙ debuit ſalutaſſe ꝑ ſalue: qꝛ Aue dicit remotionē pene: ſalue ꝑſentiam boni ꝛ ꝑmanentiā ſalutis. Nam ſalueo vt dī Joannes ianuen̄. in Cathol. eſt ꝟbum defectiuum ꝛ ſalutatoriū. ꝛ ſonat. i. eſſe vel fieri ſaluuꝫ. Cum ḡ maior ꝑfectio ſignificaꝶ ꝑ ſalue q̄ꝫ ꝑ aue: ſequitur ꝙ iſta ſalutatio ꝑfectiſſima debuit potius incipi a ſalue q̄ꝫ ab aue. Preterea Aue ꝑtinet ad incipientes; ſalue ad ꝓficientes: gaude ad perfectos Unde ꝛ Tobias ſalutatus eſt ꝑ angelū hoc mō Gaudiū tibi ſit ſemꝑ Tob. v. ca. ḡ cum btā virgo eſſet ꝑfectiſſima: per gaude debuit ſalutari.

Preterea nobiliſſimꝰ modus ſalutādi ē quē tenuit dn̄s Jeſus ꝛ docuit. ſed hic modus fuit: Pax huic domui. Lu. x. vel: Pax vobis. Jo. xx. ergo ꝛ in hac ſalutatione nobiliſſima debuit btā virgo per ſimile ſalutari. ſ. Pax tibi. Uel: pacem opto tibi. In contrariū eſt veritas ſacre ſcꝑture. Ad hanc igitur queſtionē reſpondeꝶ ſꝫ Albertum magnū ſuꝑ Miſſus eſt. ca. lxiiij. ꝛ. lxv. ꝙ cū duplex ſit modus ſalutādi. vicꝫ ꝑ ſeipm̄: et per aliū. multo amicabilior ꝛ nobilior ē ille q̄ eſt per ſeipm̄ q̄ꝫ per alium. Hec ergo ſalutatio ꝑfectiſſima ꝛ amicabiliſſima non debuit fieri tanq̄ꝫ ad abſentem ꝛ per aliū. ſed tanq̄ꝫ ꝑſentis ad preſentē ꝛ ꝑ ſeipm̄. Recto ergo modo ꝑſentialiꝶ angelus ſalutationē hāc ab Aue inchoauit. quia ī hac ſalutatione deus trinitas ꝑſens ꝑſentē virginem in angelo ſalutauit dicēs. Aue gratia plena. quod verbum ꝛ deprecatiuū ꝛ ſalutatiuum ꝛ nunciatiuū fuit. quia beatitudineꝫ quam angelus bt̄e virgini nūciauit: illaꝫ ei exhiberi ꝛ impleri ardētiſſime cōcupiuit ꝛ deuotiſſime optauit. Et ꝑ premiſſa patet reſponſio ad primū obiectū. Ad alia argumenta ꝑmiſſa in contrariū adducta Reſpondeꝶ ꝙ in hac ſalutatōe aliō verbū ſalutandi poni nō debuit in quo ſalutis ſtatus vel ꝑfectio notareꝶ qꝛ cū iſta ſalutatio ſit totius ſalutis inchoatio que primo ꝛ ꝑncipaliꝶ ꝑ ſe btiſſime nunciaꝶ virgini: ꝛ in ea ꝛ ꝑ eā toti generi humano deſtinaꝶ: recte īcepit ab Aue. Initium q̄ ꝓpe btitudinis eſt remotio miſerie. qđ notat aue quaſi ſine ve. Alia aūt btitudinē ꝑficiētia exprimunꝶ ꝑ alia verba in ſalutatione iſta ſubſequentia; vt infra patebit cum declarabūtur ſin-

gillatim. Hec Alber. Ex his patet ratio q̄re nō debuit dici: ſalue vel gaude vel pax tibi ⁊c̄. Amplius q₃ non debuit ſalutari beata virgo in hac ſalutatiōe aliq̄ alio ꝟbo ſalutatiōis q̄₃ per Aue. q₂ nō debuit niſi ꝟbuz correſpondēs rei in ſalutatione iſta poni. Sed q₂ res huius ſalutatiōis ⁊ annunciatiōis iſta erat: ꝙ vic₃ maledictio quā per ꝑmā mulierē. i. Euā incurrim⁹: debebat verti in bñdictionē ꝑ hāc ſecundā mulierē. i. beatam Mariā. vt ſicut femina nos dānauit: ita ⁊ femina ſaluaret. Vñ Aug. ſermone de natiuitate dñ. Impleta eſt Maria grā: ⁊ Eua euacuata eſt a culpa. maledictio Eue ī bñdictionē mutat̄ Marie. Hec ille. Huic aūt rei nullū aliud ꝟbū ſalutatiōis ita ꝯgruebat ⁊ correſpōdebat ſicut Aue. in quo ſolo nomē Eue mutat̄ in ꝟbū ſalutationis Aue. Conuerſo eñ̄ hoc noīe Eua ꝑ litteras: Marie dcm̄ eſt Aue. ad deſignandū expreſſe ꝙ in bñdictionē Marie ꝟtebat̄ maledictio Eue. Nimiꝝ poſt pctm̄ Adam vxori ſue ipoſuit nomen Eua. qđ dr̄ ab a qđ eſt ſine: ⁊ eu qđ eſt bonū: q̄ſi ſine bono. qm̄ bonū datū a deo ſibi ⁊ viro abſtulit ac poſter̄: ⁊ incidere fecit in ve culpe ⁊ pene. ꝑ Mariā aūt facti ſum⁹ ſine ve: ideo congruentiſſime ſalutat̄ ꝑ Aue: ⁊ nō ꝑ aliđ aliqđ verbū. Vñ q̄da₃ ꝟſificator dicit. Porta ſalut̄ aue per quā patet exitus a ve. Hec mgr̄ Jacobus đ Voragine in ſuo Mariali

Capitulum. II.

D ſecundū queſitū de hui⁹ ſalutatiōis
a verificatiōe: cū querebat̄ Utrum vic₃ btā ꝟgo fuerit vere ſine ve: vt ſit digne ꝑ aue ſalutata. In contrariū poſſes arguere ꝙ nō videt̄ q̄uō vel ad quē ſenſū angelus potuerit vere dicere btē ꝟgini. Aue. i. ſine ve. Nā ſi hoc dixit narrando đ pñti: falſū dixit. q₂ adhuc ꝓtunc ſine ve nō fuit btā ꝟgo: qm̄ fuit adhuc ſub ve miſerie hui⁹ vite qđ ex pctō ꝑmoꝝ parentū ſubſecutum eſt. Fuit etiā adhuc ꝓtunc ſub ve ſterilitat̄. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſub maledicto legis. q₂ adhuc ſterilis fuit: cū nondū adhuc cōceperat filiū q̄ñ angelus ei dixit iſtud ꝟbum Aue. vnde nō potuit de preſenti h̄ dicere. Itē ſi angel⁹ dixit illđ optando: ſequit̄ ꝙ voluntatē ſuā diuine volūtati non cōformauit: q. ſ. deus eā multa pati voluit ī paſſione ſui filij. Si ꝟo illđ dixit de futuro ꝑdicendo: nō ſalutauit: ſed ꝓphetauit. nec magnū q̄d dixit. q₂ hoc cōmune eſt oīum ſaluandoꝝ ꝙ q̄ñq₃ erunt ſine ve. ſ. in futura gloria. g̃ videt̄ ꝙ nō potuerit vere btā virgo ꝑ hoc ꝟbum Aue ſalutari.

Ad q̄ſtionē igit̄ reſpōdendo Nota ꝑmo ꝙ hoc verbū Aue q̄ñq₃ eſt vox optant̄: ſicut đr Joānes Januēñ. in Cathol. vt q̄ñ dico alicui Aue ſalutando: q₂ ei ſalutē opto. Q̄ñq₃ autē eſt vox orantis: vt cū dico: Aue crux precioſa. vel O crux aue ſpes vnica. Nō eñ̄ ſalutādo illud dico. q₂ ligno inſenſibili ſalutē non opto: q₂ eam habere nō poteſt. ſed oro vt virt⁹ cruc̄ mihi ſalutē operet̄. Q̄ñq₃ ꝟo eſt vox ꝯgratulātis et applaudentis: vt cum dico Aue maria. vel Salue ſctā parēs. q̄ſi dicerē. O btā ꝟgo Maria: ꝯgratulor ⁊ ꝯgaudeo ſaluti ⁊ glīe tue. Hec mgr̄ Jacob⁹ vbi ſ̄. Dico igr̄ ſm̄ Alb. ſuꝑ Miſſus eſt. ca. lxiiij. ⁊. lxv. necnō et cōiter ſm̄ doctores hanc materiā tractantes. ꝙ beata ꝟgo vere ſalutari potuit et debuit ꝑ Aue q₂ fuit ſine ve omni vniuerſaliter.

Primo q₂ fuit ſine ve ſpeciali eue et mlierib⁹
Scđo q₂ fuit ſine ve ꝓprio matrib⁹
Tertio q₂ fuit ſine ve cōi oīb⁹ hominibus

Prīo inquā q₂ fuit ſine ve ſpeciali Eue et mulieribus. Nam Eua triplicē maledictionē q̄ſi triplex ve accepit ī penā. Prīa: Multiplicabo erūnas ⁊ ꝯcept⁹ tuos. Scđa: In dolore paries filios. Tertia: Sub viri ptāte er̄. Gen. iij. c. Sine hoc triplici ve fuit Maria. quia nec ſenſit erumnam in cōceptu. nec dolorē in partu. qm̄ fuit ſine corruptiōe fecunda: ſine grauamine grauida. et ſine dolore puerpera: vt dicit Bern. ⁊ fides tenet catholica. Deniq₃ nec fuit viro ſubdita ꝑpetue ꝟgitat̄ obtētu. ⁊ q₂ ꝑ dei ꝯceptū et maternitatē facta eſt dña omniū viroꝝ ⁊ mulieru₃ ac etiā angeloꝝ. Itē in mulierib⁹ eſt triplex ve. q₂ ī ꝟgib⁹ eſt ve ſterilitat̄. in cōiugat̄ ve ſubiectiōis. q₂ ſunt ſub ptāte viri. in viduis ve deſolationis et orbationis tanq₃ que ſunt orphane. Quib⁹ vltimis duob⁹ eſt annexum ve corruptionis: cum virginitatē amiſerūt. Ab his fuit immunis beata ꝟgo. Fuit eñī ꝟgo ſine ſterilitate. ꝯiugata ſine corruptiōe et ſeruitute: qm̄ Joſeph tāq₃ cuſtos a deo dat⁹ btē ꝟgi ſeruiebat ei: quā ſciebat eſſe dña₃ ſui ⁊ totius mūdi ꝓpter dei maternitatē. Deniq₃ fuit et vidua poſt mortem Joſeph cum virginitate ⁊ ſine deſolatiōe ꝓpt̄ dei ꝑſentiā: qui de⁹ eius ſpūalis ſpōſus multiplici eā ſuauitate familiar̄ ꝑſentie ſꝑ ꝯſolabat̄. Secūdo dixi ꝙ btā ꝟgo fuit ſine ve ꝓꝑo matribus. Sunt q̄ꝑpe in matrib⁹ tria ꝑcipue ve. Primu₃ ve erūne et imūdicie. q₂ ꝟgitatē ꝑdūt: et cū maxima imūdicia ⁊ erūna pariūt. Secūdū ve ifirmitatis ⁊ indigētie: q₂ infirmant̄ et amittūt ſanitatē: venuſtatē et pulcritudinē cū pariūt: atq₃ indigēt obſtetricatiōe. Tertiū ve pene ſimul ⁊ culpe. q₂ cū pctō ꝯcipiūt et libidīe: cū g̃uitate portāt. et cū dolore pariūt. Ab hoc triplici ve fuit imunis beata virgo Maria. Primo quidem fuit ſine ve erumne et imūdicie. q₂ in cōceptu et ī partu nō ꝑdidit virginitatē: ſ₃ adq̄ſiuit eam q̄ ſub deo maior neq₃ intelligi puritaſ. Nulla etiā ī ei⁹ partu imūdicia fuit: q₂ chriſtus de⁹ vtero clauſo manēte egreſſus ē tanq₃ ſpōſus dñs đ thalamo ſuo: teſte Ps̄. Vñ Leo papa ī ſermone de natiuitate dñi dicit. Alienū eſt inquit ab hac natiuitate qđ de oīb⁹ legit̄. Nemo mūdus a ſorde. nihil in iſtā ſingularē natiuitatē de concupiſcētia carnis tranſijt. nihil de peccati lege manauit ⁊c̄.

Scđo fuit ſine ve ifirmitat̄ ⁊ indigētie. Nō

em̄ btā virgo poſt ꝯceptū aut in partu ꝑdidit ſa
nitatē vel pulcritudinē:imo tāta pulcritudīe ra-
diauit ꝙ Joſeph eā inſpicere ꝓ radioſitate nō po
tuit:vt ƌ glo. ſuper Matth c.j. Unde Joſeph
Mariā nō cognouit facie q̄lis eſſet donec pepit
ꝛ euacuato vtero radioſitas a viſiōe faciei eius
oc̄los nō ita reuerberaret. Jtem ſanitatem poſt
conceptū nō amiſit.imo fortioꝛ facta a ſpūſctō:
ſurrexit ſtatim ꝛ abijt in montana cū feſtinatōe
ꝛ ſuiuit Eliſabeth. Jn partu q̄ꝫ nō īdiguit ob-
ſtetricatōe:ſed vt canit in qbuſdā eccleſijs. Gau
debat dei genitrix ī partu quā circūſtabāt obſte
tricū vice cōcinētes angeli gl'iam deo. Tertio
fuit ſine ve pene ꝛ culpe. qꝛ ſine viro de ſpūſctō
cōcepit ꝛ ſine oī libidine. Et cū gaudio ſine oī le-
ſione ꝛ doloꝛe peperit:vt ſup̄ patuit Tertio di
xi ꝙ btā virgo fuit ſine ve cōmuni oīb; hoībus.
Cōiter quippe oēs hoīes triplex ve incurrerūt ex
pctō pꝛimi parentꝫ Primū ve in coꝛꝑe. Secun-
dū ve in aīa. Tertiū in vtroqꝫ cōiunctim. De his
Apocal'.viij. Ue ve ve habitātib; in terra Pri
mo inquā in coꝛꝑe ſiue ex ꝑte coꝛꝑis īcurrit oīs
homo ve triplex ſ. ve miſerie multiplicis:vicꝫ la
boꝛis ꝛ fatigij:infirmitatū:penuriaꝝ:frigoꝛꝫ:ca
loꝛis:famis:ſitis ꝛc.quib; ſubiecti ſumus ī hac
miſera vita. Jtem ve doloꝛoſe moꝛtis:qꝛ cū do-
loꝛe oēs moꝛimur:ꝛ q̄ſi aqua dilabimur ī terra.
Jtē ve incineratiōis poſt moꝛtē ꝛ putrefactiōis.
De pmo Gen̄.iij. Maledicta terra in oꝑe tuo:
ſpinos ꝛ tribulos germinabit tibi:in laboꝛe co-
medes ex ea oīb; dieb; vite tue. Jn ſudoꝛe vult⁹
tui veſcerꝭ pane tuo ꝛc. De ſcđo Gen̄.ij. Quacū-
qꝫ hoꝛa comederitꝫ moꝛte moꝛiemī.i.neceſſitatē
moꝛiendi ex parte coꝛꝑis incurretis:put expōit
Nico. de Lyra. De tertio ve Gen̄.iij. Reuerteris
in terrā de qua ſumptus es: quia puluis es ꝛ ī
puluerē reuerteris. Ab h̄ triplici ve īmunis fuit
beata ꝟgo:qꝛ ſine omī infirmitate vixit: vt dicit
Aug. Nā ꝛ ſine doloꝛe vel infirmitate moꝛtua ē.
ꝛ inſuꝑ oēs laboꝛes hui⁹ vite ꝛ penurie:famis:
ſitis:caloꝛis ꝛ frigoꝛꝫ ac ſimiliū;nō erāt ei peno-
ſe. Tum qꝛ oīa talia ſciebat ſibi eſſe ad meriti ꝓ-
motionē:iuxta illud Rho.viij. Diligentib; deū
oīa cooperant̄ in bonū. Tum qꝛ omīa talia vo-
luntarie acceptabat:ꝛ ꝓ deo oīa ꝛ multo maioꝛa
ſuſtinere cupiebat. Uñ in oīb; penurijs ꝛ aduer
ſitatib; ac laboꝛib; intimo coꝛde gaudebat tan-
qꝫ ꝑfectiſſime patiētie exiſtēs. Tū deniqꝫ qꝛ di-
uine cōtēplatōis ꝛ familiaritatꝫ dulcedo q̄ ſemꝑ
fruebat̄.oīa talia penalia dulcia reddebat eidē.
Si em̄ btō Laurētio pꝛunas dulces eſſe redde-
bat diuīa deguſtatio.ꝛ btō Stephano lapides
toꝛrentis dulces fuere pꝛe chꝛiſti amoꝛe: multo
magis btē virgini oīa penalia dulcia reddeban
tur ex diuina deguſtatōe Jtē fuit ſine ve dolo-
ris in moꝛte.quia ſicut fuit a coꝛruptiōe aliena:
ita a doloꝛe moꝛtꝫ extranea: vt ƌ Hiero. Deni-
qꝫ fuit ꝛ ſine ve incineratiōis poſt moꝛtē: qꝛ coꝛ-
poꝛe ꝛ aīa gloꝛificata gaudet in celis: vt patebit
infra li.x.ꝑte.j.ar.iij.ꝑ totū. Scđo:in aīa oīs
homo incurrit triplex ve. Primo ve ignoꝛantie.
Secūdo ve meſticie. Tertio ve verecūdie Pri
mo inquā ve ignoꝛātie ꝛ erroꝛis. qꝛ tantā igno-
rantiā incurrimus tam in credēdo qꝫ in eligēdo
ꝛ diſcernēdo ꝛ qꝫ in operādo: ꝙ teſte Au[er]roe cō
mentatoꝛe Ariſto. Ea q̄ ſcimus ſūt minima co-
rū q̄ ignoꝛam⁹. Et inſuꝑ vt ƌ ſapiens E[c]cles.ix.
Sunt iuſti atqꝫ ſapiētes: ꝛ nemo ſcit v[tr]ū odio
vel amoꝛe dign⁹ ſit. Hoc q̄ppe ve ignoꝛantie eſt
ex culpa.qꝛ vt Aug⁹.dicit. Erroꝛ nō eſt hoīs in-
ſtituti a natura:ſed pena dānati. Ab h̄ ve fuit im
munis btā virgo:quia nunqꝫ errauit. Fuit enim
ꝟgo prudentiſſima ꝛ ſpūſctō plena.nihil ſine cō
ſilio ſpūſſancti fecit: qui ſpūſſanct⁹ errare nō po
teſt. Fuit qꝫ omni ſcientia ꝛ ſapientia diuino do-
no pꝛedita: ꝓpter qđ eccleſia libꝛos ſapīe de ipſa
exponit. Et ſic fuit ſine ve ignoꝛantie ꝛ erroꝛis.

Scđo in aīa incurrim⁹ ve meſticie ꝛ doloꝛꝫ.
ꝛ hoc tam de p̄ſenti q̄ eſt meroꝛ mentꝫ:qꝫ de pte-
rito que eſt doloꝛ coꝛdis: qꝫ de futuro q̄ ē timoꝛ.
Ab hoc ve fuit immunis btā ꝟgo:qꝛ nūqꝫ me-
roꝛem: doloꝛē:aut timoꝛē dn̄antem ſuꝑ rōni ha-
buit. Qđ ꝓbat̄ ex ꝟbis Senece ad Serenū di-
centꝫ. Fruſtra ſapiens tentat̄ qꝛ ſapiēs nūqꝫ tur-
bat̄. Ualidius ei eſt qđ ledit̄ eo qđ ledit. Foꝛtioꝛ
quippe nō eſt neq̄tia ꝟtute ſed infirmioꝛ. Sapi-
ens nil ꝑdere pōt:oīa em̄ bona ſua in ſe repoſuit
ſcꝫ virtutē ꝛ ſapientiā. Jtem ex ꝟbis Chꝛy. dicen
tis: ꝙ nullus homini nocere pt occurſus aduer
ſitatis:niſi ipſe nocere velit ſibi ſ. ꝑ impatientiā
Qm̄ g̊ btā ꝟgo ſapiētiſſima ꝛ oꝛdinatiſſima fuit.
in q̄ rō ſuꝑioꝛ ſemꝑ ei imperās fuit. igit̄ q̄cquid
ſuſtinuit:ei ī materiā amoꝛꝫ ꝛ gaudij ſꝑ totū ceſ
ſit:nec vnqꝫ in ea meſticia rōni cōtraria fuit. Uñ
claret ꝙ fuit ſine ve doloꝛis. Tertio in aīa in-
currim⁹ ve verecūdie ꝛ pudoꝛis:tam de eſſendo
quia turpes ſumus:tam de agēdo. qꝛ turpia fa
cimus ꝛ fecim⁹:qꝫ de ſuſtinendo vel patiēdo qꝛ
turpia patimur. Uñ Gen̄ iij. Erat vterqꝫ nud⁹
ꝛ nō erubeſcebāt ſ.ante pctm̄:ſed poſt peccatum
erubuerūt ſe.vnde fecerunt ſibi ꝑizomata ꝛc. Ab
hoc ve verecūdie ꝛ pudoꝛꝫ btā ꝟgo īmunis fuit.
quia nihil turpitudīs vnqꝫ fecit:nec habuit:nec
ſuſtinuit:quoniā innocentia pura id facit vt nil
verecūdie vel pudoꝛis ſuſtineat: vt patet in pue-
ris paruis q̄ etiā ſuā nuditatem non erubeſcūt.
Btā aūt ꝟgo ſtatui innocentie ꝓmoꝝ parentū
ꝓxima erat:maxie ex parte aīe:nec vnqꝫ turpia fa
cere vel cogitare ſciuit.ſed oīa ſ̄m rationē rectā
oꝛdinata in ipa erāt. vñ claret ꝙ nunqꝫ aliqđ ve-
recundabile habuit. ꝛ ſic fuit ſine ve pudoꝛis.

Tertio dixi ꝙ hō q̄libet ex ꝑte vtriuſqꝫ.ſ. coꝛ-
poꝛis ꝛ aīe cōiunctim incurrit ve. ꝛ hoc triplex.ſ.
Primo ve inobedientie ꝛ cōcupiſcētie.nam caro
nō obedit aīe ꝛ rōni:ſed vt dicit apl'us Gal'.v.
Caro concupiſcit aduerſus ſpūm ꝛ ſpūs aduer-

ſus tamen. Scdo ve culpe.ſ.originalis: actua/
lis: mortalis: z venialis. Tertio ve pene.ſ. pſen/
tis miſerie vel penitētie purgatorȳ z gehēne. Ab
hoc etiā triplici ve imunis fuit btā ꝟgo. Primo
qꝛ fuit ſine ve cōcupiſcentie z repugnātie carnis
ad ſpūm: qm̄ vt volunt doctores cōiter ſuper. iȳ
ſnia, btā ꝟgo habuit fomitis extinctionē z ꝯfir
matiōnē in bono ꝑ grāz ſingularē: ita vt nō poſ/
ſet peccare. Et hoc ꝑ ſanctificationē in ſpūſſancti
obumbratione z filȳ dei cōceptione. Unde oēs
vires inferiores fuerunt ſubiecte in ea impio ra/
tionis. Secundo fuit ſine ve culpe tam origi/
lis ſm̄ Scotū vt infra oſtendet̃: q̄z actualis: ve/
nialis z mortalis. Nā nec vnq̄z venialiter pecca
uit: ſicut dc̄ Aug⁹. Tertio q̄z fuit ſine ve pene:
qꝛ pena debet̃ culpe. cum igit̃ nō habuerit ve cul
pe: nec habuit ve pene. Et ſic claret ꝙ btā ꝟgo be
ne z veriſſime ſalutari debuit ꝑ Aue.i. ſine ve. qꝛ
fuit vniuerſaliter ſine omni ve vel actual'r vl' cau
ſaliter vl' habitualit̃. Et ꝑ hec patet reſponſio ad
obiectū in cōtrariū ꝓductū. Siue em̄ accipiat̃ vt
angelus dixerit iſtaz ſalutationē narratiue: ſiue
vt optatiue: ſiue vt congratulatiue: vtiq̄z digne
z vere hoc mō ipam btām ꝟginem ſalutauit per
Aue: que vniuerſal'r ſine omni ve: etſi nō ꝓtunc
fuerit ſine ve aliquo actual'r. puta ſterilitatis: tn̄
cauſaliter z habitual'r: cum mox erat futura ma/
ter dei fuit ſine illo ve. De ve quoq̄z miſerie pſen/
tis vite.i. famis. ſitis. frigoris. laboris qb᷒ ſubie
cta erat: clare declaratū iam z reſpōſum ē in cor/
pore queſtionis.

Capitulum. III.

a Ad tertiū queſitū de hui⁹ ſalutatōis ex/
cellētia. Utrū vicz iſta ſalutatio ſ̄ mō fa
cta ſit oīm ſalutationū excellentiſſima.
Tu forſitan arguis ꝙ nō. qꝛ ſalutatio quā dn̄s
Jeſus tenuit z docuit fuit excellētior iſta ſaluta/
tōe.ſ. Pax vob. Tū qꝛ a digniori ꝓlata z edocta
quia a chr̄o q̄ dignior eſt omib᷒ angelis. Tū qꝛ
bonū q̄nto cōmuni⁹ tāto meli⁹: ꝑ Ariſt. ȳ. Eth.
In hac aūt ſalutatiōe: vicz Pax vob. nō ſolū cō
muni⁹ bonū ſed z iocūdi⁹ bonū annunciat̃. puta
pax facta ꝑ chr̄m inter deū z gen⁹ humanū. Nil
aūt hac pace iocūdius: vt dc̄ Aug⁹. g̃ ſequitur ꝙ
illa ſalutatio ſit excellētior iſta. Preterea ſi an/
gelus ſalutaſſet btām ꝟginem ſ̄ mō vt dixiſſet.
Aue dei mr̄ vel dei genitrix futura: maiori z ex/
cellentiori mō eam ſalutaſſet: cū de tāta dignita/
te que eſt excellentior oīm dignitatū pure creatu
re cōuenientiū ſalutaſſet. g̃ iſte modus quē ange
lus tenuit nō eſt excellentiſſimus. Ad q̄ſtionē
itaq̄z reſpōdendo Dico ſm̄ Petrū aureoli in ſuo
compēdio. li. iiȳ. ca. ȳ. ꝙ iſta ſalutatio angelica q̄
btā virgo extitit ſalutata ſine preiudicio dici pt
ꝙ ſit omniū aliaꝝ ſalutationū que ſunt vel fieri
potuiſſent excellētiſſima. Et hoc multiplici ex ra
tione. Primo q̄dem ex ſalutantis autoritate:
quia iſta ſalutatio miſſa ē a deo z tota trinitate.
Lu. j. Miſſus eſt angelus a deo in ciuitatē Ga/
li. zc̄. Nec iſtā ſalutationē angelus in ꝓpria pſo/
na z a ſe ſed tanq̄z a deo ꝓtulit: vt ſupra patuit.
Scdo ex nuncȳ ſublimitate. Non em̄ hō fuit
dignus nunciare z hoc modo ſalutare: ſed ange
lus. nec q̄libet angelus: ſed Gabriel. Tertio ex
perſone ſalutate dignitate. quia ſalutata eſt bea
tiſſima virgo Maria ſuꝑ oēs homiēs digniſſi/
ma. Quarto ex modi ſalutādi qualitate: quia
iſte modus ſalutādi notat z indicat Prio ſum/
mā ꝟginis īnocentiā: cum dr̄ Aue. Scdo ſum/
mā ei collatam grām tanq̄z donū dei excellentiſ
ſimū: cum dicitur: Gratia plena. Tertio ſummā
gl'am qua maior nequit eſſe in mundo.ſ. dei eſſe
matrem mox futuram: cum dicitur: domin⁹ te/
cum.ſ. in mente z in ventre: vt exponit Auguſti.
Quarto ſingulariſſimā ſuꝑ omnes excellentiā z
prerogatiuam: cum dicitur: benedicta tu in mu
lierib⁹. Deniq̄z quinto excellit iſta ſalutatio ali/
as in contenti vel incluſi vniuerſalitate. qa vni/
uerſaliter omnes modos ſalutandi continere z
includere videtur implicite. Nam ſalutatōes in
ſcꝑtura quedā inueniunt̃ ſaluti optatiue. ȳ. Re/
gum. xvj. Salue rex. Quedaz grē deſideratiue.
Apl'us in plurib᷒ locis. Gratia vob z pax a deo
multiplicet̃. Quedam gaudȳ. Tob. v. Gaudiū
tibi ſit ſemꝑ. Quedā bn̄dictiōis. Ruth. ȳ. Bn̄di
cat tibi dn̄s. Quedā pacis annunciatiue. vt Jo.
xx. Pax vobis. Hec autē ſalutatio angeli ex oī/
bus conflata videt̃. Continet em̄ ſalutem: cum
ait. Aue. Item gratiam: cū dicit: Gratia plena.
Gaudiū z pacem: cum dicit: dn̄s tecum. Itē be
nedictionem: cum ait: benedicta tu in mulierib᷒
Unde claret iſtam ſalutationē fuiſſe z eſſe excel/
lentiſſimā. Ad primū in contrariū argumētū
dicit̃ ꝙ illa: Pax vobis: nō excedit iſtam digni/
tate vel autoritate. qꝛ z iſta eſt a deo miſſa z edo
cta per angelum: vt tactum eſt. Deniq̄z in iſta ſa
lutatōe annunciat̃ etiam pacis z omis boni cōi/
catio toti generi humano ꝑ conceptuz btē virgi/
nis. Niſi dicas ꝙ illa.ſ. Pax vobis: excedat iſtā
in nuncȳ dignitate. qꝛ illā deus ꝑ ſeipm in chr̄o
voluit annūciare. iſtam aūt ꝑ angelum. Et ideo
q̄ntum ad hoc ſolum illa excellit iſtam. iſta autē
excellit illam ex alȳs ꝓmiſſis rōnib᷒. Ad ſecun
dū dico ꝙ angelus non debuit ſalutare z dicere:
Aue mater dei: qꝛ nondū erat ꝓtunc mater dei.
Nec debuit dicere: Aue genitrix dei futura. quia
primo debebat reqrere ꝟginis ꝯſenſum ad ſuſci
piendum deum: vt ſupra dictum eſt pte vicz. iȳ.
Sufficienter etiam iſtud dedit intelligere: cū di
xit: dominus tecum.ſ. in ventre z in mente. Inſu
per huius ſalutatōnis excellentia z eius virtus
oſtenditur per plura facta miracula: ex quib᷒ ali
qua hic referri libeat. Cū em̄ peſtis valida in
regno Hungarie homines q̄z plurimos depa/
ſceret: audiui a quodam mihi referente ꝙ con/
tra iſtam peſtem inguinariā nō eſſet melior me/

dicina q̄ꝫ ꝙ poſtq̄ꝫ aliq̄s ſe ſentiret infectum: ſta tim ip̄m apoſtema ſigno crucis ſignādo diceret nouē Aue Maria: ꝑ ſingula cruce faciendo ſuꝑ apoſtemate. Dicebat em̄ ipſe referēs ſe h̄ modo euaſiſſe. Qđ cum ego audiuiſſem: firma memo/ria tenui. ⁊ cōfiteoꝛ qꝛ cum eſſem ipſa peſte ꝑcuſ/ſus pluribꝫ vicibꝫ: hoc digniſſimo remedio ꝑdi cto euaſi. nec vis ipſius apoſtemat̄ꝫ ꝑualere mi/hi potuit q̄tienſcunq̄ꝫ dictū remediū exhibui

fuit ſub lege q̃tum ad cauſam vel q̃tum ad mo
tiuũ.ſed ſolum q̃tum ad obſeruationem.Aliter
tm̃ q̃ alij hoĩes.quia alij obſeruauerũt legem ex
obediẽtia obligatoria:chr̃s aũt ex obediẽtia ſpõ
tanea q̃ ſe mera liberalitate ſubdidit legali obſer
uantie:vt nobis exemplũ daret vere obedientie.
Hec Bonauẽ. Patet ḡ quõ chr̃s in plenitudie
temporis ſit conceptus.

Capitulum.II.

Secundo chr̃s obſuauit tp̃s electum ⁊
determinatũ ꝓ ſuo aduẽtu. Nã ſꝫ bea
tũ Tho.iij.pte ſũme.q.xxxv.q̃ ad tp̃us
differentia eſt inter chr̃m ⁊ alios homies.qꝛ alij
hoĩes naſcunt̃ ſub neceſſitate tp̃is: ideo ſubiecti
ſunt tp̃i. Chr̃s aũt tanq̃ dñs ⁊ cõditor oĩm tem
porũ elegit ſibi tẽpus in q̃ ꝯciꝑet et naſceret̃:ſic
elegit ſibi matrẽ et locũ a qua et vbi ꝯciꝑet̃. Nos
aũt qꝛ nõ oĩm tẽpoꝝ et locorũ ꝓportiões cogno
ſcimus:ꝯgruitatẽ tp̃is et loci:q̃re vic3 chr̃s hoc
tp̃e et loco ac nõ alio ꝯceptus ſit vel nat⁹ ex hoc
accipe oꝑtet. qꝛ de⁹ q̃ eſt oĩm tẽpoꝝ diſpẽſator
ꝑfecte ab eterno cognouit.⁊ tempus ꝯgruũ pro
ſua incarnatõe elegit.et ſm hoc cõgruẽtie ratõez
dignã exquirere. Jtaq3 chriſtus de⁹ ꝓ ſua ſacra
cõceptiõe nõ incõgrue elegit certũ tẽpus. Pri
mo q̃dem ex oĩb⁹ annis elegit ſextũ annoꝝ mil/
lenariũ. Scđo ex oĩb⁹ mẽſib⁹ anni elegit men
ſem martiũ Tertio ex oĩb⁹ dieb⁹ mẽſis elegit
diẽ hebdomade ſextũ. Quarto q̃3 ex oĩb⁹ horis
elegit ſibi horaz que tenet noctis mediũ. Et iſta
ſumme ſapientie ꝓuidentia vt claret:rationabi/
liter ſingulorũ congruẽtias temporũ conſiderã
do. Primo inquã elegit deus ꝓ ſua incarna/
tõe ſextũ ãnorũ millenariũ. Nã ſꝫ Oroſiũ ſexto
millenario annorũ a principio mundi currente
conceptus eſt.qꝛ ſm eũdẽ quinq3 milia et in/
ſuper ducenti anni minus forte vno anno com
putãtur a principio mũdi vſq3 ad chr̃i incarna/
tionẽ. Hoc aũt ꝯgruebat myſterio ꝑmaxime ſꝫ
Bona.vbi.s̃. Vt ſicut ṗmus hõ erat conditus
ad toti⁹ mũdi cõplemẽtũ ſexto die.ſic ſecundus
homo.ſ.chriſt⁹ ĩcarnaret̃ ſexta etate ⁊ ſexto mil
lenario annoꝝ ad toti⁹ creature ꝑfectõez. Se
cũdo ex oĩb⁹ menſib⁹ elegit mẽſem Martiũ:qđ
q̃dẽ ſumme ꝯgruebat triplici ratõe. Prio rõe
ꝯformitatis.qꝛ ſꝫ Bern. decebat vt reꝑatio hu
mani generis fieret ꝑ ſilĩa ad lapſum. Sed qꝛ
vetus hõ.ſ.Adã fuit in mẽſe martij format⁹:et ĩ
paradiſo collocat⁹. ac inde ꝓpt̃ peccatũ eiectus.
ergo et ſecũdus Adam debuit tali mẽſe forma/
ri:in vteroq3 virginali collocari pro reꝑatõe ho/
minis.vt ſicut mũdus cepit initiũ creatõis ĩ mẽ
ſe martij in q̃ ṗmũ ſignũ celi.ſ.aries habꝫ ſolez:
vbi et ṗmus punct⁹ equinoctij ſtat:ita et h̃ men
ſe exordiũ ſumat reꝑatõis. Scđo rõe nouita
tis. Nam vt dicit Jſiđ.v.li.etymol̃. Marti⁹ ap
pel̃lat̃ ꝓpt̃ Martẽ rhomane gẽtis auctorẽ.⁊ in/
terꝑtat̃ quaſi mẽſis nouoꝝ. Conuenient̃ igit̃ tali
tp̃e cõcipi debuit auctor mũdi chr̃s:in cui⁹ con
ceptiõe facta ſunt multa noua. ſ.noua ſalutatio
angeli.noua virgĩs cõceptio.noua diuĩtatis in
carnẽ deſcenſio.et inſuꝑ facta eſt oĩs creature re
nouatio in homĩs cui ſubiecta ſunt oĩa reꝑatio
ne. Oĩs q̃ppe creatura antiq̃ta erat et a ꝓpo vſu
elongata.qꝛ oĩs creatura ideo facta eſt vt ſeruij/
ret homĩ deo ſubdito:⁊ ſine pctõ exiſtenti. Qm̃
ḡ homo peccauit:oĩs creatura ſibi ſeruiẽſ.i.pec
catori homini:debito vſu caruit. Chr̃o aũt ĩcar
nato reſtituta eſt.qꝛ chr̃o homini oĩs creatura
miniſteriũ exhibuit: qui ſolus ſine peccato fuit.
⁊ ſic impletũ eſt illud Apocal̃.xxi. Dixit qui ſede
bat in throno.i.virginali vtero. Ecce noua facio
oĩa. Tertio rõe gratioſitatis vel delitioſitatis

quia menſis martius eſt hoib9 delitioſus ⁊ gra
tus. qꝛ tunc aer eſt tꝑatus: ⁊ iam ꝑtranſito hye-
me oia icipiūt vireſcere: tūc veſtit̄ tellus herbis
⁊ in florē pulcritudinis cuncta erumpunt. vñ ⁊
ver dicit9 eſt qꝛ viret: vt dic̄ Iſid. li. ethymolo. Ita
conueniebat vt eo menſe nobis abundantia diui
ne grē pſtaret̄: ⁊ e9 ſeueritas tēperaret̄: hyeme qꝫ
culpe (q̄ terra nr̄e hūanitat̄ aruerat) recedēte vi-
reſceremus ⁊ floreſcerem9 in grā chr̄i renouati.

Tertio deus ꝓ ſua incarnatiōe ex oib9 dieb9
elegit diem ſextū. i. feriā ſextā. Et hoc rōnabiliſſi-
me ſꝫm Fran. maro. qꝛ Adam fuit format9 ſexto
die: ⁊ eodē die peccās de paradiſo fuit excluſus.
Ita conuenientiſſime chr̄s feria ſexta in vtero vir
ginis eſt format9. ⁊ etiā feria ſexta ꝓ redēptione
hoim in cruce mortuus Quarto elegit ex oib9
horis noct̄ mediū. Vt em̄ communi9 a catholicis
tenet̄: qꝫuis varie opiniones apud doctores de
hoc habeant̄: tñ veriſimilius tanqꝫ magis conſo-
num ſcripture atqꝫ rōni credit̄ ꝙ angelus beate
virgini annūcians apparuit in ſero diei. Et du-
rante ſerō dialogo inter angelū ⁊ bñdictā vginē
vſqꝫ ad mediū noctis: tūc bñdicta virgo ait. Ec-
ce ancilla dñi: fiat mihi ⁊c. Et tunc chr̄m conce-
pit. Et poſt hoc angelus eam conſolans: circa au
rorā receſſit. Et hec oia ꝓbabilitatē habet ex tri-
plici rōne. Primo rōne ſcpture. Nā ad Gal.
iiij. apl's ait. Cum venit plenitudo tꝑis miſit de-
us ⁊c. Plenitudo qꝫ ꝑe diei eſt in ſero: ⁊ ideo vi-
det̄ ꝙ tunc angelus apparuit quē deus miſit vt
filiū ſuum vgini in ꝓximo mittendū annuncia-
ret. ⁊ tunc deus pater filij miſſionem ꝑ annūcia
tionem inchoauit. Deniqꝫ ꝙ in hora noct̄ me-
die ſit chr̄s conceptus: accipi pt ex ſcptura Sap.
xviij. Dū mediū inqt ſilentiū tenerēt omia ⁊ nox
in ſuo curſu mediū iter ꝑageret: oipotēs ſermo
tuus dñe a regalib9 ſedib9 venit. Ex q̄ manifeſte
claret ꝓpoſitū ꝙ hora noctis media verbum dei
deſcendit in vterum vginis bñdicte. Secūdo
rōne ꝑuilegioꝝ hui9 hore. Nam iſta hora medie
noctis magnoꝝ operū diuinorū priuilegijs ſi-
ue myſterijs eſt conſecrata. Primo qdem ꝓmy
ſterio natiuitat̄. qꝛ nocte media credit̄ fuiſſe na
tus: qua hora paſtores cuſtodiebāt vigilias no
ctis. Lu. ij. ꝓpter qd eccl'ia canit miſſam in nocte
natiuitatis dñi. Scdo myſterio paſſiōis ⁊ ca
ptiuitatis. qꝛ media nocte credit̄ fuiſſe e9 paſſio
inchoata: cum tunc ſit captus: ligatus: ⁊ alapis
ceſus: teſte Bonauen. Tertio myſterio libera
tionis. quia iſta eſt hora in q̄ tranſiens angelus
dñi ꝑ Egyptū interfecit oē ꝓmogenitū. ⁊ filij iſrl'
exire ceperunt de captiuitate Egyptiaca: vt habe
tur Exod. xij. Quarto myſterio vltiōis. qꝛ ſꝫm
Hiero. in annalib9 ſuis. In hora natiuitat̄ me-
dia. ſ. cum chr̄s natus eſt: extincti ſunt oēs ſodo
mite q̄ erant in mundo. Propterea nō incōgrue
putat̄ ⁊ iſta hora chriſtum fuiſſe conceptū. Hec
premiſſa Fran. Maro. vbi ſup. Tertio ꝓmiſ-
ſum dictum ꝓbabilitatē habet rōne conſuetudi
nis eccl'iaſtice. Nam a tꝑe prophetaꝝ veter̄ te-
ſtamenti legit̄ ꝙ iſta hora medie noctis a ſanct̄
pꝛib9 fuerit ad laudē dei ꝯſuetudiarie deputata
dicēte Ps. Media nocte ſurgebā ad confiten-
dū tibi ſuꝑ iudicia iuſtificatiōis tue. q̄ quidē iu-
ſtificatio pctōꝝ in grā noſtri redēptoris ⁊ e9 fi-
de adqrit̄ ⁊ a pncipio ē adqſita. Ite ꝯſuetudo
nunc tenet in eccleſia ꝙ hora ſerotina ſignum fit
ad ſalutationē btē vginis. ⁊ ſimil'r hora aurore:
ad ſignificandū vt cōiter putat̄ ꝙ hora ſerotina
angelus btām vginē ſalutauerit: ⁊ hora vt ꝓmiſ-
ſum eſt aurore receſſerit. Et idcirco i ſignū iocun
ditatis ꝓ filij dei incarnatōe in aurora fit ſignū
Vñ ex oib9 iam dictis claret tꝑus electū ſꝫ opi-
nionē cōmuniorē ꝓ chr̄i conceptione

Capitulum. III.

t Ertio in ſua incarnatione chr̄s obſua-
uit tꝑs ad etatē ꝑfectā requiſitū. Et hoc
Primo ex ꝑte mūdi. qꝛ ſi qras q̄ta etate
mūdi chr̄s ſit incarnat9. Dico ſꝫm Bonauē. ſuꝑ
iij. diſt. j. circa l'ram. ⁊ ſꝫm Fran. maro. ꝙ in ſexta
etate: in q̄ quidem eſt plenitudo ⁊ ꝑfectio. vt ſicut
mund9 in ſexta die eſt ꝯſummat9: ſic in ſexta eta
te ſit reꝑatus. Ita ꝙ ꝓma etas fuit ab Adā vſqꝫ
ad Noe. Scda a Noe vſqꝫ ad Abraam. Tertia
ab Abraam vſqꝫ ad Moyſen. Quarta a Moy
ſe vſqꝫ ad Dauid. Quinta a Dauid vſqꝫ ad chri
ſtum Sexta a chr̄o vſqꝫ ad antichr̄m vel finem
mundi. Hec Bonauen. Scdo ex parte gene-
rationis hūane. qꝛ ſi qras q̄ta generatōe chriſt9
ſit incarnat9. Dico ꝙ ab Adam vſqꝫ ad chr̄m fu
erūt generatiōes. lxxv. ſicut habet̄ Luc. iij. cap. in
quo ſunt. xv. luſtroꝝ nūeri: deſignantes. xv. gra
dus qb9 in templū aſcēdebat̄ in cantico graduū
ad plenitudinē laudis diuine. Hec Fran. Maro.
Tertio ex ꝑte vgis bñdicte. qꝛ ſi qras in q̄ eta
te btā vgo cōcepit chr̄m. Dico ꝙ poſt. xij. annū.
⁊ ꝑpit ante. xiiij. annū. qꝛ h̄ tꝑs. ſ. xij. annoꝝ in
puellis habet plenitudinē ⁊ ꝑfectionē ad ꝯcipien
dū ꝓmo. vt patet extra de deſpon. impube. c. pu-
beres. ⁊. c. continebant. De hoc latius li. xj. par.
j. cap. iij. Et ſic patet.

Tertius articulus de modali habitudine vir-
ginee deſponſatiōis ⁊ angelice legatōis atqꝫ ma
terne iocūdatōis q̄ ꝯcurrūt in chr̄i cōceptione.

Capitulum. I.

t Ertium myſteri-
um declarandū dicit̄ modalis habi
tudinis. Circa quod trifariū modū
inueſtigabimus.

Primo modū virginee deſponſatōis.
Scdo modū angelice legationis.
Tertio modū materne iocūdationis.

Primo qdem modū vginee deſponſatōis: vbi
tria inueſtigant̄ ad pſens. Primo quare voluit

deus btām ꝟginem anteq̄ ex ea concipeꝛ fuiſſe deſponſatā. Scđo vtrū vere ⁊ legitime potuerit ipſa bn̄dicta ꝟgo manēte ꝟginali ꝓpoſito deſponſari. Tertio qualr ipa vel q̄li modo ⁊ ordine ſit deſpōſata. Ad p̄mum q̄re vicȝ voluit chriſtus cōcipi de ꝟgine deſpōſata Sciendum ꝙ h̄ m⁹ plures ponunꝛ rōnes ſm Amb. ⁊ alios doc. Nā ſm Lyrā in Poſtilla ſup Mat. ⁊ Lu. concor. Tho. iij. pte ſumme. q. xxix. ar. j. ⁊ Alber. ſup Miſſus eſt. c. xl. ⁊ alios tractatores huius rei: pn̄t notari. ix. rōnes inter alias magis efficaces ⁊ ſp̄ales. Tres q̄dem rōnes ex pte prolis. et tres ex pte matris. ⁊ tres ex pte humani generꝭ.

Primo inquā ex pte ꝓlis ꝯueniēs fuit chr̄m de matre ꝟgine deſponſata naſci triplici rōne

Prima eſt: ne chr̄s a iudeis poſſet rōnabiliꝛ ſicut illegitimus repudiari ⁊ nō ſicut chriſtus verus extimari. Scđa eſt: vt diabolo h̄ ſacramentū celareꝛ: ne vicȝ ꝯ eū nocumenta vehementius ꝓcuraſſet: ⁊ etiā vt ſic diabol⁹ falleretur. Un̄ Orige. dicit ipam ideo fuiſſe deſponſatā vt partus eius diabolo celareꝛ. Licet em̄ diabol⁹ virtute ſue nature potuiſſet cognoſcere matrē dei non fuiſſe corruptā ſed virginē: prohibebaꝛ tn̄ a deo cognoſcere modū part⁹ diuini: ne redemptionē humani generꝭ impediuiſſet ⁊ chr̄o mortem non intētaſſet. Tertia rō: vt paruul⁹ dn̄s Jeſus a Joſeph nutrireꝛ ⁊ habereꝛ eius matri propē ꝑſecutionē Herodis fugienti in Egyptū: ⁊ redeunti miniſter nō ſuſpectus ſed ſibi cōiunctus vt ſponſus Itē ex pte matris ꝟginis conueniens fuit eā eſſe deſponſatam triplici rōne.

Prima eſt vt ab infamia ꝓſeruareꝛ. Un̄ Ambro. ſup Luc. dr̄. Ideo mr̄ dn̄i deſponſata eſt: ne intemerate ꝟginis adureꝛ infamia cui grauis aluus corruptele videreꝛ inſigne p̄ferre Hec ille Addens Alb. dicit. Magna chriſti humilitas ⁊ charitas in h̄ oſtendiꝛ qui ꝯotius voluit fabri filius reputari q̄ matrē infamari. Sed h̄ occurrit dubiū quō ꝑ hoc ꝓuiſum ſit fame btē ꝟginis cum anteq̄ Joſeph ⁊ beata ꝟgo cōuenirent ad mutuo habitandū: inuenta eſt Maria habens in vtero Matth. j. Sponſa em̄ que extra domū ſponſi concipit reddiꝛ ſuſpecta. Ad qđ rn̄detur ſm Chryſ. cōcor. Lyra in poſtilla. ꝙ btā ꝟgo ſic fuit deſponſata Joſeph ꝙ etiā eſſet domi habitans ꝓtunc cū cōcepit. Nam ſicut in ea q̄ in domo cōcipit intelligiꝛ ꝯceptio maritalis: ſic in ea q̄ extra domū cōcipit ē ſuſpecta cōceptio. Et idō non eſſet ſufficienter ꝓuiſum fame btē ꝟginis ꝑ hoc ꝙ fuit deſponſata: niſi etiā fuiſſet habitās domi. Et ideo euangeliſta dicit ꝙ voluit occulte dimittere eam: q̄uis tamē domi eſſet habitans propē primā deſpōſatiōis fidē: nondū tn̄ interuenerat ſolennis celebratio nuptiaꝝ: ꝓpt̄ quod etiā nondū ꝯuenerāt. Cōſuetudo q̄ppe erat apđ veteres multotiens in domo habere deſponſatas: ⁊ ꝑ plures dies anteq̄ cōuenirēt carnaliter oratōibꝫ vacare. vt patet etiā de Tobia. ca. viij. eiuſdem li. Sed di. Sequiꝛ ergo ꝙ in cōmuni populo crederetur chriſt⁹ fore filius Joſeph. ⁊ ꝙ a Joſeph fuiſſȝ cognita mater dn̄i an̄ celebritatē nuptiaꝝ ſolennē. Ad hec rn̄det Ambro. ſup Lucā dicēs ſic. Maluit inquit dn̄s aliq̄s đ ortu ſuo q̄ de mr̄is pudore dubitare. h̄ ē: maluit dn̄s vt. ſ. in cōi dubireꝛ đ ortu virginali putando chr̄m filiū legitimū Marie ꝯceptū ex ioſeph: q̄ vt putareꝛ. ſ. mr̄em adulteraſſe. Un̄ ſubdit Amb. Sciebat enī dn̄s tenerā eſſe virginis verecūdiā et lubricā famā pudoris. nec putauit ortus ſui fidem matris iniurijs aſtruēdā. Hec Amb. Secūda ratio ex parte matris ē: vt per deſponſatōem beata virgo īmunis a pena redderetur: ne. ſ. iudei eā tanq̄ adulterā lapidaſſent. vt dicit Hiero. Si enī nō pepcerūt chr̄o innocēti: a fortiori nō pepciſſent mr̄i in odium chr̄i.

Tertia ratō: vt mr̄ dei nullo bono ꝓuereꝛ: ſȝ habeat ⁊ bonū ꝟginitatꝭ ⁊ matrimonij ⁊ tādē viduitatis. Sȝ ⁊ inſup habeat in hoc maximū bonū hūilitatis: vt quāto ſit maior in oībꝫ: tāto fiat ⁊ humilior vt ſit mater dei et vxor fabri. Itē ex pte humani generis ꝯueniēs erat matrē dei deſponſari triplici rōe. Prima ē rō certificatiōis quia ex hoc magis certificamur ꝑ teſtimonium Joſeph ſpōſi chr̄m ex virgine eſſe natū. Ipe enī eſt potior teſtis caſtitatis ſue ſpōſe conuiuenti, Non enī talis iuſt⁹ vir. ſ. Joſeph fouiſſet eā ⁊ filiū ei⁹ nutritio more: imo dolore iniurie fuiſſet mot⁹ ad vindicādū opprobriū: niſi cognouiſſet eſſe ſacramentū diuinū in virgine et ei⁹ ꝯceptu.

Secūda ratio ſignificatōis. q2 ꝑ hoc deſignatur mētis vnio ad deū. q2 ꝑ h̄ vniuerſa eccl̄ia deſignaꝛ: q̄ cū ſit ꝟgo: deſpōſata tn̄ ē vni viro chriſto: vt dic̄ Aug. li. de ſctā ꝟginitate. Itē ꝑ hoc ſignificaꝛ ſalus hūani generis ꝑ lignum crucis. Unde Chryſ. ſup Matthēū dicit. Ideo Joſeph fabro lignario Maria deſponſata fuit: q̄m ſponſus eccleſie chr̄s oīm ſalutē hoīm opatur⁹ erat ꝑ lignum crucis. Tertia eſt ratio cōmendationis quia ꝑ hoc vtrūq̄. ſ. virginitas et mr̄imonium cōmēdaꝛ et bonū fore doceꝛ: cōtra hereticos horū alteri detrahentes. Et ſic patet ſecūda queſtio. Ad ſecundū principale vicȝ: Utrū vere ⁊ legitime potuerit btā ꝟgo manente virginitatꝭ ꝓpoſito deſponſari. Videꝛ enī ꝙ nō. q2 ipa habuit votū cōtinentie quod obligabat ad cōtinēdū: Spōſalia aūt obligant ad mr̄imoniū ⁊ nubendū. ḡ ſi obligabat ſe ad ſponſalia: venit contra votum virginitatis. Item queriꝛ. Aut cōſenſit in carnalē copulam: aut non. ſ. in illa deſponſatione. Si ꝯſenſit. ergo primā fidem irritā fecit. q2 vt dicit Aug⁹. Uirginitatē vouentibꝫ nō ſolū nubere ſȝ etiā velle nubere damnabile eſt. Si ꝟo non conſenſit. ergo nullum fuit matrimonium Preterea ſi dicas ꝙ contraxit cū adiecta conditione. Contra. Conditio adiecta que eſt

contra ſubſtantiam matrimonij vel cõtra bona
matrimonij: impedit mr̃imoniũ. vt ſi dicat: con
traho tecum ſi generationem prolis euites. q̄ꝛ h
eſt cõtra bonũ prolis. Uel dicẽdo: donec inueni/
am aliã digniorẽ: ⁊ ſil'ia. q̄ꝛ h eſt contra ſubſtan/
tiã inſeꝑabilitatꝭ. Uel dicendo: ſi te ꝑ q̄ſtu adul/
terandã tradis. ⁊ h eſt contra bonũ fidei. Tales
⁊ ſil'es conditiones ſi apponant: nil agit. q̄ꝛ an/
nullant matrimoniũ. xxij. q. iiij. Int' cetera. xxxij.
q. ij. Aliqñ. ⁊ ca. Solet q̄ri. extra de ꝯditõib' ap
poſitꝭ c. vl. Niſi ꝑterea talis ꝯditio remittat ⁊ ſe/
quat carnalis copula. q̄ꝛ tũc iudicabit ꝑ matri/
monio: ſꝫ Ray. Tho. Inno. ⁊ Hoſtieñ. ĝ a ſimli
ſi dicã. Cõtraho tecũ vt me nullo mõ cognoſcas:
nõ videt eſſe matrimoniũ. ⁊ ꝑ cõſequens nec vi/
det eſſe matrimoniũ cui cõtinentie votũ eſt adie/
ctum ⁊ conditio adiecta. vñ ſequit q̄ nulla fuerit
illa inter Joſeph ⁊ Mariã deſpõſatio ſub con/
ditione In cõtrariuꝫ ẽ textus euãgelic'. quia
miſſus eſt angelus ad virginẽ deſponſataꝫ viro
Lu. j. et in pluribus locis dicit ipſa fuiſſe deſpõ/
ſata. Ad q̄ſtionẽ iſtã reſpõdet ſm Petꝝ ⁊ om/
nes cõiter doctores ſup. iiij. diſt. xxx. q̄ duplex eſt
ꝑfectio matrimonij. Una q̄tuꝫ ad eſſe: q̄ quidẽ
fit per cõſenſũ v'bis d' p̄ſenti expſſum. et hoc mõ
inter Joſeph ⁊ Mariã verũ ⁊ ꝑfectũ fuit matri/
moniũ. Alia eſt ꝑfectio ex ꝑte opis qd̃ in mr̃imo
nio fit ꝑ carnalis copule cõſummationẽ. Et hoc
modo. ſ. q̄tum ad oꝑationẽ nõ fuit ꝑfectum. q̄a
actus ꝓprius matrimonij eſt carnal' copula: in
quam vt ibidẽ dicit Tho. virgo nõ cõſenſit expli
cite ſed implicite a deo certificata. i. ſi fuiſſet certi
ficata: et ſic virginitatẽ ſuam deo cõmiſiſſe. Licꝫ
ĝ q̄tum ad oꝑationeꝫ nõ fuerit inter eos ꝑfectũ
matrimoniũ: tamẽ q̄tũ ad eſſe fuit veꝝ ⁊ ꝑfectũ.
q̄ꝛ vt dicit Aug'. matrimonium nõ facit copula
carnalis: ſed pactio cõiugalis. Et q̄ facta ſint ibi
coniugia pari voto cõtinentie. ꝓpterea ⁊ ſm Alb.
ſuꝑ Miſſus eſt ca. xl. iſta deſpõſatio fuit poſſibi
lis. q̄ꝛ licꝫ btã v'go habuit firmũ ꝓpoſitũ ⁊ votũ
cõtinentie: poterat tñ conſentire in maritalẽ ſocie
tatẽ: facta tñ diuinit' inſpiratione vtriq̄ꝫ de alte
ro q̄ vellet v'go ꝑmanere: et ſic conſentire in cõiu
galẽ vel maritalẽ ſocietatẽ: et nõ in copulã carna
lem abſolute. Ubi aũt videt dicere Aug' q̄ con/
ſenſit in copulã carnalẽ: non eſt intelligendũ ab/
ſolute. ſed ſic: ſi de' vellet. Et ꝑ hoc ſoluunt duo
p̄ma argumenta facta in ꝯtrariũ. Ad illđ aũt
de conditione adiecta cõtra ſubam matrimonij:
q̄ non teneat matrimoniũ ſm iura dicit: q̄ ĩtel/
ligendũ eſt de conditione ĩutili ⁊ ĩhoneſta ⁊ illici
ta. Cõditio aũt vtilis: licita: ⁊ honeſta nõ ĩpedit
matrimoniũ. Unde nõ eſt ſimile voto continẽtie
ꝓcuratio ſterilitatis vel euitatio ꝓlis aut condi
tio ſeꝑatiõis ⁊ adulteratiõis ac ſimilia: cũ etiã cõ
iuges poſt carnalẽ copulã p̄ñt pari conſenſu vo
tũ ꝯtinẽtie emittere. et ſi emiſerit tenet obſeruare
Et ſic patꝫ q̄ſtio tertia. Ad tertiũ p̄ncipale hu/
ius p̄mi capl'i vicꝫ q̄liter fuerit beata v'go deſpõ
ſata: ꝓpter ſimpliciores auditores libeat eius hi
ſtoriã narrare quam ex diuerſis hiſtoriog̃phoꝝ
dictꝭ recollegi: et q̄ntuꝫ libuit ad rõnis veritateꝫ
reducendo vbi diſcrepãt. Hieronym' nanq̄ꝫ de/
ſcribens vitã Marie: et idem in ep'la ad Cro[...]
ciũ ⁊ Heliudiũ. Jacob' de Uoragine ĩ ſue legẽ/
da. Item autor libri de vita Marie. et cete[...]: cõ/
corditer ſentiũt ⁊ rõnabilit' q̄ cũ btã virgo in tẽ/
plo maneret: hanc ſibi regulã ſtatuerat: q̄ a ma/
ne vſq̄ꝫ ad tertiã oratiõib' inſiſteret. a tertia vſq̄ꝫ
ad nonã textrino oꝑ vacaret. A nona ab oratiõe
non recedebat q̄uſq̄ꝫ angelus apparens eſcã ſibi
dabat. Et ſic q̄ridie in dei laudib' ꝑmanens ſem
per in eius orõne ꝓficiebat. Cũq̄ꝫ videret v'giẽs
alias ĩ dei laudib' agere: ducebatur zelo nimiõ
bonitatis: et agebat vt in vigilijs eſſet oĩb' ꝓpior
et ꝓmptior: in ſapientia legꝭ dei eruditior: in hũi
litate ⁊ oratõe deuotior: et in oĩ v'tute ꝑfectior: ac
morib' honeſtior. Hanc iraſcentẽ nullus vidit:
maledicentẽ nullus audiuit. Ois autẽ ſermo ita
erat gratia plenus vt cognoſceret ĩ eius lingua
eſſe deus. Sempꝫ deũ bñdicebat. et eſca que q̄ti/
die de manu angeli accipiebat ipſa ſola reficieba
tur. que v'o a pontificib' tẽpli accipiebat: pauꝑi
bus diuidebat. freq̄nter videbant cum ea ange/
li loq̄. ſiq̄s vel que ex infirmis vt ſanaret tãgeret
eam: eadẽ hora ſanabat. Uiſis ĝ eius ſacrꝭ mori
bus ⁊ v'tutib' q̄dam ex põtificib' Abiathar no/
mine: obtulit magnã pecunie parteꝫ pontificib'
vt eã filio ſuo traderent in ſpõſam. Prohibebat
aũt Maria hoc a ſe dicens Non põt hoc fieri vt
vir accipiat me in vxorẽ. q̄ꝛ v'ginitateꝫ voui dño
Uotum aũt obligat ad obſeruãduꝫ: iuxta illud
Ps. Uouete et reddite dño. Dicebant põtifices
et affines eius Deus in filijs colit ⁊ poſteris: ſic
ſempꝫ fuit in filijs iſrael. Maria rñdens aiebat.
Deus in caſtitate p̄mo oĩm venerat ⁊ adoratur.
Nam Abel in caſtitate placuit deo: et a fratre oc/
ciſus: coronam v'ginitatꝭ ⁊ innocentie obtinuit.
Deniq̄ꝫ Helias aſſumpt' eſt a deo: q̄ꝛ cum eſſet
in corꝑe: virginitatẽ ſuam cuſtodiuit. Hoc in tẽ/
plo didici ab infantia mea q̄ ſũme chara ſit deo
v'ginitas: hoc ab angelis reuelatiõe certa cogno
ui: et ideo virginitatẽ meã altiſſimo d'uoui. Fa
ctum eſt aũt. xij. aut circiter etatis annum: ponti
fex publice denunciauit vt virgines que ĩ tẽplo
inſtituebant ⁊ etatis tempus impleſſent: domũ
reuerterent: vt viris legitime iũgerent. Cui' mã/
dato cum cetere paruiſſent: ſola v'go Maria h
facere non poſſe ſe reſpondit. Tum q̄ꝛ parentes
ſui eam dñi ſeruitio mancipaſſent. Tũ q̄ꝛ v'gini
tatem ſuam dño deuouiſſet. Tunc anxiatus põ
tifex: eo q̄ nec contra ſcp̄turaꝫ que dicit Uouete
et reddite: votũ infringendũ putaret: nec morem
gentiũ inducere auderet: ſeniorib' ⁊ pontificib'
cõuocatis ait. Noſtis q̄ ex q̄ templum iſtud eſt
fundatũ fuerunt in eo regum filie ⁊ ꝓphetarũ: ſa

cerdotum et pōtificum ⁊ magne atq; mirabiles extiterunt: que venientes ad etatē legitimā cōiugiū adepte iuxta patrū prioꝝ veſtigia dn̄o placuerunt: a ſola Maria nouus ordo agēdi inuēta ē que deo vouit virginitatē. Quid igit̄ faciendum de ea: cum ⁊ votū ſeruandū ſit: ⁊ poꝝ noſtroꝝ cōſuetudo non dimittēda? Tunc oim hec vna fuit ſententia: vt in re tādubia dn̄i conſilium q̄rerent. Cū ḡ orationi inſiſterent ⁊ pōtifex ad cōſulendum dn̄z acceſſiſſet ad ſanctuariū veſte ſacerdotali indutus: mox de loco oratorij cunctis audientibꝫ vox inſonuit dicens: vt quicunq; de domo Dauid nuptui habiles ſine ꝯiuge eſſent: ſinguli virgas ſuas ad altare deferrent: et cuiuſcunq; virgula germinaſſet ⁊ ī cacumine eiꝰ (ſm̄ Eſa. vaticinium) ſpūſſanctus in columbe ſpecie conſediſſet: ipſe ꝓculdubio eſſet cui Maria virgo deſponſari deberet. Erat aūt inter ceteros viros ſine cōiuge Joſeph de domo Dauid: cui cū incōgruū videret̄ vt virgam afferret: ſolus ipſe virgam ceteris afferentibꝫ ſubtraxit. Cuius rationem q̄dam dicunt hanc: ꝙ ſcʒ fuerit ſenilis etatis. et ideo ꝓ incongruo habebat ducere tātenerā virginem in vxorē. Huius ergo dicti gratia queſtio oritur Utrum Joſeph quando beatam Mariam deſponſauit fuerit vetulus ⁊ ſenex. Et arguitur ꝙ ſic. quia cum Joſeph diu ⁊ familiariter conuixerit ⁊ cohabitauerit Marie virgini in via. in domo. in menſa. nunq; motus fuit ad libidinē. ergo videtur ꝙ fuit ſenio confractus ⁊ debilitatus ac frigidus. Nam ſi fuiſſet in robore virilitatis: cur non fuiſſet motus ad concupiſcentiam. Ad hoc ꝑmus reſpōdet̄ ꝙ ex h̄ non concludit̄ Joſeph fuiſſe vetulum. quia hoc ꝙ non mouebat̄ ad concupiſcentiā fuit per virtutem ſpiritusſancti que plus poteſt in reprimēdo fomitem ⁊ conſeruando caſtitatem q̄ʒ ſeniū. Fuit etiam ex abundanti gratia in Maria virgine: que vt dicit Alexander de Ales ⁊ Bonauē. i. iij. diſt. iij. q̄uis eſſet pulcerrima: a nullo tamē viro potuit cōcupiſci. Nec eius aſpectus vrebat aut inflāmabat ad concupiſcēdū: ſed potius oēm cōcupiſcentiam etiam in alijs aſpicientibus extinguebat tanq; ſi quidam virgineus ros ꝑ oculos eius efflueret ⁊ corda omnium ad caſtitatē moueret. Si adhuc q̄ras. Quare ergo ab eccleſia cōmuniter depingit̄ ſenex Joſeph? Reſpondet̄ ꝙ hoc ſolitum eſt: ad ſignificandū caſtitatis virtutem in Joſeph. quia etas ſenectutis eſt vita immaculata Sap. iiij. E cōtrario autem Maledictus peccator centum annoꝝ Eſa. lxv. Unde ſic pingi ſolet ſenex ne homines ſuſpicarent̄ carnale aliquid de Joſeph ⁊ Maria. Uel quia vt dicit Oratius: Pictoribus atq; poetis quodlibet fingendi ſemꝑ fuit equa poteſtas. Credendū eſt ergo ꝙ Joſeph non fuit ſenio confractus. quod probatur Primo ex cauſa deſponſationis: vt obſequium preſtaret virgini ⁊ puero Jeſu tam fugiendo in Egyptum q̄ʒ redeundo: et conſeq̄nter vſq; ad perfectam pueri etatem deſeruiendo. Conſtat enim ꝙ ad talia non fuiſſʒ idoneus ſenio cōfractus quia talis eget potius vt ei ſeruiatur q̄ʒ ſeruiat alijs. ⁊ ſic onerosior potius fuiſſet Marie q̄ʒ obſequentior. Secundo quoq; ꝓbatur ex autoritate Eſa. lxij. Habitabit iuuenis cum virgine et gaudebit ſponſus ſuꝑ ſponſam. Gloſa interlinear̄ dicit. Habitabit iuuenis Joſeph cum Maria virgine. Unde debuit eſſe iuuenis Joſeph ad cōmendandū diuinum miraculum prophetie deſcriptū de cohabitatione iuuenis cum virgine. Et quoniam etas iuuenilis ſm̄ Jſidorū li. ethymolo. xj. īcipit ab anno. xxviij. et durat vſq; ad annum. l. Nam dicit ꝙ infantia ſeptē annis finitur. Preterea pueritia eo ꝙ pura dicitur (necdum ad generandum apta) in vir durat vſq; ad. xiiij. annum. Jnde vſq; ad. xxviij. annum durat adoleſcentia. id eſt ad gignendum adulta. Deinde vſq; ad q̄nquageſimū annū ꝓtenditur iuuentus que vulgariter virilitas dicit̄. Tādem ſenectus vſq; ad finē vite. Sequit̄ ergo ex dictis ꝙ fuerit Joſeph etatis inter. xxviij. et. l. annos exiſtentis: vt iuxta hiſtoriam ꝑſcriptā eſſʒ nuptui habilis. Sed quare virgā ſuā ſubtraxerit? Dicendum ꝙ non pro vetuſtate ſua ſed ex humilitate ⁊ caſtitatis amore. quia cū eſſet iuſtus: reputabat ex hūilitate ſe indignū fieri ſpōſum talis ⁊ tante virginis de qua tam mirabilia audiebat: cum eſſet etiam pauper faber ligni.

Ad hiſtoriam itaq; ꝓſequendam redeuntes. Cū pontifex iterato dominū cōſuluiſſet eo ꝙ nil diuine voci conſonum in virgis allatis ſuper altare apparere videret: reſponſum accepit ꝙ ſolus ille virgā non attulit cui virgo Maria deſpōſari deberet. Comperto quoq; ꝙ Joſeph non attuliſſet: mox eū afferre coegerunt virgā ad altare: que ſtatim floruit: et in eius cacumine de celo veniens columba conſedit. Sicq; cum cogeretur vt accipiat virginem. Jpſe quoq; ſe excuſaret: ait ei pontifex. Joſeph time deum ⁊ memēto que fecit Dathan ⁊ Abyron propter inobedientiam quos terra deglutiuit: ne tibi ſimile ꝯtingat propter contemptum. Tunc Joſeph deſponſata virgine per primam fidem ⁊ iuxta morē mancipare: ſtatim gratia caſtitat̄ ex btā virgine redundāte adeo ipſum Joſeph repleuit vt oīs motus concupiſcentie in eo ſopiretur. et obſeruatio virginitatis in ſe ⁊ ſua ſponſa ſumme deſideraret̄. Et ſic factum eſt ꝙ mox diuinitus inſpiratione facta vterq; de altero ꝙ ſcilicʒ in virginitate vellent ꝑmanere: cōſenſerūt in maritalē ſocietatē: et pari conſenſu cōtinētiā deo deuouerūt. Credendum eſt ḡ d̄ Joſeph ꝙ fuerit virgo: vt dicit Augꝰ li. de ꝯiu. bo. Tūc pōtifex viſa tā mira oſtēſiōe dedit ad ſocietatē btē Marie ſeptē virgīes coeuas ꝓ eiꝰ

honore ⁊ ſolacio vt honorifice deducerent eã ad
domũ Joſeph. Accepit ğ Joſeph Mariã ⁊ de-
duxit eã ex teplo in Nazareth ad domũ ſuã: ſm
Chryſ. ſtatues in futurũ diẽ nuptiaꝝ celebrãdũ.
Et ſic patet modus deſponſationis.

De angelica legatione Capitulum. II.

Ecũdo inueſtigabimꝰ modũ angelice
s legatiõis: ꝑ modũ vicz hiſtoricũ. qr de
hoc ſufficienter ſupͣ actũ eſt ſub alio ꝓceſ
ſu. Propter equidem ſimpliciores qbꝫ marie pla
cet ꝓceſſus hiſtoricꝰ: vnã h contemplatõez deuo-
tã inſerui quã ab Aug. ſermone. j. de annũciatiõe
atq; alijs deuotis cõtemplatoribꝫ colligere poſ-
ſumꝰ vt pmiſſam hiſtoriã deſpõſatiõis fine de-
bito cõcludamus. Contemplandũ igitur eſt qꝫ cũ
btã vgo in domo vt pdictum eſt ſui ſpõſi nondũ
ſolenni celebratiõe nuptiaꝝ facta maneret in ſo-
la fide deſponſationis: in oratorio recluſa ⁊ ſoli
deo vacans: legebat ſcpturas d chro ⁊ eiꝰ aduen
tu. ⁊ pcipue vt putatur reuoluebat ⁊ conferebat in
corde ſuo illud Eſa. vij. Ecce vgo concipiet ⁊ pa
riet filiũ ⁊ vocabitur nomẽ eiꝰ emanuel ⁊c. Aderat
tũc dies feliciſſima qua decreuerat deꝰ mittere
filium ſuum ꝓ redemptiõe humani generis incar
nandũ. Ecce aũt dicta ſcpta cũ legeret: cepit ſen-
timenta diuine dulcedinis abũdantiꝰ ſolito cor-
de experiri. ⁊ ex intimis medullis cordis cepit eru
ctare ⁊ dicere hmõi ⁊ ſimilia vba. O deus pris
noſtri Abraam Jſaac ⁊ Jacob: vtinã ſaltẽ ſemel
videre mererer ipſam vginem q cõceptura ẽ tu-
um filium chrm venturũ: vtinã vel minimũ ſer
uitium ei impendere digna eſſem: certe oĩa relin-
quẽs: ei in ancillã humilẽ me exhiberẽ: putasne
ſuꝑuiuã: putasne videbo: putasne h me iueniet
illa ſacra natiuitas? O ſi tm ſemel admitterer vt
eius paruulum filiũ naſciturũ oſculari ⁊ ample
xu dulci fouere qrem. Tũc cepit ardẽtiſſimo de-
ſiderio lachrymis abũdantiꝰ ꝓfuſis: flãma de-
uotionis eius cor exurẽte: oculis ⁊ vultu in celũ
eleuatis dicere. O clementiſſime deꝰ q nos crea-
ſti miſerere hoĩ ꝑdito: aperi celos ⁊ deſcẽde: veni
dñe ⁊ noli tardare: ſicut ꝓmiſiſti pribꝫ noſtris te
venturũ ⁊ tuũ filium daturꝝ: oſtende nobis dñe
miſcdiam tuam ⁊ ſalutare tuum da nob ⁊c. Sic
ea orante: ſancti qꝫ patres non ceſſabant de lim
bo clamare ⁊ orare ac dicere. Memento nri do-
mine in bñplacito tuo: viſita nos ĩ ſalutari tuo.
Tunc pijſſimus deus ſciens adeſſe tps prefini
tum q mitti debebat chrs: locutus eſt ad ange-
lũ Gabrielẽ hec ⁊ ſilia vba q btũs Augꝰ. in ſer-
mone q ſupra ꝓſequitur dicẽs. Legatum oportet
nos mittere ad ſpõſam per quẽ epiſtolã diriga-
mus ⁊ eiꝰ conſenſum reqramꝰ. O gabriel tu es
ad id idoneꝰ. miniſter ğ efficito terribilis ſacra-
menti. Ad reqſitionẽ errantis Ade: a meis debeo
deſcẽdere ſedibꝫ: latere aũt volo oẽs celeſtes vtu
tes. tibi ſoli pando ſecretũ: Ad vginẽ Mariam
ꝑge: ad mei filij dignũ habitaculũ: ⁊ denũcia ei

mee pſentie imbrem: pmã ei vocẽ gaudioſe ſalu
tationis ꝓclama dicens. Aue gratia plena ⁊c.
Audiuit hec angelus ⁊ intra ſe cogitabat: dicẽs
Stupendũ eſt hoc miraculum qm deus terribi
lis ⁊ incõprehenſibilis oĩbꝫ vtutibꝫ angelicis
vni puelle repromittit ſui habitaculi pſentiã. ⁊ q
Euam cõdemnauit: eius familiã gľificare inten
dit. Dixit ğ angelus ad deũ. Dñe oĩpotens: quõ
tuam annũciabo pſentiã puelle. te em celũ ⁊ terre
nõ capiũt fines: ⁊ quõ vterꝰ capiet vgineus: aut
quõ feret Maria ignẽ ⁊ gľam tue maieſtatis? Et
dñs ait. Si leſit ignis pſentia ĩ ſolitudie rubũ:
ledet ⁊ mea pſentia vginalem vterũ: vade ⁊ iuſſa
ꝑfice: ethereas rũpe ſedes: ⁊ dic Marie qꝫ ei vni-
cum meũ do filiũ: vt ſit ipſa mater cui ſum ego
pater. At ne dubitet fienda q mando: ſpũs imple-
bit eius aluum ⁊ animũ: iam mũdo perdito ſuc
currere volo: ⁊ virgini ipſi munera hec dono: iã
non dicatur viuentiũ mater Eua: ſed Maria ipſa
regina: ipſa erit dña mundi: ipſa mater veri dei
⁊ hoĩs: ipſius erit regnũ totũ cuius filius poſſi
det celũ. Tunc Gabriel tremefactꝰ imperijs: mox
volatu rapido ꝑtrãſijt aſtra: nubesq; ⁊ aeris ſpiſ
ſitudinẽ celer adit: radiãsq; magno lumie: ora-
culũ ingreditur vgĩs clauſum: ⁊ genuflexo ſaluta-
uit. Aue gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu ĩ mu-
lieribꝫ. Ad hec vgo expaueſcẽs de lumine. re-
uerẽter ab oratiõe aſſurgit: ⁊ capite inclinato hu
millime ſtans: turbata eſt in ſermone eiꝰ: ⁊ cogi-
tabat qlis eſſet iſta ſalutatio. Non tã de angeli-
ca viſiõe curabat: qm angelos videre ſolita erat.
ſed magis de ſalutatiõe inaudita cogitabat: ⁊ ĩ
corde dicere poterat. Quid eſt h dñe deꝰ vt tam
excellenti ſalutatiõe ego paupcula meruerim ſa
lutari: cepitq; pauere p verecundia virginali: ru
bore ꝑfuſa. Ait angelus. Ne timeas Maria ⁊c.
quia non timorem ſed amorẽ maximũ veni euã
gelizare. Noli timere: ſed hoc certũ habe quia ĩ-
ueniſti grãm apud deum: non ſolum pro te ſed
pro toto genere hũano. Gratiã inquã quam ho
mo amiſerat per culpam: tu inueniſti: multo feli
cius ⁊ per teipſam recupata eſt excellentius. Ec-
ce enim concipies in vtero ⁊ paries filium ⁊ vo-
cabis nomen eius Jeſum. hic erit magnus pro-
pheta ⁊ homo magnus in operibus mirandis:
qui ab eterno eſt magnus deus: ⁊ filius altiſſi-
mi in veritate vocabitur. ⁊ dabit illi dñs deꝰ ſedẽ
dauid patris eius: nõ quidem ſedem regni tem-
poralis. quia regnum eius non eſt de hoc mun
do. ſed ſedem ſpiritualis regni ⁊ celeſtis hieruſa
lem: quod ſignificatur per regnum Dauid: ſicut
⁊ celeſtis hieruſalem per temporalem ſignifica-
tur. Et regnabit in domo Jacob. hoc eſt: ſuper
omnes electos. Omnes em filij Jacob a ſanctis
doctoribus ſunt inter electos computati. ⁊ regni
eius non erit finis. quia ipſe non ſolum inqꝫtũ
deus ſed etiam inqꝫtum homo de te o Maria
incarnatus regnabit in eternum non ſolum ſu-

per hoīes: ſed etiā ſuꝑ angelos. O felix Maria. o glorioſiſſima dn̄a auſculta ⁊ diligēter in corde tuo rumina q̄nta tibi nunc nunciet̄ gl'a. qꝛ inq̄t ecce cōcipies non ſicut alie mulieres in vtero ab extrinſeco.i.viro. ſed in vtero tanq̄ȝ vere ꝟgo concipies ⁊ paries: nō cuiuſcunq̄ȝ meriti hoīem: ſed verū dei filiū angeloꝝ ⁊ hoīm dn̄m regnantē in eternū. Vn̄ ait Maria. Quō fiet iſtud qm̄ virū nō cognoſco: Non dubito ꝟbuȝ tuū implendū. ſed cupio ſcire expſſius ſacramētū. certa em̄ ſum de facto. ſed quero de cōcipiendi ⁊ fiendi modo: qm̄ virū nō cognoſco.i.nō cognoſcere ꝓpono. qꝛ iam ꝟginitatē voui dn̄o. Tūc angelꝰ declarans modū dicit. Sp̄ūſſctūs ſuꝑueniet in te. Nō putes Maria ꝙ tu concipias hūano mō: ſed diuino. qꝛ ꝟtute ſp̄ūſſancti ſuꝑuenientꝭ in te: q̄ nō ſolum mentē illā ſed etiā ventrē ſctificabit ⁊ digniſſimū deo habitaculū ꝑparabit. ⁊ ꝟtus altiſſimi obūbrabit tibi. Sic em̄ erit in te dei filiꝰ q̄ ē dei virtus ⁊ ſapiā ꝙ ſub vmbra carnis latebit ꝟtus diuinitatꝭ. ideoq̄ȝ ⁊ quod naſcet̄ ex te ſanctū: vocabitur filius dei: nō adoptiuus. ſed ꝑ naturā. Noli g̃ o ꝟgo bn̄dicta in mulierib; extimare ꝙ ꝟginitatē amittas in cōcipiēdo: ſed potius eam auctā ⁊ magis ſanctificatā habeas. Et vt certior fias: ecce Eliſabeth cognata tua ⁊ ipa concepit filium in ſenectute ſua. ⁊ hic menſis.ſ. martiꝰ in q̄ nunc currūt tpa eſt ſextꝰ illi cōceptui Eliſabeth. qꝛ in menſe ſeptēbris ꝯcepit: a q̄ vſq̄ȝ ad martiū ſunt ſex menſes: que.ſ. Eliſabeth vocat̄ ſterilis a iuuētute ſua: vt ſcias qꝛ deus q̄ ſupra naturam ꝯceptū dedit ſterili: daturus eſt ⁊ tibi ꝟgini ſuꝑ naturā: qm̄ deꝰ oīpotēs eſt. ⁊ ideo nō erit īpoſſibile apd̄ deū oē ꝟbū.i.factū. O feliciſſima Maria noli morari: en ſeculū om̄e captiuū tuū expectat aſſenſum: rn̄de cito ⁊ ſuſcipe dei filiū. Tunc Maria genua flexit ⁊ manus leuauit ⁊ humillime reſpondit. Ecce ancilla dn̄i: fiat mihi ſcḋȝ verbuȝ tuū. Et ſtatim ꝟtute diuina ꝯcepit filiū dei. mox tota trinitas in eius vteꝝ ingrediēs: dei filiū incarnauit. O igit̄ aīa fidelis ꝯſidera nunc ⁊ penſa quāta dei tui erga te charitas extitit vt dignaret̄ ꝓ te in vterū ꝟginis deſcēdere. Cōtemplare etiā quanta Marie humilitas: qꝛ cū eēt mater dei: ancillā humilē ſe nomīauit. O q̄d putas quanta tūc dulcedo mentē ꝟginis repleuerat cū deo plena erat: cum ſe matrē oīpotentis dei eſſe ſentiebat: cū ⁊ ꝟginitatis gl'ia ꝑmanēte concipiebat. O anima mea vtinā vl' ſcintillā huiꝰ diuine ſuauitatꝭ tibi infundi meritis beate ꝟginis poſſes impetrare.

Capitulum .III.

t Ertio videndū ē de modo materne iocundatiōis.i.q̄t modis ⁊ q̄ȝ multiplicibus gaudijs fuerit iocūdata btā ꝟgo ī hac ſui filij cōceptiōe. Hoc em̄ ſcire deuote mentes cupiūt vt ad memoriā tante iocunditatꝭ ſpeciales orōnes exhibeāt btē virgini eaȝ flagitādo ꝑ hec gaudia: quatinus digneť intercedere pro eis apud filiū. Breuiter g̃ ſua gaudia ꝑſtringendo Nota ad nūerū.xij. ſtellaꝝ in corona capitis btē ꝟginis.xij. gaudia eā habuiſſe in hac filij dei conceptiōe. Primū gaudium habuit: qꝛ fuit ꝑfectiſſime ſctificata. Ps. Sctificauit tabernaculū ſuū altiſſimꝰ. Secundū gaudiū habuit qꝛ in gr̄a ⁊ eius plenitudine fuit ꝯfirmata ⁊ cōſummata: vt dicit Hiero. in ſermone de aſſumptione. Vn̄ ⁊ Rich. de ſctō Victore in expoſitiōe Ecce ꝟgo ꝯcipiet.li.ij. dicit: ꝙ tantā plenitudinē gr̄e deꝰ aīe btē Marie indidit quantā eam pro futuro mereri cōſpexit. Sic em̄ fuit in gr̄a cōfirmata in hac ſui ſecunda ſanctificatiōe ꝙ poſt hoc nō habuit potentiā peccādi: vt dicit Bonauē. ſuper.iij. ſniaꝝ. diſt.iij. ⁊ Alexan. de Ales.iij. ꝑte.q.lxxxviij. necnō Richar. de media villa ſuꝑ.iij.di.iij.q.viij. Tertiū gaudiū habuit. qꝛ donis ſpiritusſancti ſuꝑ oēm creaturā purā excellentiꝰ fuit repleta. Luc.j. Sp̄ūſſctūs ſuꝑueniet.i. ſuꝑ q̄ȝ in alijs creaturꝭ veniet in te: vt exponit Ly. Quartū gaudiū. qꝛ de ꝑſeuerantia in gr̄a ⁊ ſtabilitate finali fuit certificata. Hoc ei habuit Magdalena Lu.x. Maria optimā partē elegit q̄ nō auferet̄ ab ea in eternū. Hoc habuerūt ⁊ apl'i ſciētes ſpm̄ſctm̄ ꝑmanſuꝝ in eis in eternū. Joh.xiiij. Itē habuit etiā Paulus apl's Rhom.viij. Certus inq̄t ſum ꝙ neq̄ȝ mors neq̄ȝ creatura ſeparabit nos a charitate q̄ eſt in chr̄o. g̃ hoc non debet negari a ꝟgine. qꝛ ſcḋm Bern̄. ⁊ Damaſce. ꝓuilegia grāꝝ alijs cōceſſa ab ipſa negari non debent ſed ꝯcedi. Et hanc certitudinē de ꝑſeuerantia habuit vel habere potuit diuina inſpiratiōe vl' reuelatione aut alio modo congruenti. Quintū gaudiū habuit. qꝛ manente ꝟginitate eſt ſine oī corruptiōe grauidata. A ſeculo em̄ non fuit tale auditū vt virgo eſſet ⁊ mater: ſicut dicit Orige. ⁊ ideo de honore ſumme ⁊ ſingularꝭ ꝟginitatis maximū gaudiū habuit. Sextū gaudium. qꝛ fuit a ſp̄ūſctō fecūdata ⁊ filio dei inhabitata. ꝓpterea fuit q̄ntū poſſibile eſt in p̄nti vita dulcedine ſp̄ūſſcti ineffabilit̄ ſuꝑ oēs recreata preguſtatione diuine ſuauitatꝭ: de q̄ Ps. q̄ȝ magna multitudo dulcedīs tue dn̄e quā abſcōdiſti timentibus te. Et Sap.xij. O q̄ȝ bonꝰ ⁊ ſuauis eſt dn̄e ſp̄ūs tuus in nobis. Et certe multo excellentius in Maria. Septimū gaudiū qꝛ luce diuina fuit irradiata. Sentiebat em̄ ſe lumie ꝓphetie illuſtratā diuino lumine eam irradiante. Unde ⁊ canticū edidit. Magnificat anima ⁊c. in q̄ tripliciter ꝓphetauit.ſ. de p̄ſenti: preterito: ⁊ futuro. Item ſentiebat etiam ex diuino lumine ſacre ſcripture myſteria ſibi reuelata ⁊ ſcientiarū ꝓfunda.

Octauū gaudiū. quia fuit ſibi vt pie creditur. dei facies reuelata: quod certe credi poteſt verbo in eius vtero commorante eſſe factuȝ. Si enim Paulo ⁊ Moyſi conceſſum eſt diuinitatem vidiſſe: vt dicit Augꝰ. multo magis Marie: cū a

nullo illuſtriū ſuperat ſz Damaſce. Nonū gau
dium: qꝛ fuit mater dei vocata ꝛ effecta q̄ nil pōt
dici maius ad v̄ginis honorē. Et hoc ſolo poſi-
to ꝙ ſit mater dei: ſequit̄ ꝙ ipſa ſit puriſſima. qꝛ
deus in mūdiſſimo habitare dignat̄. Itē ſequit̄
ꝙ ſit deo acceptiſſima. qꝛ ipſa ſola hāc apd̄ deuz
inuenit grām. Itē ſequit̄ ꝙ ſit oī laude digniſſi-
ma: qꝛ ipſa ſola p̄ alijs hac gl̄ia decorat̄. Itē qꝛ
fuerit deo familiariſſima ꝛ diuina ꝯſolatiōe ple
niſſima: aīaqꝫ eius ꝑfectiſſima: ꝛ oībꝰ creaturis
ipſa amantiſſima. qꝛ genuit creatorem mundi

Decimū gaudiū ꝙ redemptio humani gene-
ris ꝛ reꝑatio fuit ea mediāte inchoata ꝛ impleta
Propter quod ſciebat ꝙ ex hoc btām ipam di-
cerent oēs generatiōes: ipſa teſte in Cantico Lu.
j. Ex hoc q̄z ſciebat ꝙ ipa eſſet mediatrix ꝛ aduo
cata hūani gener꜡ cōſtituta apd̄ deū. ꝛ ꝙ ipa fo
ret mater grē ꝛ mr̄ miſcd̄ie: materqꝫ ſalutis et̄ne
in oībꝫ ſanctis ꝛ electis. ꝛ idcirco ſummū ex his
gaudiū cor eius cōcipiebat. Undecimū gau-
diū habuit ꝙ carnis ſue portio in chriſto fuit di
uinitati vnita: ꝛ ſic in ea ac per eam hūana natu
ra ſūme dignificata. In hoc qꝑpe maximū gau-
diū habebat: qꝛ ſciebat ꝙ oēs angeli ꝛ homīes:
oēſqꝫ creature adorare deberēt carnē de ea ſum-
ptā in chr̄o. ꝛ ꝑ ꝯſeqns in ipſa ꝛ de ipſa. ſ. btā vir
gine deū eternalr̄ oēs laudarēt: bn̄dicerent: glo-
rificarēt: di. illud qd̄ canit eccl̄ia. Bn̄dictꝰ es dn̄e
deus in throno regni tui. i. in btā v̄gine vl̄ carne
de ea ſumpta. Duodecimū gaudiū habuit ꝙ
ipſa fuit ſuꝑ oēs creaturas exaltata gratia: meri
tis ꝛ gl̄ia. Ex hoc maximū habuit gaudiū: ſciēs
ꝙ intantū fuerit exaltata per hāc filij dei mater-
nitatē vt ipſa eſſet regina celoꝝ: dn̄a angelorūz:
imꝑatrix totiꝰ orbis. Et qd̄ maius eſt ꝙ deū ſic
ꝑ oīa ſibi ꝯdeſcendentē haberet ꝛ obtemꝑantem
tāqꝫ filiū ad nutum obedientē. Et oīs poteſtas
ei data eſſet in celo ꝛ in terra: vt q̄cq̄d vellet vale-
ret impetrare ꝛ efficere: vt dt̄ Bern̄. Sciēs etiaz
ꝙ ei deſeruirent tanqꝫ dn̄e oēs angeli ꝛ oēs ſan-
cti ac vniuerſa creatura mundi. O qs igit̄ poſſit
extimare. qs valeat cōprehēdere ꝛ ſufficiēter pen
ſare quanto gaudio iocundabat̄ cor v̄gineū btē
Marie ꝓ filij ſui cōceptione: cū ſciebat ꝛ experi
mentali grā ſentiebat ſe eſſe ꝑ hoc plene ſanctifi
catā: in grā cōfirmatā: donis ſpūſſancti ſuꝑ oēs
repletā. ꝛ de ſalute ac gl̄ia eterna certificatā. O fi
delis aīa ingredere in cor bn̄dicte virginis: ꝛ vi-
de ſaltē aliq̄ntulū quanta ſuauitate leticie ſpūa-
lis abūdet ꝓ his bonis excellentiſſimis: cū ꝛ in-
ſuꝑ ſentit ſe in v̄ginitate integra ſpūſctō fecun-
datā ꝛ eiꝰ incredibili dulcedīe cōſolatā: diuia lu
ce irradiatā: ac viſiōe diuinitat꜡ ſumme delecta-
tam ꝛ deo plenā. Sed ꝛ q̄d putas quāto dulco-
re ꝯſolatiōis diuie ſit delibutū eiꝰ cor: cū agno-
ſcit ſe eſſe matrē dei puriſſimā: dilectiſſimā ꝛ oī
laude digniſſimā. mediatricēqꝫ ꝛ aduocatā gene
ris humani apud deum: ſui ſanguis portionez
vl̄ carnis in chr̄o diuinitati vnitam: ꝛ ab oībꝫ
creatur꜡ adorandā: ſuꝑ oēſqꝫ ſe exaltatā ꝛ mūdi
dn̄am effectā. Mirat̄ certe d̄ his Maria ꝛ exul
tans in ſpū in deo ſalutari ſuo: leta geſtat filium
dei in vtero. Et q̄d ipa dicat in hoc indicibili ſuo
gaudio: audiamus hoc ꝓ certo q̄d canit eccleſia
Cōgratulamī inquit mihi oēs q̄ diligitis me: qꝛ
cū eſſem paruula placui altiſſimo: ꝛ de meis vi-
ſceribꝫ genui deū ꝛ hoīem. Cōgratulamī Ma-
rie oēs angeli: archāgeli: throni: ꝛ queqꝫ celeſtes
v̄tutes. Cōgratulamī oēs ſancti p̄res: patriar-
che ꝛ ꝓphete: reges ꝛ p̄ncipes populi. Congratu
lamini om̄es gentes: diuites ꝛ pauperes: viri ꝛ
mulieres: pueri ꝛ ſenes. Cōgratulamī inq̄t om̄s
Maria qui me diligitis vt ꝛ a me diligamī ꝛ d̄
grā mea repleamini. Gaudete vna mecum oēs
mei deuoti ꝛ affectuoſo corde mihi ſeruiētes: qꝛ
ecce deū veſtrū ꝓ dilectiōe v̄ra hoīem factuz meo
geſto in vtero. Gaudete qꝛ meo ſaluifico ꝯceptu
preſto eſt vob̄ ſalus ꝛ gl̄ia ſempiterna Amen.

Pars ſeptima huius p̄mi libri agit de diui-
ne incarnatiōis apparitiōe ꝛ ꝑfectiōe atqꝫ mira-
bili conditione: vt patebit

Ecce concipies et

e

paries filiuz ꝛ vocab̄ nomē eius Je-
ſum. Uerba ſūt angeli annunciantis
dei ꝛ dn̄i noſtri Jeſu chr̄i conceptū ſalutiferum
ipſi benedicte v̄gini. ꝛ ſcribunt̄ Luc. j. ca. In q̄bꝫ
quidē verbis dat̄ intelligi ꝙ ipius amoroſi dn̄i
noſtri Jeſu chr̄i cōceptio eſt ſūme admirabilis:
amabilis: ꝛ ꝑutilis. Admirabilis qꝑpe. qꝛ quem
celi caꝑe non poterant: vniꝰ puelle claudit̄ vtero
Hoc eſt illud nouū Hieremie vaticinio ꝓphetatū.
ca. xxxj. Nouū inq̄t faciet dn̄s ſuꝑ terram: fe-
mina circūdabit viꝝ. i. chr̄m. De q̄ Bern̄. in q̄dā
ſermōe exclamās ait. O vēter capacior celis. dif
fuſior terr꜡: q̄ illū ꝯtinere valuit q̄ tribꝫ digit꜡ mo
lem terre appēdit. Origenes q̄z dt̄. Quis vnq̄z au
diuit talia vt mater ſit virgo: deus ſit factus hō.
A ſeculo nō eſt factū tale vt portitor orbis por-
taret̄ manibꝫ femineis: ꝛ q̄ oīa cōtinet: anguſtia
contineat̄ vteri v̄ginalis. Itē iſta conceptio ē
ſumme amabilis q̄ pro nr̄o amore verbuz caro
factū habitauit in nob̄: ſupremꝰ oīm īmortalis
ꝛ impaſſibilis deus ꝓ noſtra dilectiōe factus eſt
minoratꝰ ab angel̄: paſſibilis ꝛ mortalis hō: os
noſtrū: caro ꝛ frater noſtre infirmitat꜡ particeps
Quid nēpe mihi amabiliꝰ q̄z ꝙ deus meꝰ factꝰ
eſt caro ꝛ frater ac ꝓpinquꝰ meus. ꝓpterea Bern̄.
dt̄. O felix Maria q̄ntum te amare debemꝰ per
quā talē fratrē habemꝰ. Et iterū. Puto inq̄t ꝙ iā
me ſpernere nō poterit deꝰ: cū ſit os: caro ꝛ frat̄
meꝰ. Deniqꝫ iſta īcarnatio vel ꝯceptio eſt ſūme
vtilis: qꝛ ꝑ eā ſaluati et liberati ac ſūme dignifi-
cati ſumꝰ. ꝛ oē bonū qd̄ amiſimꝰ ꝑ pcīm: ꝑ hāc
diuinā incarnationē recuꝑauimꝰ. Hinc Bern̄.

in ſermone q̄ ſupra dicit. O Maria: beām te dicent oēs generatiōes ex hoc. i. ex tua dñica conceptione: quia oībus generationib⁊ vitā ⁊ gl'iam inueniſti. Hec ille. Iſta angelus annūcians in premiſſis ṽbis inſinuat. Prio q̄dem admirabilitatē conceptiōis: cū ait. Ecce cōcipies. Ecce eīn̄ quoddā nouitatꝫ inaudite ſignū eſt demōſtratiuum. Scđo amoroſitatē: cum ſubdit: ⁊ paries filiū. Filiū inquā dei ſm̄ diuinitatē: ⁊ filiū tuum ſm̄ humanitatē: qđ amoris eſt expſſiuū. Tertio vtilitatē. q₂ addit: ⁊ vocabis nomē eius Jeſum. in q̄ noīe ſaluatōis vtilitas exp̄mit̄. q₂ Jeſus ſaluator interp̄tat̄. Matthe. j. Ipe em̄ ſaluū faciet p̄p'm ſuū a peccatis eoꝝ. Itaq₃ in p̄ſenti ſmone de hac dñica cōceptione loquentes: tria p̄ncipalia myſteria declarabimus.

Primū myſteriū dr̄ appropriatiōis.

Secundū dicit̄ perfectionis.

Tertium dr̄ admirationis.

Articulus p̄mus de eo q̄ christi incarnatio et conceptio in virginis vtero facta attribuit̄ in ſacra ſcriptura ſpirituiſancto.

Capitulum. I.

p Rimū itaq₃ myſteriū de hac cōceptiōe declarandū dicit̄ appropriatiōis. id eſt q̄ iſta ſacratiſſima cōceptio appropriat̄ ſpūiſctō. ſic patet Matth. j. Quod in ea natū eſt. de ſpūſancto eſt Et in pluribꝫ locis ſcp̄ture iſtud accipit̄: p̄t̄ qđ ⁊ in ſymbolo dr̄. Qui concept⁹ eſt de ſpirituſancto. Unde ⁊ angelus dixit ad virginē (cū queſiſſet: q̄uo fiet iſtud ⁊c̄.) Spūſſctūs inquit ſupueniet in te ⁊c̄. Circa hoc itaq₃ myſteriū vt intelligibilius ⁊ ſimplicius p̄pter p̄p'm ſimplicis ingeniȷ̄ p̄cedat̄: tres p̄cipue veritates introducunt̄ theologice. Prima ṽitas q̄ tota trinitas operata eſt ⁊ fecit hanc dñi noſtri Jeſu cōceptionē ſeu incarnationē. Scđa veritas q̄ ſola p̄ſona filiȷ̄ abſq₃ p̄ſona patrꝭ ⁊ ſpūſſancti aſſumpſit humanam naturam p̄ hanc conceptionē. Tertia veritas q̄ iſta conceptio chriſti magis attribuit̄ ſpūiſancto q̄₃ patri ⁊ filio per appropriationem.

Prima inquā veritas eſt q̄ tota trinitas operata eſt ⁊ fecit hanc incarnationem dominicam. Hec veritas ſm̄ doctores ſuper. iiȷ̄. ſententiarū. diſt. iiȷ̄. vicꝫ Tho. Rich. Petruꝫ aure. ⁊ Bonauen. diſt. v. eiuſdeꝫ: alios q₃ cōmuniter doctores oſtenditur

Primo autoritate.

Secundo vſu ſcripture.

Tertio inductiua declaratiōe.

Primo q̄deꝫ autoritate Diony. ij. ca. đ diui. no. dicentꝭ. q̄ omne nomē dei op̄ationē in creatura deſignās cōiter cōuenit toti trinitati: licet attribuat̄ alicui p̄ſone ex ſingulari cauſa. Itē Autoritate Auguſtini. j. de trini. dicentis. Indiuiſa ſūt op̄a trinitatis. Quicq̄d ĝ operat̄ vna p̄ſonā: operatur ⁊ alia: cū p̄ſone ſint īdiuiſibiles. Et ſic chr̄i incarnatio a tota trinitate eſt cauſata. Secundo oſtendit̄ ex vſu ſcp̄ture. Sic q̄ p̄pe ſcp̄tura vtitur q̄ aliq̄n hoc op⁹ incarnationis attribuit p̄ri vt ibi. Gal'. iiȷ̄. Ubi venit plenitudo t̄pis: miſit de⁹ filiū ſuū factū ex m'l'iere. Aliq̄n ṽo attribuitur filio. Joh. xvj. Exiui a p̄re ⁊ veni in mundū. Aliq̄n ṽo ſpūiſctō: vt Matth. j. Quod in ea natū eſt: de ſpūſctō eſt. Et h̄ ideo: q₂ opus incarnationis fuit maxime potentie: ſapie: ⁊ bonitatꝭ: q̄ tribꝫ p̄ſonis attribuunt̄. Et ideo claret q̄ omnes tres p̄ſone op̄ate ſunt iſtā incarnationē. Tertio quoq₃ oſtendit̄ inductiua declaratione. quia in hac incarnatiōe manifeſtat̄ dei patris potentia. Primo in hoc q̄ maxime diſtantia. ſ. naturā diuinā ⁊ humanā cōiunxit. Scđo in h̄ q̄ ſuum filiū vnigenitū nobis dedit. Jo. iiȷ̄. Sic de⁹ dilexit mundū vt filiū ſuuꝫ vnigenitū daret. Tertio q̄₃ in h̄ q̄ corpus chr̄i ſubito ⁊ in inſtanti perfectum effecit. Itē filiȷ̄ dei op̄atio manifeſtat̄ Primo q̄₂tum ad ſapīam inq̄₂tum ꝯuenientē modū reparatōnis inuenit ꝯ diaboli aſtutiam ⁊ deceptionē. Job. xxvj. Prudētia ei⁹ p̄cuſſit ſuperbū Scđo q̄₂tum ad iuſticiā in eo q̄ p̄ modū ſatiſfactiōis redemit gen⁹ humanū. Tertio q̄₃ q̄₂tū ad carnis noſtre ſuſceptionem quam ſibi vniuit.

Item ſpūſſancti op̄atio manifeſtat̄. q₂ ipē matrem ṽginē p̄uenit ⁊ ſanctificauit. Scđo q₂ carneꝫ chriſti in eius vtero formauit. Tertio q̄₃ bonitas ſpūſſcti manifeſtat̄ in q̄₂tum p̄p̄ꝫ plaſmatis nō deſpexit ſalutē. Ecce igit̄ patet q̄ tota trinitas ſimul fecit hanc incarnationē: ⁊ q̄libet perſonarum aliq̄d op̄ata eſt in ea

Capitulum. II.

s Ecunda ṽitas q̄ ſola p̄ſona filiȷ̄ abſq₃ p̄ſona p̄ris ⁊ ſpūſſcti hūanata ē vel humanā naturā aſſūpſit in hac ꝯceptiōe: iuxta illđ Joh. j. Uerbū caro factū eſt ⁊c̄. ⁊ Luc. j. Filius altiſſimi vocabit̄. Nā licet potuerit q̄libet p̄ſonaꝝ diuīaꝝ carnē aſſumere: nō tn̄ decebat vt p̄r aſſumeret vel ſpūſſctūs: ſed ſolus fili⁹: vt đ hoc plures rōnes poſite ſunt ſupra. parte j. art. ij. cap. iiȷ̄. Et ſi forte dicas. Ego non capio: q̄uo hoc fieri poſſit vt vna p̄ſona incarnaret̄ ſine alia: cū p̄ſone diue ſicut ſunt indiuiſibiles ⁊ inſep̄abiles: ita ⁊ inſep̄abil'r op̄ant̄. Ad qđ rn̄det̄ ſm̄ doctores ſup̄. iiȷ̄. ſniaꝝ: p̄cipue ſꝫ Bonauē. diſt. j. q. j. ar. ij ⁊ ſm̄ Franciſcū maro. Richardū q₂: q̄ abſq₃ dubio vna p̄ſona incarnari pōt: ita q̄ alia nō incarnet̄: vt docet Aug⁹. j. li. de trini. ⁊ op̄is euidētia manifeſtat. q₂ ſolus fili⁹ dei chr̄s eſt incarnatus. Nam aſſumptio carnis terminatur ad p̄ſonā ⁊ nō ad diuinā eſſentiam. Et ſic ſicut vna p̄ſona eſt alia ab altera: ita vni conuenit aliq̄d qđ nō cōuenit alteri. ſ. ip̄a īcarnatio. Hoc autē poſſe fieri oñdit̄ tripl'r. Primo ſcripture autoritate. q₂ ſacra ſcp̄tura in multis locis dicit.

filiū mitti a patre. nunq̄ aūt legit̄ q̄ pat̄ eſt miſſus. ſicut ḡ mitti poteſt cōuenire vni ꝑſone ſine alia: ita ꝫ incarnari: cū incarnari non aliud ſit q̄ꝫ in carnē mitti. Scḋo oſtendit̄ ratiōe ſm Bonauen. tali. quia incarnatio eſt vnio in ꝑſona. ḡ ſi alia eſt ꝑſona patris: alia filij: alia ſpūſancti. videt̄ q̄ ſi vnio ſit in ꝑſona vna: nō ſit neceſſe fieri in alia. etſi vnio poteſt fieri: ſimiliter ꝫ incarnatio. Plures rōnes de h̄ cā breuitatꝫ ꝑtranſeo.

Tertio oſtendit̄ ſilitudine ꝫ exemplo. Et de h̄ ſm Auguſtinū vbi ſup ponit̄ talis ſimilitudo. Sicut ſi tres artifices fabricarēt vnā loricā de q̄ vn⁹ ſolus coꝛ armaret̄. Item ſi tres puelle faciant vnā camiſiam ꝫ induant tm̄ vnā carū ipſa camiſia. Ecce loꝛice vel veſtimēti opatio ꝫ induitio eſt a trib⁹: non tn̄ tres induunt̄ ſed vna ſola. ſic incarnationē ꝫ chr̄i opate ſunt tres ꝑſone. ꝫ tn̄ vna ſola dr̄ incarnari. Itē aliud exemplū addit̄. Videm⁹ q̄ in floꝛe vel pomo ſiml' ſunt hec tria: odoꝛ: ſapoꝛ: coloꝛ. et tn̄ vnū ſentiri pōt ſine alio. q̄ꝫ cum odoꝛat̄ ſentit̄ tm̄ odoꝛ. vel cū a remotis aſpicit̄: ſentit̄ coloꝛ ſine ſapoꝛe ꝫ odoꝛe. Itē cum in coꝛpoꝛe ſint tria: linea: ſupficies. ꝫ coꝛpus: tm̄ ſupficies coloꝛat̄. Itē in igne cum ſint tria. ſ. ſubſtantia ignis: ſplendoꝛ: ꝫ caloꝛ. ſi oppoṅat̄ ſpeculum: ſolus ſplendoꝛ relucet in ſpeculo. Et plura alia exempla ad hoc poſſunt ꝑduci. Deus ergo multo magis hoc potuit vt vna perſona incarnaretur ſine alia.

Capitulum. III.

Tertia veritas q̄ iſta chr̄i ꝯceptio magꝫ attribuit̄ ſpūiſancto q̄ꝫ pr̄i ꝫ filio ꝑ appropriationē: licet vt dictū eſt tota trinitas fecerit eam. Et ideo cōgruentius dr̄ q̄ cōceptus ſit chr̄s d̄ ſpūſctō q̄ꝫ de deo patre. Licet em̄ cōceptio chr̄i ſit opus triū ꝑſonaꝝ: ꝫ ideo appropriari pt̄ trib⁹ ꝑſonis ſm diuerſas ꝯſideratōes. Nā patri attribuit̄ auctoꝛitas hui⁹ incarnationis vel cōceptiōis. q̄ꝫ ipſe miſit ꝫ dedit filiū qui auctoꝛitate patris carnē aſſumpſit. Filio q̄ꝫ attribuit̄ ipſa carnis aſſumptio: ꝫ Spūiſctō coꝛpoꝛꝫ chr̄i foꝛmatio. Tn̄ ſcriptura appropꝛiat ſpūiſctō hanc conceptionē magis q̄ꝫ alteri ꝑſonaꝝ. Et h̄ ſꝫ Tho. in iij. ſcripto ſniaꝝ. diſt. iiij. ar. j. q. j. alios q̄ꝫ cōcoꝛditer doctoꝛes: triplici rōne. Primo rōne bonitatis ꝫ charitatis. Scḋo rōne liberalitatis. Tertio rōne ſctitatꝫ. Prīo inquā rōne bonitatis ꝫ charitatis. Nā vnaqueq̄ꝫ opatio diuina magis eſt appropꝛiabilis alicui ꝑſone ſꝫ q̄ in ea magꝫ manifeſtat̄ attributum qḋ illi ꝑſone appropꝛiat̄. ſed bonitas ꝫ charitas appropꝛiatur ſpūiſancto. ſpūſſanctus em̄ eſt charitas ꝫ amoꝛ patris ꝫ filij: vt ait Aug⁹. li. vj. de trinitate. ꝫ allegat̄ a mgr̄o in. j. ſniaꝝ. di. x. Vn̄ ꝫ Hiero. ſup pluij. pſ. ait. Spūſſctūs nec pater eſt nec filius: ſed dilectio quā habet pater in filiū ꝫ fili⁹ in patrem. Hec li. ſniaꝝ vbi. ſ. Ex maximo aūt amoꝛe ꝫ bonitate dei ꝑuenit vt fili⁹ dei carnē ſibi aſſumeret in vtero virginis. Joh. iij. Sic deus dilexit mundum vt filium ſuū vnigenitū daret ꝛc. ergo magis ſpūiſancto appropꝛiat̄ iſta ꝯceptio.

Scḋo rōne liberalitatis. Ut enim oſtendatur q̄ nō ex aliquib⁹ meritis: ſed ex ſola liberalitate ꝫ gr̄a filius dei carnem aſſumpſit: ideo ſpiritui ſancto q̄ eſt ipſa gratia conceptio chr̄i attribuit̄: vt Aug. d̄r in Enchiridion. Hoc eſt qḋ ait apl's Non ex opibus inquit iuſticie que fecim⁹ nos: ſed ſm ſuam miſericoꝛdiaꝫ ſaluos nos fecit: ad Titum. iij. Tertio rōne ſanctitatꝫ. Nam ſpiritusſanctus eſt ſpiritus ſanctificatōis: vt dicitur Rhom̄ j. Et ideo ſicut alij ꝑ ſpiritumſanctū ſanctificant̄ ſpiritualiter vt ſint filij dei adoptiui: ita chriſtus per ſpiritumſanctū eſt in ſanctitate conceptus vt eſſet filius dei naturalis. Et ꝓpt̄ h̄ angelus poſtq̄ꝫ ꝑmiſerat: ſpūſſanctus ſuꝑueniet ī te: concluſit dicens. Ideoq̄ꝫ ꝫ qḋ naſcet̄ ex te ſanctū: vocabit̄ filius dei. Lu. j. Ex oīb⁹ itaq̄ꝫ ꝑmiſſis colligere poſſumus ꝫ agnoſcere quanta charitate deum noſtrum ꝫ dominū Jeſum chriſtū diligere debeamus: vt ei pro tanta ſua circa nos charitate ꝫ liberalitate retribuere valeamus ꝑ noſtro modulo vicem reamationis. Quis enim non ſtudeat reamare ſe amantem deum: ꝫ q̄dē ſumme bonum ꝫ amabilem ſumma bn̄ficia largientē: ꝑpetua charitate nos diligentē: ꝫ in eterna beatitudine ꝑpetua felicitate ꝑmiantē. O anima mea vtinam te excuteres de puluere: vtinam mente pia recogitares quantū te dilexit deus vt ſe dederit pro te.

Articulus ſecūdus de ꝑfectione diuine incarnationis ꝫ conceptionis chriſti.

Capitulum. I.

Secunduꝫ myſteriū declarādum de iſta ſacratiſſima ꝯceptiōe dn̄i noſtri dr̄ perfectionis. vbi oſtendit̄ quanta ꝑfectiōe ſit conceptus dominus Jeſus ī vtero ſacratiſſime virginis Marie. Ubi nota q̄ licet chriſtus multiplici perfectione ſit conceptus: tamē vt eas compendioſius perſtringam⁹: triplicem in hac parte huius conceptionis excellentiam ꝫ perfectionem declaramus.

Primo perfectionē ex parte matris.

Secundo perfectionē ex parte humanitatis domini.

Tertio perfectionē que ſe tenet ex parte diuinitatis chriſti.

Primo itaq̄ꝫ in hac dominica conceptione contemplemur ꝑfectionē ꝫ excellētiā que ſe tenet ex parte matris: q̄m ipſa beata virgo triplicē perfectionem in hac ꝯceptiōe habuit. Primo perfectionē virginitatis Secundo ꝑfectionem ſanctitatis. Tertio ꝑfectionē maternitatꝫ. Primo inquā habuit ꝑfectionē virginitatis: q̄ꝫ ipſa

concepit filiũ ſine corruptiõe virginitatis ⁊ ſine
omni ꝯcupiſcentia ac delectatiõe carnali: ꝗn potiꝰ
in ſũma ſuauitate ſpũali. qꝛ eius mentē inhabita
bat deus: ⁊ ideo exultabat cor eius in deo ſalu/
tari ſuo. Unde Aug. li. de ꝟginitate dicit ꝙ bea
tior fuit btã ꝟgo cõcipiendo chr̃m mente ꝙꝫ cor/
pore. Et infra cõcludit ꝙ ꝓpinq̃tas Marie ma/
terna nil ꝓfuiſſet niſi felicius deuꝫ corde ꝙꝫ cor/
pore geſtaſſet. Hec ille. Jſtud aũt q̃uo ſit intelli
gendũ Rñdeť ſm doctores ꝙ nõ aliter niſi cõſi/
derenť inq̃ꝫtum vnũ nõ excludit aliud: al's ſecꝰ.
qꝛ concipe chr̃m carne ⁊ eſſe dei matrē nõ poteſt
eſſe ſine ſanctitate mentꝫ. Uñ iſta ꝯceptio i Ma
ria eſt optima que eſt carne ⁊ mente. Si em̃ poſ
ſet qs concipe chr̃m carne ſine conceptiõe mentꝫ
fide: nil eſſet. Scđo habuit ꝑfectionē ſctitatꝫ: qꝛ
nulla fuit in hac cõceptõe infectio. ſ. pctĩ origina
lis: qm̃ de ſpũſancto btã virgo filium cõcepit ex
puriſſimo ſuo ſanguine. ꝓpterea angelus dixit
Lu. j. Jdeoqꝫ ⁊ quod naſceť ex te ſanctũ: vocabiť
filius dei. Sanctũ q̃ppe ſm Diony. xi. ca. đ diui
nis noibus: dꝛ illud qđ eſt ab omni immũdicia
liberꝝ ⁊ ꝑfectũ ac mundũ ⁊ immaculatũ Q aũt
concepit ex puriſſimo ſuo ſanguine oſtendiť tri/
pliciter. Primo ex ſnĩa doctorali. Scđo ex exem
plo miraculi reuelati. Tertio exemplo ex ſimili/
tudine naturali. Primo oſtendiť ſnĩa docto/
rali. Jta em̃ cõiť doctores ſentiũt ſup. iij. ſniaꝝ.
diſt. iij. cap. j. vbi magr̃ dicit. Chr̃s inq̃t copula/
uit ex puriſſimis ⁊ ſanctiſſimis ipſius ꝟgis ſan
guinibꝫ carnē animatã aĩa rõnali nõ ſeminans:
ſed ꝑ ſpm̃ ſanctũ creans. Hec ibi. Et eſt ſententia
Damaſceni. Sꝫ queri hic pt de h̃ ꝙ dr: ꝑ ſpiri
tum ſanctũ creans. Quomodo iſte ſanguis diciť
creatus in btã virgine: de quo. ſ. ſanguine factũ
eſt corpus chr̃i: cum ille ſanguis nõ eſt factus đ
nihilo. nam creare eſt aliq̃d ex nihilo facere. Ad
hoc reſpondeť ſꝫ Bonauen. ꝙ hic creare accipiť
ꝑ condere. qꝛ caro chr̃i ꝯdita ē ex illo puriſſimo
ſanguine ſpũſſctĩ ꝟtute ⁊ ptãte. q̃. ſ. ſpũſſctũs cõ
didit ⁊ formauit ſua potẽtia corpꝰ chr̃i nõ extra:
ſed intra eius glorioſa viſcera mẽſibꝫ nouē edu/
cãdũ Sꝫ adhuc q̃riť De q̃ ſanguĩe puro virgi
nali ⁊ q̃uo formatus eſt chriſtꝰ: Reſpondet Jo
annes Nider: allegãs ſniam Alberti magni: ꝙ
ex puriſſimis guttis ſanguĩs cordis virtute ſpi
rituſſancti in eius vterũ ꝑ venas deductꝫ: vt pie
crediť. Et q̃uo hoc: patet in exẽplo imediate ſub/
ſequenti. Scđo g̃ hoc idem oñdiť exemplo mi
raculi reuelati. Nã predictꝰ mgr̃ Joãnes in ſer/
mone ſuo de annũciatõe refert magnũ Albertũ
ſcpſiſſe ꝙ nouit quendã religioſũ ſimplicē deuꝫ
valde timentē: q̃ cũ aliq̃ñ apud ſe miraret̃ de cõ/
ceptione filij dei in vtero virginali: in orõnibus
pluribꝫ rogauit btãm ꝟginē vt certificareť đ illo
Jn nocte igiť natalis chr̃i per eundē prima cele/
brata miſſa: ꝓpe altare vidit lucē magnã ⁊ nobi/
liſſimã dñam dicentē. Quare heſitas ait de con
ceptõe filij mei. Nũ reperies ſcriptũ in euãgelio
ꝙ turbata fuit in ſermone angeli: Motu em̃ na
turali in turbatiõe hominis aſcẽdit ſanguis ad
cor eius in ſolatiũ ipſius cordis ⁊ ꝯfortationeꝫ.
Jn ipſa g̃ turbatione ex puriſſimis guttꝫ ſangui
nis cordis mei oꝑatione ſpũſſancti cõceptus eſt
in me filius dei. Tunc ille attonitus breuiſſi
mis ꝟbis queſiuit Quare hoc: Cui illa benigne
reſpõdit. Ex puriſſimis guttis ſanguĩs cordis
mei ideo cõceptꝰ eſt in meo vtero filius meꝰ: vicꝫ
vt magis diligerē ipꝫ: ⁊ vt magꝫ mererer in paſ/
ſione illiꝰ. Hec (vt ferť) ſm Alb. ſup Miſſus. ſu
per ꝟbo: dñs tecũ. Et ꝑfecto qꝛ iſtđ nõ repugnat
fidei vel ſcpture: ſed ꝯſonat etiam rationi fidei ⁊
pietati: ideo teneri põt. Tertio hoc idē oſtẽdiť
ſimilitudine naturali. Uidemus em̃ ꝙ flores gi
gnunť ſine corruptione ex ſubtiliſſimis humori
bus virgule: ⁊ fructus arborũ ex purꝫ medullis
arboris. ſic chriſtus ex puro virginis ſanguine.
Unde chr̃s Eſa. xj. flori cõparať. Egrediet̃ virga
id eſt btã ꝟgo de radice ieſſe: ⁊ flos de radice eiꝰ
aſcendet. i. chriſtus Deniqꝫ Ariſt. v. li. de aĩali/
bus dr: ꝙ in Arabia eſt q̃dam auis regia ⁊ ma
gna noĩe ormomella: q̃ ſoluꝫ in Arabia habitat:
hec auis guttã emittit ſanguĩs ſui: que tandē in
aduentu ſolaris luminis viuificať: ⁊ ſiľem ſibi
ꝓcreat auiculã. Si g̃ natura id valet facere vt ex
gutta ſanguĩs auis ꝓducať abſqꝫ maris concu
bitu: ſola ꝟtute celeſtis vel ſolaris lumĩs: multo
magis id deus potuit vt ex gutta ſanguĩs beate
virginis corpus chr̃i formareť ſpũſancto id faci
ente Tertio in hac conceptione beata ꝟgo ha
buit ꝑfectionē maternitatis. qꝛ vera ⁊ ꝑfecta mr̃
chriſti extitit. Nam ex hoc aliqua mulier dꝛ ali/
cuius mater ꝙ cũ concepit ⁊ genuit. ſed btã vir/
go chr̃m ꝯcepit ⁊ genuit g̃ eius mater eſt. Unde
Matth. j. Cũ eſſet deſpõſata mater Jeſu Ma/
ria Joſeph. Ubi notandũ ſm Tho. iij ꝑte ſum/
me q. xxxj. arť. iij. ⁊. j. ꝑte. q. xxvij. ar. ij. Q ad hoc
vt aliq̃s ſit pater vel mater requirunť q̃ttuor.

Primo vite generatio. Ex hoc em̃ eſt materni
tatis vel paternitatis ratio: quia viuentem gene
rauit: ⁊ ideo ſcamni mater non diciť lignuꝫ: nec
ignis generans dꝛ mater ignis generati Se/
cundo requiritur ſubſtantie collatio. ⁊ ideo arti
fex non eſt pater vel mater menſe quã facit: quia
nil cõfert ei de ſua ſubſtantia. Tertio materie
preparate adminiſtratio. ⁊ ideo q̃uis homo ſit
de terre limo formatus: non tamen proprie dici/
tur terra mať hominis Quarto nature aſſimi
latio in ſpecie. Uñ capillus vel vermis qui gene
rantur ex homine nõ dicitur filius hominis: qꝛ
non habet ſpecificam ſimilitudinem cum homi/
ne. Ex iſtis rationibus ꝓbatur ꝙ beata ꝟgo ve/
re ſit mater chr̃i. Primo qꝛ viuum genuit: imo
ipſam vitam chriſtum. ſicut ipſe ait Johis. xiiij
Ego ſum via veritas ⁊ vita. Scđo quia de ſub/
ſtantia ſua cõtulit in generatione chriſti ꝓprium

ſanguineꝫ. Tertio q꞉ ꝓparatā materiā ꝓſtitit. ſcꝫ puriſſimū ſanguinē qui chꝛ̄o ꝯueniebat. Quarto q꞉ ſibi ſiĺem in ſpecie ꝓduxit. vñ vera mr̄ chr̄i fuit. Proinde ipſa figurata eſt ꝑ tabernaculum dñi federꝫ in q̄ habitauit deus. De q̄ habet̄ Exo. xxv. ⁊ Heb. ix. ꝙ habuit duas ptes. Prima longioꝛ ⁊ latioꝛ que ſignificat bt̄e Marie corpꝰ ſanctiſſimū. Nam illa pars tabernaculi vocabatur ſctā: cuiꝰ. ſ. Marie ſctitati cōmiſſa eſt latitudo et longitudo totiꝰ mundi. i. hoīm ⁊ angeloꝝ. Secunda pars ꝓpter excellentiā vocabat̄ ſcta ſctōꝝ: q̄ ſignificat aīe Marie ꝑcellentiā. De q̄ Alexā. de Ales ſuꝑ illud Cant. Tota pulcra es: ⁊c. Nequaq̄ꝫ ꝑelegiſſet eā deus niſi eſſet oībꝫ dignioꝛ: deo dilectioꝛ: ⁊ vniuerſis excellentioꝛ.

Capitulum. II.

S Ecundo cōtemplemur ꝑfectionē humanitatis chꝛiſti in qua fuit triplex ꝑfectio in conceptione.

Prima ꝑfectio ſubitanee organizatōis.
Scđa perfectio cōplete animatiōis.
Tertia ꝑfectio diuine felicitatiōis.

Prima inquā ꝑfectio ſubitanee organizatōis: q꞉ cōceptio chꝛiſti non fuit ſicut noſtra. Noſtra quippe cōceptio eſt ſucceſſiua ⁊ in tpe. ꝓpt̄ virtutē defectiuā nature agentis: ita ꝙ conceptio maris nō ꝑficit̄ niſi vſq꞉ ad q̄drageſimū diē: vt dt̄ phs ix. li. de aīalibꝫ. Femie vo ꝯceptio vſq꞉ ad octuageſimū diē vel citra. Aug. vo ſuꝑ Joannē dicit: vt diſt. iij. ſcribit̄ tertij ſniaꝝ: ꝙ marꝫ ꝯceptio ꝑficit̄ q̄drageſimoſexto die. Sꝫ chr̄i cōceptio fuit ſubitanea ⁊ in inſtanti ſm Tho. ſuꝑ iij. diſt. iij. ⁊ Bonauē. di ij. eiuſdē tertij. Richardūq꞉ ⁊ alios ꝯcoꝛditer doctoꝛes. Rō: q꞉ cōceptio chr̄i fctā eſt vtute mirabili ⁊ diuina mirabiliter operāte. ſed vtus mirabilr̄ oꝑans eſt infinita ⁊ operans infinite ac ꝑfectiſſime. Deut. xxij. Dei ꝑfecta ſunt opa. ḡ videt̄ ꝙ eius operatio fuerit inſtantanea. Vñ hec q̄ttuoꝛ in cōceptione chr̄i fuerūt i eodeꝫ inſtanti. ſ. Cōuerſio ſanguinis puriſſimi bt̄e virginis in carnē ⁊ alias partes coꝛpoꝛis chr̄i. ⁊ formatio mēbꝛoꝝ eiꝰ organicoꝝ. ⁊ aīatio coꝛpoꝛꝫ organici ⁊ aſſumptio coꝛꝑis aīati in vnitatem diuine ꝑſone. Vñ Aug. ſicut in li. iij ſniaꝝ ſcribitur: dicit. Jn vtero vgis nō ꝑus caro cōcepta eſt ⁊ poſtea diuinitas venit in carnē: ſed mox vt dei vbum in vterū venit factū eſt caro: ſuata ꝓprietate nature: ⁊ ꝑfectus hō in vitate carnis ⁊ aīe. Hec Augꝰ. Scđa ꝑfectio coꝛꝑis ⁊ hūanitatꝫ chr̄i in eiꝰ ꝯceptu dr̄ aīatiōis. q꞉ in eodē inſtanti q̄ cōcepit bt̄ā vgo coꝛpꝰ chr̄i: fuit ꝑfecte aīatum aīa rōnali in eodē inſtanti creata. Unde Hiere. xxxj. Nouū faciet dñs ſuꝑ terrā: femina circūdabit virū. Virū inq̄t. q꞉ chr̄s in inſtāti ꝯceptiōis fuit tam quo ad liniamenta coꝛpoꝛꝫ ⁊ organa oīa: vt ꝑdictū eſt: q̄ꝫ quo ad oēs vtutes aīe grām ⁊ ſapiam. Sciuit eñ oīa in inſtanti ſue conceptionis. Et circa hec ꝑmiſſa Hoikot ſuper li. Sapie ⁊ Petrꝰ aure. in ſuo cōpēdio. ⁊ doctores ſuꝑ. iij. ſniaꝝ: dicunt ꝑcipua puncta admiratione digna duo. ⁊ his ſuꝑaddit̄ tertiū punctū: ſꝫ Fran. maro. ſermone de natiuitate. Primū punctū ꝙ nunq̄ꝫ fuit aliq̄s puer ita paruꝰ ſicut chr̄s. qm̄ vt ait mgr̄ i. iij. ſniaꝝ. diſt. iij. Mēbꝛorū chꝛiſti diſtinctio in ipſo momento cōceptōis per oīa liniamenta ⁊ organa ꝑfecta fuit: ⁊ tam parua erat ac tenuis ꝙ humano viſui vix poſſet ſubijci. ⁊ diebꝫ illis. ſ. xlvj. ꝑfecte ē aucta ⁊ notabilis facta paulatim creſcendo. Huius patet ratio. q꞉ alij pueri q̄ñ aīant̄ ⁊ ꝑfecte organizātur ſm omnia mēbꝛa: ſunt xlvj. vel ſm Phum. xl. dierū ⁊ ideo tanto fuit minꝰ coꝛpus chr̄i alijs q̄ñ eſt conceptū ⁊ ſtatim animatū q̄ntum infra xlvj dies augeri potuiſſet in vtero. Et ſi q̄rit̄: Unde eſt hoc ꝙ deus coꝛpꝰ illud tamparuū voluit paulatim ad perfectā quantitatē deduci mediante nature oꝑatiōe: ⁊ non fecit ſubito magnū.

Ad h̄ dicendū ſm Bonauen. ſuꝑ. iij. diſt. iij. q. vi. ar. j. ꝙ q̄uis deus facere potuiſſet alio modo: hoc tn̄ modo fecit congrue triplici ratione.

Primo vt ꝯfirmaret fidei veritatē: dum per h̄ oſtendit ꝙ veram ⁊ nō phantaſticā carnē aſſumpſit. Et hoc fuit optimū: quia ſine fidei veritate nullus eſt fructus incarnatōis. Scđo vt commendaret humilitatē: dum dei filius rex regū factus eſt paruulus. ⁊ qui prius nullo indigebat: lacte materno alebat̄ ſicut alij paruuli: ⁊ pannis inuoluebat̄ ⁊c. Et h̄ ē valde optimū. q꞉ ꝓpt̄ h̄ potiſſime de celo dei filius deſcēdit vt ſuperbiā extirparet. Tertio vt conſeruaret vniuerſalem legem ⁊ oꝛdinem. quia deus vnicuiq꞉ nature conceſſit ꝓpꝛiam oꝑationē nec vtit̄ miraculꝭ vbi natura per ſe ſufficiēter poteſt oꝑari. Et q꞉ natura in chꝛ̄o ſufficienter poterat illud coꝛpus ad perfectā quantitatē deducere: ita ꝙ ꝑ hoc nullo mō eius dignitati derogabat̄: idcirco voluit deꝰ vt naturā iuxta vtutem ſibi cōpetentē oꝑari ſineret. Et h̄ q̄deꝫ cōueniebat: q꞉ naturā nolebat perimere ſed reparare. Secundū punctum circa hoc valde notabile eſt ꝙ i tamparuo coꝛꝑe recepta fuit anima: ⁊ tam coꝛpus illud q̄ꝫ aīa diuinitatis vnionē ꝑfectam habebāt in ipſo inſtanti conceptionis. Unde Augꝰ. li. de fide ad Petrū dt̄. Firmiſſime tene ⁊ nullatenꝰ dubites nō carnem chꝛiſti vel animā ſine diuinitate in vtero vginis fuiſſe ꝑus q̄ꝫ ſuſciꝑet̄ a vbo. Tertiū punctū: ꝙ chr̄s plus habitauit in vtero virginis q̄ꝫ alij paruuli tāq꞉ in thalamo ſūme dilecto: eo ꝙ ceteri fetus añ aīationē ꝑ. xl. dies ad minꝰ foꝛmant̄ Chꝛiſtus aūt dante beata virgine aſſenſum fuit ſtatim ꝑfecte foꝛmatꝰ. ⁊ ſic illis. xl. diebꝫ plus habitauit. Tertia ꝑfectio ex pte humanitatꝫ chr̄i fuit ꝑfectio felicitationis. quia in inſtanti ſue cōceptionis aīa eius fuit in ꝑfecta fruitiōe diuinitatis ⁊ ſciuit oīa: etiam ſm ꝙ hō: ⁊ fuit plenꝰ oī grā ⁊ vtute. vñ nō ſolū fuit viatoꝛ ſed etiā cō-

pꝛehenſoꝛ:vt dͨ Aug⁹. Et ratio ẜm Tho.iij.ꝑte
q.xxxiiij.ar.iiij.qꝛ chꝛ̄s in inſtanti ſue cōceptōis
fuit ſimul deus ⁊ hō. Ideo in ſua hūanitate ha
buit aliquid pꝛe ceteris creaturꝭ.ſ.vt ſtatim a pͥn
cipio eſſet beatus ⁊ felix comphenſoꝛ. Vn̄ Pſ.
Btūs quē elegiſti ⁊ aſſumpſiſti ⁊c. Qd̄ ẜm glo.
refertur ad humanitatē chꝛi que aſſumpta eſt a
ꝟbo dei in vnitatē ſuppoſiti. Sed in pͥmo inſtā/
ti ſue conceptionis fuit aſſumpta natura huma
na a verbo dei:vt patebit.ergo ꝓtunc fuit beat⁹
ẜm ꝙ ⁊ comphenſoꝛ. Et ſic patet triplex ꝑfectio
humanitatis chꝛiſti.

Capitulum.III.

t Ertio quoqꝫ in hac ſacroſancta cōceptōe
chꝛi fuit ſumma ꝑfectio ex ꝑte diuinitatꝭ
ipſius chꝛi.quia chꝛ̄s exiſtens in ꝟginis
vtero fuit ita ꝑfectus deus ſicut fuit ab eterno ⁊
erit in eternum:ita gl'ioſus:ita oīm dn̄s:oīa po/
tens:omnia ſciēs:ſuꝑ oīa bonus ⁊ ꝑfectiſſim⁹.
Unde circa hoc ꝓ ītellectu Nota tres veritates
catholicas breuiter declarandas:ne ꝓlixitas te/
diū generet. Prima veritas eſt:ꝙ nulla mu/
tatio facta eſt in deo ex eo ꝙ in vteꝝ virginis ve
niēs incarnat⁹ extitit. Vn̄ Petr⁹ aureoli in ſuo
compen.li.iij.ca.vj. Cum fili⁹ dei in mundum
mittiꝶ:nō fit in deo aliq̄ mutatio:ſed nature hu
mane aſſumptio.qꝛ ipſi⁹ mitti nō eſt ibi eſſe vbi
ante nō fuit:ſed aliter ibi eſſe q̄ꝫ pꝛius fuerit. Et
hec alteritas nō eſt ex ꝑte eius ꝗ eſt:cū ſit īmuta/
bilis.ſed ex ꝑte eius in ꝗ eſt.quia vniꝶ noſtre car
ni. Vn̄ non fit mutatio ex parte dei:ſed ex parte
noſtri. Scꝛiptum eſt em̄ Malachie.iij. Ego de⁹
et nō mutoꝛ. Nec in hoc aduentu eſt loci muta/
tio.qꝛ vbicunqꝫ pꝛius fuit chꝛi diuinitas:ibi eſt
⁊ nunc:et in incarnatione fuit.nam ⁊ poſt incar
nationē in patre eſt ſicut ⁊ ſꝑ fuit. Vn̄ iſta incar
natio in nullo derogat diuīe ꝑfectiōi. Secun
da veritas. In nullo diminuta eſt diuina nobi/
litas ⁊ ꝑfectio ex eo ꝙ humanā naturā aſſūpſit
Vn̄ dͨ Leo papa in ſermone de circūciſione. In
vtraqꝫ natura idem eſt dei fili⁹ noſtra ſuſcipiēs
et ꝓꝑria nō amittēs. Deitas em̄ que illi cum pa/
tre cōis eſt: nullū detrimentū oīpotentie ſubijt:
nec dei formā forma ſerui violauit.qꝛ ſumma ⁊
ſempiterna deitas noſtrā ꝗdē naturā aſſumēs:
nos in ſuam gl'iam trāſtulit.ſed qd̄ erat eſſe nō
deſijt. Hec ille. Exemplū accipe. Si rex magn⁹
cōtrahat cū aliq̄ ꝑſona ſeruili: nō ex hoc minuiꝶ
regis dignitas ⁊ nobilitas.ſed ꝑſona illa ſerui/
lis in copulatiōe regꝭ nobilitaꝶ.ſic patet de He/
ſter ⁊ Aſuero. Ita in ꝓpoſito dei nobilitas nō eſt
diminuta in incarnatione.ſed hūana natura q̄
an̄ erat abiecta ex pctō:ſumme eſt nobilitata.

Tertia veritas ꝙ deus nō eſt diuiſus in īcar
natione:ſed tot⁹ ⁊ ꝑfectus in ꝟginem deſcendit
Vn̄ Oꝛige.ſuꝑ Matth.dicit. Non dimidi⁹ de/
us apud patrē et dimidi⁹ in virgine.ſed vtrobi/
qꝫ tot⁹ ⁊ ꝑfectus. Et ideo in bn̄dicta virgine.xij.

magnalia ſunt ſubſecuta tanq̄ꝫ.xij. pꝛiuilegia ⁊
excellencie:qbꝫ ipſa tanqꝫ coꝛona.xij. ſtellarū in
hac filij dei inhabitatiōe gl'iaꝶ. Primū eſt ꝙ
tota ſctiſſima trinitas ipſam inhabitauit: pater
vicꝫ:filius:⁊ ſpūſſctūs:vt iam dictū eſt. et miro
modo in ipſa oꝑata eſt:cum pater ſibi potencia;
cōcipiēdi tribuit:fili⁹ carnē de ea aſſumpſit:ſpiri
tusſſctūs eā ſctificauit ⁊ carnē chꝛi ꝑfecit. Se
cundū eſt:ꝙ ipſa ita ꝑfectū filiuꝫ ſicut de⁹ pater
habuit.qꝛ idem fuit filius ꝗ fuit eternal'r de pa
tre ſine mr̄e:et tꝑaliter de matre ſine patre: vt dic̄
Oꝛige.et etiā Greg. Tertium eſt ꝙ fili⁹ dei in
vtero btē ꝟginis exiſtēs:ita generabaꝶ a deo pa
tre ẜm diuinitatē ſicut ab eterno erat ab eodem
genitus. Sicut em̄ ſol vbicunqꝫ ſit non deſiſtit
ſuū lumē gignere:et ignis ſuū ſplēdoꝛem: Ita ⁊
de⁹ pr̄ ſuū filiū etiā ꝓtūc cum eſſet in vtero ma/
terno. Vn̄ nō eſt iſta generatio carnalis ſed di/
uinalis.ſicut lumē de lumīe ⁊ de⁹ verus de deo
vero gigniꝶ:vt dͬ in ſymbolo. Quartū eſt ꝙ fi
lius dei exiſtens in vtero ꝟginis ꝓducebat ſpiri
tūſanctū.qꝛ nunqꝫ fili⁹ deſtitit ſpūmſcm̄ ſpira/
re.ſicut nec pater deſtitit vnqꝫ filium generare.
Hui⁹ exemplū ẜm Auguſtinū accipe de igne ꝗ
ſꝫ q̄ꝫdiu eſt nō deſiſtit diffundere ſplendoꝛē et ꝑ
ipm̄ ſuum caloꝛem. Quintū eſt: ꝙ chꝛ̄s habi
tans in ſuo vtero gloꝛificabat oēs angelos ſicut
et deus pater.qꝛ diuinitatis eſſentiam ⁊ trinita
tis gl'iam angeli intuendo gloꝛificabanꝶ ⁊ gau/
debant:ſicut in patre ⁊ ſpūſancto: ita ⁊ in filio.

Sextū eſt: ꝙ filius dei exiſtēs in ſuo vtero cō
ſeruabat totum vniuerſum ſicut ⁊ pr̄ ⁊ ſpūſſan
ctus:cum habeat eandē vim conſeruatiuā. Si
em̄ tūc ceſſaſſet virtus filij ꝟginis: ceſſaſſet etiaꝫ
virt⁹ patris ⁊ ſpūſſancti. Et ſic mūdus tot⁹ an/
nihilat⁹ fuiſſet: vt dͨ Greg.xxvij.moral'. Om̄ia
inq̄t ſtatim in nihilū redigerenꝶ: niſi manu oī/
potentꝭ cōſeruarenꝶ. Septimū eſt: ꝙ fili⁹ be/
ate ꝟginis exiſtens in vtero ſciebat ⁊ comphen/
debat omnia que ſunt:fuerunt: ⁊ erunt in h̄ mū
do:pͥſentia:pͥterita: ⁊ futura. Ibi aīa chꝛi pꝛeui
debat q̄t et qui ſunt hoīes in eum crediturī vel
nō credituri:q̄t fructum ſue incarnationis acce
ꝑturi:q̄t ſaluandi:q̄t dānādi. Ibi ꝑcognoſcebat
q̄t paſſiones ⁊ q̄ꝫ acerbā moꝛtē deberet illa caro
cōcepta ſuſtinere ꝓ redemptiōe generꝭ humani:
q̄t vulnera ſuſciꝑe:quot guttas ſanguīs effun/
dere:q̄t laboꝛes ⁊ fatigia ſufferre ⁊c. Itē cogno/
ſcebat oīm infimoꝝ ⁊ ſuꝑioꝝ coꝛpoꝝ virtutes
et numeꝝ:oīmqꝫ ſpirituū diſpoſitiōes ⁊ oꝛdīes
Et qd̄ maius eſt oībꝫ: Deū in ſua eſſentia vidēs
ꝑfruebaꝶ beatitudine. Octauū eſt : ꝙ chꝛiſt⁹
in ſuo vtero habitans: ſua potentia ⁊ ſapientia
diſponebat totū mundū:et oīa que in mūdo vo
lebat faciebat: ⁊ iudicio decernebat q̄s diues vl'
pauꝑ fieri debet in mundo:q̄s ſeruus ⁊ q̄s dn̄s
quis rex ⁊ pꝛinceps:q̄s moꝛereꝶ ⁊ q̄s viueret. Et
ſic tanqꝫ ſumm⁹ deus oīm gubernatoꝛ. No/

num ꝙ in eius vtero habitauit deus eq̄ magnꝰ et equa maieſtate ſicut in celo ⁊ latiſſimo mūdo. Mirū hoc eſt ꝙ quē celi capere nō poterant: vterus vniꝰ puelle cōtinuit: vt etiam canit eccl'ia.

Decimū ꝙ in ipſa btā ꝟgine ſūmus ſplendor diuine pſentie nō ſolū in aīa: verūetiā in corꝑe mira radioſitate relucebat: ita ꝙ vt dī Bern. ꝓpter ipſam radioſitatē a facie eiꝰ ꝓcedentem Joſeph eiꝰ ſponſus vix reſpicere audebat in faciez eius. Vñ Glo. ſuꝑ illd̄ Mat. j. Accepit Joſeph coniugē ſuam ⁊ non cognoſcebat eā donec peperit filium: dicit. Joſeph inq̄t Mariā facie ad faciem videre nō poterat: quā ſpūſſctūs a conceptione plenꝰ impleuerat. et ideo nō agnoſcebat faciē eius quā deſpōſauerat: donec illiꝰ ꝟtꝰ euacuaret̃. Hec glo. Undecimū ꝙ in ipſa ⁊ ꝑ ipſaz btām ꝟginē humana natura ſūme exaltabatur. q: in aſſūptiōe ꝟbi tātū fuit hūana natura ſublimata vt eſſet eq̄lis deo. lz nō ſit equalis hūanitas diuinitati. q: filiꝰ dei chr̄s equalis eſt deo patri ſm̄ diuinitatem: vt dicit Athanaſiꝰ in ſymbolo. Jmo qd̄ maiꝰ eſt: vnus hō chr̄s eſt ita perfectus deus ſicut tota trinitas. vt dī Augꝰ. j. li. de trini. Qd̄ eſt valde ſtupēdum plus q̄ ſi diceret̃ ꝙ vnus lapis eſt equalis ſoli vl' celo. Hanc eq̄litatem ſaluator declarat Joan. x dicēs. Ego et pater vnū ſumus. Jtem intantū hūana natura exaltabat̃ ⁊ dignificabat̃ in btā ꝟgine ꝙ eſſet ſuꝑ oēs creaturas: et adoraret̃ adoratiōe latrie ab omnibꝫ angelis. q: caro chr̄i ⁊ aīa ꝓpter vnionē ad diuinitatē adoranda eſt adoratione latrie ſic deꝰ: vt volūt doctores cōiter ſuꝑ. iij. li. ſniaꝝ. di. ix. Jtem genꝰ humanū adeo exaltabat̃ ⁊ dignificabat̃ in beata ꝟgine: vt oēs homīes fratres dei ſint appellati. Heb. ij. Non cōfundit̃ eos vocare fratres. Et hoc maximꝰ honor eſt homi: in q̄ excellit angelos. q: angeli tm̄ ſerui dei nominantur ⁊ nō fratres. Heb. ij. Nuſq̄ angelos apphendit: ſed ſemē Abrae. Et ideo poſt incarnationem angelus nō ꝑmiſit ſe adorari ab hoīe Apoc. xxij vbi legit̃ ꝙ cū Joannes voluiſſet adorare angelū: ꝓhibuit angelus ne faceret: videns humanā naturā in chr̄o ſuꝑ angelicā exaltatā. Jn veteri aūt teſtamēto ꝑmiſit ſe adorari ab Abraā Gen. xviij. et a multꝭ alijs. Duodecimū ꝙ btā ꝟgo tāta dignitate ſublimabat̃ ꝙ dñium haberet ſuper omnes angelos ⁊ ſuꝑ oēs homines ⁊ ſuper oēm creaturā mūdi: ⁊ eſſet regina oīm celeſtium et terreſtriū. Et qd̄ eſt maximuz: dñium haberet etiam ſuꝑ deum q̄dāmō et imꝑium tanq̄ mat̃ ſuꝑ filium. Hoc q̄ppe magnū eſt. Sicut em̄ maximū q̄d putaret̃ ꝙ vnus infirmꝰ homo poſſet totā terrā ⁊ totū celū voluere: ita hoc maiꝰ eſt ꝙ vna puella ſic habeat dominiū ſuꝑ celū ⁊ terraz et ſuꝑ deum: vt poſſit q̄dq̄d velit. Bern. O felix Maria data eſt tibi oīs ptās in celo ⁊ in terra: vt q̄cquid voluerꝭ valeas efficere. Euigila ergo o aīa fidelis: leua oculos mētꝭ tue ⁊ vide ac conſidera diligenter q̄ntum debeas beatam ꝟginē venerari: q̄nta deuotione ſibi ſeruire: quanta reuerētia eam extollere: et oī laude digniſſimā extimare. Uide q̄ntum debeas eam amare q̄ deum tuū: redemptorē tuū: gaudiū tuū: glorificatorē ⁊ ſaluatorem tuū dulcem Jeſum tanta dignitate cōcepit ⁊ in vtero portare meruit: tātū tibi fructum: vtilitatē ⁊ dignitatē attulit. O q̄d putas: nonne diligeres eū ⁊ ſeruires ei qui tibi vnā dignitatem regiaz pſtaret ⁊ ad eam ſublimaret in hoc mūdo: Multo maiꝰ eſt regnū multo ꝑcioſius ⁊ durabiliꝰ: quia regnum eternuz ⁊ celeſte. Multo maior dignitas incomꝑabiliter quam habes ꝑ btām ꝟginem. O itaq̄ feliciſſima Maria. O bñdicta dña: tibi ī ꝑſona oīm noſtꝝ laudes dico ⁊ grās ago ꝓ tāto bñficio. Te q̄dē benedico ⁊ glorifico in eternū. Bñdicta tu in filio Bñdicta tu in corꝑe. Bñdicta tu in aīa. Bñdicta ſis in celo ⁊ in terra: que bñdictionem in oībus peꝑiſti Amen.

Articulus tertius de mirabili condicione incarnationis diuine ⁊ conceptiōis chr̄i.

Tertium myſteriū

pͥncipale in hac ꝑte declarandū dicit̃ myſteriū admiratiōis. Fuerūt quippe in hoc cōceptu dñico miranda plurima que humanum excedunt intellectū: et humane mentꝭ īdaginem rapere habent in exceſſuz ſtuporis. Et p̄cipue notantur duodecim miranda in hac conceptione ſacratiſſima: quibꝫ beata virgo Maria tanq̄ duodecim ſtellarū corona gloriat̃ in ſua conceptiōe mirabiliter celebrata. De quibꝫ q̄dez ſatis valde breuiter ꝓcedere intendo: ne tedium lectori vel audienti prolixitas faciat. Et vt melius capiatur: in tres quaternarios diuiduntur. Primus ſe tenet ex parte diuinitatis. Secundus ex parte incarnationis vel vnionis. Tertiꝰ ex parte maternalis conceptiōis. Nam Primo ex parte dei fuit in hoc cōceptu quadruplex ſtupor et admiratio.

Primus ſtupor miſerationis.
Secundus ſtupor humiliationis
Tertius ſtupor ꝑſonatiōis.
Quartꝰ ſtupor indiuiſibilis vnionis.

Jtem ex ꝑte incarnationis vel copulationis fuit ſimilr̃ q̄druplex ſtupor. vt ſequit̃

Primus ſtupor imꝑmixtionis.
Secundus ſtupor cōicationis.
Tertius ſtupor totalis aſſumptiōis.
Quartus ſtupor partialis hūificatiōis.

Tertio quoq̄ ex ꝑte maternalis conceptionis fuit q̄druplex ſtupor. vicz

Primus virginalis fecundationis
Scd̄s corꝑalis ꝑfectionis.
Tertius ſtupor ſpūalis repletiōis
Quartꝰ ſtupor incōpaſſibilis cōiunctiōis.

Capitulū.I.

p Rimus ſtupoꝛ miſerationis. Mirabile qdē ⁊ ſtupendū eſt ꝙ deꝰ q̄ ꝑ q̄nq̧milia annoꝝ cōtinuerat in ira ſua miſcḋias ſuas: nō flexꝰ lachꝛymis: nō ꝑcib̾ indinatꝰ: nō miſerijs cōmotꝰ ſctōꝝ patrū aut hūani generꝭ. In hac tn̄ incarnatione miſertꝰ eſt homi. et ait illud Exo. iij. Deſcendi vt liberarē ꝓpl'm meū. Quātū aūt ſit indinatꝰ deus ad miſcḋiaꝫ ꝑ hāc incarnationē: oſtēdiꝭ tripl'r. Primo expimētali cognitōe Scḋo ſcp̄ture atteſtatiōe. Tertio exēplari oſtenſione. Prīo expimentali cognitiōe. Expꝛtū em̄ eſt teſtāte ſacra ſcp̄tura ꝙ deꝰ fuerit circa hoīes mitigatꝰ: qm̄ antea in veteri teſtamēto multuꝫ ſeuere puniebat pctā hoīm Nā ꝓ vno pctō Adā et totā eiꝰ poſteritatē moꝛte dānauit: ⁊ plꝰ q̧ q̄nq̧milib̾ annoꝝ oēs in infernū detruſit q̄tquot moꝛerenꝭ ex filijs Ade. Item ꝓ vicio gule ⁊ eſu carnium ꝑcuſſa ē a deo magna ſtrages ꝓpl'i Nume. xj. Et ꝓ pctō Achoꝛ. xxxvj. hoīes ꝑierunt Joſue. vij. Et ꝓ ſodomitico vicio q̄nq̧ ciuitates ⁊ villas eaꝝ ſubuertit. ⁊ totū mundū deꝰ diluuio ꝑemit. Nūc ṽo q̄ntum ſuꝑabundāt pctā hoīm q̄t adulteria. q̄t ſodomie. q̄t iniq̄tates ⁊ vicia vſq̧ ad ſummū excreuerunt in mundo: ⁊ tn̄ miſericoꝛs deꝰ expectat lōganimiter vt cōuertanꝭ homines. Scḋo ſcp̄ture atteſtatiōe. Tit. iij. Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoꝛis nr̄i dei nō ex opib̾ iuſticie q̄ fecimꝰ nos: ſed ſḋm ſuā miſcḋiam ſaluos nos fecit. Tertio h̄ oſtendiꝭ exemplari declaratiōe. Accipe o hō hoc tibi exēplū. Si vnꝰ rex potentiſſimꝰ vnicā filiā ſuā pulcerrimā tibi cuſtodiendā cōmēdaret: tu ṽo eam foꝛnicatiōi traderes inimicꝭ regꝭ: et inſuꝑ eā occideres: nōne magnū q̄d ꝯ regē offēderes? Poꝛro ꝓ tāto ſcelere rex te īcarceret ⁊ q̄tidie affligat: et tādē moꝛti crudeliſſime ſeruet te tradendum. Penſa iā qḋ ſequiꝭ. Nōne maxia demētia ⁊ miſericoꝛdia regꝭ eſſet: ſi tibi q̄ es inimicꝰ eiꝰ: in tanta afflictiōe poſito ⁊ moꝛti deputato: cōpatereꝭ adeo: ꝙ vnicū ſuū filiū de ſuo ſolio regio faceret ꝓ te deſcēdere in carcerē: et tuū habitū: vincula ⁊ flagella tua ipſe ꝓ te ſuſciꝑet ad regꝭ voluntateꝫ pꝛo te q̄ꝫ tuā penā quā demereretꝭ lueret: et ꝓ te turpiſſima moꝛte filiū occidēdū traderet vt te liberaret ⁊ inſuꝑ te in ſuū regnū exaltaret ⁊ in filium adoptatū regnaturꝝ ſecū ꝑficeret. Uere maximū h̄ tibi opꝰ miſcḋie ⁊ bn̄ficētie eſſꝫ ⁊ īdicibile. Sic fecit tibi deꝰ: tibi filiā ſuā tradidit cuſtodiendā. i. aīam rōnalē ad imaginē ſuā ṽtutibus oꝛnatā. tu ṽo demonib̾: dei inimicꝭ eā ꝓſtituiſti ꝑ varia vicia. ꝓpter qḋ miſeriā huiꝰ vite ⁊ tandē et̄nū cruciatū demeruiſti. Sed ecce q̄nta erga te o hō dei miſcḋia. Ecce q̄nta pietas. ecce q̄nta charitatꝭ dulcedo. cōpatiendo tibi: vnicū filiū chr̄m ꝓ te tradidit vt ꝓ te affligaꝭ: ꝓ te moꝛtē patiaꝭ vt te liberet. et cū eſſes inimicꝰ dei: filiꝰ effice reris: etetnal'r in ſuo regno celeſti regnaturꝰ. O igitur magna dei miſeratio ⁊ hūanū excedēs intellectum. Un̄ Greg. in ꝑfatōe paſcali. O diuīe pietatꝭ ſumma dignatio: vt ſeruū redimeres tradidiſti filium. Patet ḡ q̧ mira ſit dei miſeratio.

Capitulum. ij.

s Ecundus ſtupoꝛ eſt hūiliatōis in hac incarnatōe. Stupendū q̄dem ⁊ mirabile ē de tāta dei hūiliatiōe vt fieret hō deꝰ. Cū em̄ nil viliꝰ ſit carne hūana: ⁊ tn̄ eā aſſumere ⁊ ſibi vnire dignatꝰ ē. Nōne mirāduꝫ ē ꝙ dn̄s oīm factꝰ ſit tā hūilis vt eſſet ſeruꝰ oīm? Nōne mirandū eſt ꝙ oīpotēs deꝰ factꝰ ē q̄ſi īfirmꝰ: īmoꝛtalis et impaſſibil' ſe hūiliauit ad paſſionē ⁊ moꝛteꝫ: vilē carnē induit: ⁊ ꝓ nob̄ q̄ſi abiectꝰ ṽmis ē factus: ipſo teſte ꝑ Ps. Ego āt ſū ṽmis ⁊ nō hō: oꝓꝓbꝛiū hoīm ⁊ abiectio plebis. Hoc ē q̄d dr̄ apl's Phil. ij. Exinaniuit ſemetipm̄ foꝛmā ſerui accipiēs.

Capitulū. iij.

t Ertiꝰ ſtupoꝛ ꝑſonationis. ſ. duaꝝ naturaꝝ ⁊ ſubſtātiaꝝ vna ꝑſonatio. In chr̄o em̄ etſi ſunt due nature. ſ. diuīa ⁊ hūana: nō tn̄ eſt niſi vnū ſuppoſitū ⁊ vna ꝑſona. Natura q̄ppe hūana non ꝑꝰs fuit cōdita q̧ aſſūpta ī chr̄o: vt ꝑdictū eſt. ij. arti. q̄re nunq̧ fuit perſona antea: vt docet mgr̄ in. iij. diſt. v. Et ſic ꝙ natura hūana diuīo ſubſiſtat ſuppoſito: eſt valde ſtudēdū. De hoc Athanaſiꝰ in ſymbolo. Licꝫ chr̄s ſit deꝰ ⁊ homo: non duo tn̄ ſed vnꝰ eſt chr̄s. Unus aūt nō vnitate ſubē: ſed vnitate ꝑſone. Nā ſicͣ aīa rōnalis ⁊ caro vnꝰ eſt homo: ita deꝰ ⁊ homo vnꝰ eſt chr̄s. Et hoc eſt mirandū.

Capitulum. iiij.

q Vartꝰ ſtupoꝛ indiuiſibilis vnionis Sic em̄ vniuit ſibi deꝰ naturā hūanā vt nunq̧ ab ea ſepareꝭ. Un̄ Damaſc. dr̄. Quod ſemel aſſumpſit nunq̧ dimiſit. Nā lꝫ paſſionis tꝑe aīa a coꝛꝑe ſit ſeꝑata: neutꝝ tn̄ a diuinitate. Et hec vnio ſtabit ſempiternaliter vt nunq̧ deſinat deꝰ eſſe verꝰ homo. Ex q̄ ſequiꝭ ſtupendū illud: ꝙ in nulla natura īdiſſolubilioꝛ ⁊ maioꝛ reperitur cōiunctio q̧ hec vnio bn̄dicta pēſata cū cōicatione idiomatꝭ q̄ eſt in hac ſacra vnione. O igiꝭ q̧ magna dei charitas erga noſtrā naturā

Capitulum. V.

q Uintus in hac incarnatiōe eſt ſtupoꝛ imꝑmixtionis. ſ. naturaꝝ. q2 vt dr̄ Leo papa in ſermone de natiuitate Salua inq̄t ꝓꝓꝛietate vtriuſq̧ ſubſtantie in vnitatem ꝑſone ſuſcipiꝭ a maieſtate hūilitas: a ṽtute īfirmitas: ab eternitate moꝛtalitas. et ita: vt nec ſuꝑioꝛem minueret incarnatio: nec inferioꝛē ꝯſumeret glorificatio Et hoc certe ſtupendū ⁊ mirandū eſt. q2 gutta aq̄ infuſa mari: nomē amittit ⁊ naturaꝫ. ⁊ tn̄ natura hūana mari infinito. i. deo ꝯiūcta: nomen detinet ⁊ naturā. vt ſine naturaꝝ iſtaꝝ. ſ. diuine et hūane cōmixtiōe ⁊ cōfuſione vtraq̧ permaneat in vna ꝑſona q̄ eſt chr̄s deꝰ ⁊ hō.

Capitulum. VI.

ſ Extus ſtupoꝛ cõicationis.ſ.idiomatum. Oꝛige.li.iiij. ſuꝑ epl'am ad Rhoma.dicit Propter indiſſolubilē vnitatē ꝟbi ⁊ carnis: oīa q̄ carnis ſunt attribuunt̄ verbo: ⁊ oīa q̄ ꝟbi ſūt ꝑdicant̄ de carne. Et Augꝰ.j. de trini.ca.xiij.dr. Talis eſt illa aſſumptio hūanitatꝭ a diuinitate in chꝛo vt deū hoiem faceret ⁊ hoiem deū Ex q̄ patet ꝙ tali vnione facta eſt cõicatio idiomatū: vt q̄ dicunt̄ de deo: dicant̄ de hoie. et ecõuerſo: ſaltē cõcretiue. Facta em̄ eſt cõicatio Primo q̄ ad ꝑfectiões eſſentiales. vt hō eſt ſpūs infinitꝰ: et deus eſt coꝛpꝰ. Scdo q̄ ad ꝓprietates accidētales. vt deꝰ eſt albꝰ: ⁊ hō eťnꝰ. Tertio q̄ ad actiões. qꝛ actiões naturarū cõicant̄ ad īuicē. vt hō creat: ⁊ deꝰ comedit. Quarto q̄ ad paſſiones. qꝛ ex q̄ in actiõibꝰ ē cõicatio: erit et in paſſionibꝰ. Et ſic vere dr: deꝰ paſſus: deꝰ moꝛtuus. lꝫ nõ deitas moꝛtua. et dr hō eternaliter generatꝰ. Ualde mirāda ſunt iſta ⁊ ſtupēda ac veneratiõe ⁊ dilectione digniſſima.

Capitulū. VII.

ſ Eptimꝰ ſtupoꝛ totalis aſſumptõis. quia in atomo.i. in indiuiſibili facta ē totiꝰ hominis aſſumptio. vt dr Damaſce. qꝛ nõ priꝰ coꝛpꝰ q̄ aiam vel ecõtra: ſed ſil' coꝛpꝰ ⁊ animā aſſumpſit deꝰ. Ad qđ ſtupendū eſt ſecutum illud ꝙ coꝛpꝰ chꝛi in inſtanti eſt ꝑfecte oꝛganizatū: animaqꝫ in eodē inſtāti de nihilo creata ⁊ in eodem inſtāti coꝛꝑi infuſa: atqꝫ in eodē inſtāti diuinitati vnita ſunt: ſm qđ ſupra patuit ꝑ magiſtrū in. iij. diſt. iij.

Capitulum. VIII.

o Ctauꝰ ſtupoꝛ partialis btificatiõis. qa aīa chꝛi q̄ ad ꝑtē ſuꝑioꝛē fuit btificata: et in parte īferioꝛi fuit doloris ꝑceptiua. Habuit qꝫ ſapiam infuſam oīm: ⁊ diuinitatis plenā cõicationē ſm oēm ꝑfectionē. Uñ Col'.j. In chꝛo habitat oīs plenitudo diuītatis. Et iſta tria fuerūt valde miranda. vicꝫ Q chꝛs in inſtāti ꝯceptõis oīa ſciuit. iij. ſniaꝝ. di. xiij. nec poſtea ꝓfecit q̄ ad habitū ſciē: ſed tm̄ q̄ ad expimentuꝫ. Itē ꝙ fuit btūs in poꝛtõe ſuꝑioꝛi ⁊ diuinā eſſentiā intime vidēdo ꝑfruebat̄. Et cū hoc ꝙ in inferioꝛi ꝑte rõnis nõ fuit btūs ſed doloꝛē ſentiebat vt dr mgr̄. iij. ſniaꝝ. diſt. xv. Hoc ē qđ dr Augꝰ. vicꝫ ꝙ tota vita chꝛi ab inſtanti cõceptiõis crux erat ꝓpter doloꝛē quē habebat. Tū ꝓ paſſiõe futura ⁊ iminenti. Tū ꝓ materna cõpaſſione. Tū qꝫ ꝓ hoim ingratitudine ⁊ malicia. Et ſic d alijs ſimilibꝰ. Sicut aget̄ de hoc latiꝰ alio opuſculo: tractatu de paſſione.

Capitulum. IX.

n Onꝰ ſtupoꝛ ꝟginalis fecūdatiõis. Mirū qdem eſt ꝙ ꝟgo cõcipiat: ꝟgo pariat: virgo lactet. Uñ Oꝛig. in Omel'. ſuꝑ illđ Matth. Cū eſſet deſpõſata ⁊c. dr ſic. O magne admiratiõis gr̄a. O inenarrabilis ſuauitas. O ineffabile ſacr̄m: ipa eſt eadē mr̄: ipa eadē virgo: ipſa genitrix ⁊ ancilla: ipſa genuit deum ⁊ hominem. Quis vnq̄ꝫ audiuit talia. quis vnq̄ꝫ potuit vt virgo eſſet ⁊ mater imaculata: mater ⁊ icoꝛrupta: mat' vnigeniti filij dei dñi nr̄i Jheſu chꝛiſti q̄ eſt in celis ſm diuinitatē in ſinu pr̄is: et eſt ī terris ſm carnē in ſinu matris: in celis de pr̄e ſine matre genitus: ⁊ in terris de matre ſine patre generatus. Hec ille.

Capitulum. X.

d Ecimꝰ ſtupoꝛ coꝛꝑalis ꝑfectiõis. Mirū em̄ ⁊ ſtupendū ꝙ tāta ꝑfectiõe conceptio ꝟginis fieri valeat: vt.ſ. ex puriſſimis ſanguinibꝰ ꝟgo ꝯcipiat: ⁊ nõ niſi a ſpūſancto concipiat: et nõ niſi deū ⁊ hõiem veꝝ cõcipiat. Deniqꝫ in inſtanti cõceptiõis ꝑfectū habeat filiū ſm oīa coꝛꝑis liniamenta: ⁊ mox aīatum coꝛpus et deitati vnitū. vt iā pluribꝰ vicibꝰ ē replicatum.

Capitulum. XI.

v Ndecimꝰ ſtupoꝛ ſpūalis repletiõis. Mirū em̄ eſt ꝙ mater ipa ꝟgo ſit repleta gratia ſpūſſancti: adeo vt ſine omni pondere et ġuamie baiulauerit filiū: ⁊ totaliter mēs eius ad ſuꝑna fuit euecta: ſumme conſolata ⁊ refecta tanq̄ꝫ q a deo ē inhabitata ⁊ oībus donis plena. Et preterea filiꝰ eiꝰ chꝛs Jeſus in inſtāti ꝯceptiõis fuit plenꝰ diuinitate ⁊ ꝑfectꝰ hō vtēs rõne. iuxta illđ Hiere. xxxj. Femina circundabit viꝝ. vt ſ. tactum eſt.

Capitulum. XII.

d Uodecimꝰ ſtupoꝛ incõpaſſibilis cõiūctiõis. qꝛ vicꝫ cõiūgunt̄ in hac ꝯceptiõe illa ⁊ talia ꝯria q naturalit̄ nullo mõ ſe cõpatiūt̄ ī eſſe alicui. vicꝫ moꝛtalitas ⁊ īmoꝛtalitas Itē paſſibilitas ⁊ īpaſſibilitas. Itē eťnitas ⁊ tēpoꝛalitas. Itē creatoꝛ ⁊ creatura. oīpotēs ⁊ īfirmꝰ. dñs oīꝫ ⁊ ſuꝰ oīꝫ: vt dici valeat d h illđ. Ps. Sil' in vnū diues ⁊ pauꝑ. Preťea ꝯcurrūt ꝟginitas ⁊ mr̄nitas: caſtitas ⁊ fecūditas: vt merito de ea dicat̄ illđ Sap. iiij. O q̄ꝫ pulcra ē caſta generatio. Uide qꝛ vtrūq̄ꝫ iūgit ſcꝑtura. qꝛ dic̄: caſta ꝑ ꝟginitatē: ⁊ gn̄atio ꝑ mr̄nitatē Deniqꝫ q̄d āpliꝰ dicere valeā: q̄d hac nouitate maiꝰ: q̄d excellentiꝰ effari q̄am: q̄d iocūdiꝰ ⁊ q̄d mirabiliꝰ hac fama veridica īſonari põt: ꝙ deꝰ factꝰ eſt hō ⁊ cõiunctꝰ limo: vnitꝰ ē nr̄e nature hūane: ⁊ ꝟbū dei factū eſt caro Joh. j. O mirabile dictu. O ſtupēduꝫ ⁊ iauditū nouū. Quid miſer homūcio exiſtimas: q̄d ī hac re cogitas? Pro te nimiꝝ o miſer. ꝓ te o fidelis aīa. ꝓ te o vilis pctõꝛ factū ē tā grande miraculū tā inuiſum a ſeculo ſpectaculū: tā inauditum nouū. Pro te inquā: qꝛ ꝓ tua vtilitate: ꝓ tua ſalute ⁊ gl'ia. ſed et ꝓpter te: qꝛ ꝓpter tuuꝫ amoꝛeꝫ: ꝓpter tuā charitatē. Suꝑ q̄ btūs Bern̄. admirās ⁊ exclamās ait. O ſtupēdū mirabileq̄ꝫ ſacr̄m: ſummꝰ oīm factꝰ ē imus oīm. ⁊ q̄d h fecit niſi amoꝛ? Ecce duo parit̄ noua iocūda nob dr. qꝛ ⁊ ſummꝰ factꝰ ē imꝰ: ⁊ h ꝓ nr̄o amoꝛe: vt nos faciat ſūmos īdigniſſimos. O deꝰ magne. O Jeſu bone: q̄ntū te diligere debeamꝰ q nos tātū dilexiſti. vere magna et mirabilia oꝑa tua dñe: tu

dñe mirabiliter mundũ creaſti: mirabil'r hoiem ad imaginẽ tuã feciſti: ⁊ certe mirabiliſſime hoïez redemiſti: vtinã deꝰ meus tibi aliqd dignũ vel modicum pro tanto beneficio retribuere valeat anima mea. Sed heu heu mi dñe: prohdolor ⁊ prohpudor. q2 vnuſqſq3 noſtꝝ decliauit a te in viã ſuã: alius in auariciã: alius in luxuriã: alius in irã: aliꝰ in gulã. et in cetera vicia. Reddidimꝰ odiũ ꝓ dilectiõe tua: teipſo teſte ꝑ os Pſ. Quid ẽ̃ chariſſimi: qd facturi ſumꝰ: Audite ſanũ cõſiliũ dauid. Venite adoremꝰ ⁊ ꝓcidamus añ deum: ploremꝰ corã dño q̇ fecit nos q2 ipe eſt dñs deꝰ nr: poccupemꝰ faciẽ eius in cõfeſſiõe. Clamemus oẽs in celũ ad deũ ⁊ dñm noſtꝝ Jeſũ chriſtũ Jpſe em̃ piꝰ ⁊ miſericors eſt ⁊ pſtabilis ſuꝑ malicia hoim Joel. ij. Studeamꝰ ei gr̃as ꝓ tanto bñficio agere. Studeamꝰ eũ ſuꝑ oĩa diligere: ſed ⁊ viribꝫ oĩbꝫ conemur eiꝰ dilectiſſimã matrẽ venerari ⁊ ei ſeruire: vt eius precibꝫ digni efficiamur in celeſti patria cum eodẽ ſuo filio regnare in ſecula ſecl'oꝝ Amẽ. Et ſic eſt finis ꝑ dei graciã ⁊ btẽ ꝟgis auxiliũ huius ꝑmi libri. Plura alia poſſent circa hãc materiã cõcurrere ſcribẽda de chri icarnatiõe ⁊ eiꝰ natiuitate: q̄ tñ h̄ ꝑtrãſeo q2 deo duce in alijs voluminibꝫ ero tractaturꝰ de illis. Hic cũ breuitatꝫ dicta ſufficiãt.

Jncipit Liber ſecũdus de gaudioſa viſitatione Marie.

S Ecundo Libro

agitur de myſterio gaudioſiſſime viſitatiõis btẽ ꝟgis. Jn q̃ qͥdẽ tres ꝑtes poni libeat ⁊ diſtingui: ẜm ꝙ tria ꝑncipalia videnꝭ eſſe facta in hac ſacra ꝟgis viſitatiõe. Prio qͥppe ab Eliſabeth ſolenil'r virgo ipſa cõmedaꝭ. Scdo ipſa bñdicta ꝟgo multipl'r iocũdaꝭ. Tertio gratiarũactio ꝓ ipſo bñficio diuĩe incarnatiõis decantaꝭ. Propterea ꝑma ps huiꝰ libri eſt de ipa btẽ ꝟgis cõmẽdatione. Scda de eiuſdẽ ꝟgis ineffabili iocũdatiõe. Tertia de eiꝰ cantico ⁊ gratiarũactione. vt patebit in ꝓceſſu libri.

Prima pars ſecundi libri de cõmẽdatiõe beate Marie q̄ ſctã Eliſabeth in tꝑe viſitationis ipſam cõmẽdauit tam de dei maternitate q3 de virginitate q3 etiã de virtuoſitate.

V Nde mihi hoc vt

veniat mater dñi mei ad me. Lu. j. ca. Verba iſta dicta ſunt a btã Eliſabeth ſene Joãnis vicʒ matre de ꝟgine glioſa qñ viſitauit ipſa virgo eã: cuiꝰ viſitationis feſtũ recoliꝭ ab eccl'ia. Jn qbꝫ qͥdẽ ꝟbis tãgunꝭ ⁊ ĩſinuatiue eliciunꝭ tres ꝑcipue rõnes ꝓpter qs ſũmo honore debeamꝰ feſtũ ſacratiſſime viſitatiõis celebrare. ſicut ⁊ ipa btã ſenex Eliſabeth propter has rationes ſtuduit bñdictã ꝟginẽ Mariã in hac viſitatione ſummo honore excipꝑe: ac deuotiõe intima cordis cõmẽdare.

Prima ratio noſtre humilitatis

Scda ratio vtilitatis.

Tertia ratio dignitatꝫ.

Prima eſt rõ nr̃e hũilitatis. Voluit qͥppe deꝰ vt ſicut vna mulier q̄ erat mr̃ viuentiũ Eua ſuꝑbierat intantũ ꝙ ſciam dei appetierat Gen. iij. Eritis ſic dij ſciẽtes bonũ ⁊ malũ. et ſic diuinã eqlitatẽ appetẽdo dãnauerat nos: ita ſꝑ eſſemꝰ ſubiecti ⁊ hũiliati ſub vniꝰ hũillime puelle ꝟgis poteſtate: ꝑ quã ſaluaret nos: adeo vt nil habere boni poſſemꝰ niſi ipa mediãte. btõ Bern. dicẽte in opuſculis de laude ꝟgis. Nil (inqͥt) deus voluit nos hr̃e qd nõ ꝑ manꝰ Marie dinoſcereꝭ trãſire. Et iteꝝ dt idẽ Bern. Altiꝰ intuemĩ q̄nto deuotiõis affectu voluit deꝰ a nobis honorari Mariã: vt oĩm bonoꝝ plenitudinem poſuerit in ea. Jpſa iure ꝑncipaꝭ vniuerſis: deo vt mr̃: nobis vt mediatrix: et creaturꝫ oĩbꝫ vt dña ꝓpoſita a creatore. Jtaq3 chariſſimi recognſcamꝰ nos eſſe ſubiectos btẽ ꝟgini. et qcqͥd habemꝰ vel hr̃e poſſumus: nõ niſi ꝑ ipſam hr̃e vel habituros. Et iõ eã honoremꝰ: eã deuotiꝰ diligamꝰ: et in hac ſui feſtiuitate dulci corde eidẽ deſeruiamꝰ. Hãc humilitatẽ recognouit Eliſabeth cum ait. Vñ mihi hoc. q. d. ẜm glo. nil ſe tãti meriti hr̃e vt digna fieret a tãta hoſpita viſitari. Scdo ad deuotiſſime excipiendũ hoc feſtũ inducit rõ vtilitatis. Quid nẽpe ꝑ hoc ꝙ btã ꝟgo in ſuo vtero chr̃m portans viſitauit Eliſabeth: et Joannẽ in ſuo vtero exiſtẽtẽ: qd aliud daꝭ intelligi ⁊ ſignificari niſi ꝙ ipa bñdicta ꝟgo parata eſt viſitare cũ ſuo filio oẽs electos ꝑ gr̃az ſpecialẽ: Et demq3 ſicut Eliſabeth ⁊ Joãnes in eiꝰ viſitatiõe repleñꝭ gratia ſpũſſcti: ita oẽs ab ea viſitati q̇ honorifice ſuſcipiũt ipſam in corde deuoto: ſpeciali gr̃a remunerantꝭ. Propt̃ea eccl'ia in hodierno officio eiꝰ viſitationẽ petit dicens. Jeſu redẽptor optĩe ad Mariã nos ĩprime: vt mũdi aduocata pari forma nos viſitet ſicut fecit Eliſabeth. ꝑ ſummã pietatẽ: mores ⁊ actꝰ dirigat: et ad celos alliciat ꝑ gr̃am collatã. Hec ibi. Hoc inſinuat Eliſabeth cũ in ꝟbis premiſſis dt. Vt veniat ad me. quaſi optãdo eiꝰ aduentũ ꝓpter fructũ ⁊ vtilitatẽ inde ꝓuenientẽ. Tertia rõ dignitatis. q2 inqͥt mat̃ dñi mei. Debemꝰ nẽpe ob honorẽ dñi nr̃i eiꝰ feſtiuitatẽ celebrare: qm̃ ipa mr̃ dñi ⁊ dei noſtri ẽ. et iõ vt Damaſce. dt. Honor q̄ mr̃i Marie deferꝭ: filio q̄ ex ipa ẽ exhibeꝭ. Tãtã igiꝭ Eliſabeth ſui hũilitatẽ ⁊ ĩdignitatẽ recognſcẽs: tãtã viſitationis ꝟginee vtilitatẽ ꝑpẽdẽs ac tãineffabilẽ eiuſdẽ ꝟginis dignitatẽ: admirãdo exclamauit ſpiritu ſancto edocta. et dixit verba ꝑmiſſa Vñ mihi inquit hoc vt veniat ⁊c̃. Jtaq3 ꝓ pñti ſermone intendentes loq̇ de btẽ ꝟgis cõmendatiõe q̄ eã ſctã iſta ml'ier Eliſabeth collaudãdo extulit: tria

myſteria declaranda ꝓponunt̃ ſm ꝙ de his tribus eã fore cõmendatã ſacri euãgelij textꝰ eloquitur ꝑ hac eius viſitatiõe glioſa.
Primũ dr myſteriũ maternal' dignificatiõis.
Scõm dr myſteriũ ꝟginalis bñdictiõis.
Tertiũ dr myſteriũ ꝟtualis brificatiõis.

Articulus pmꝰ de dignitate maternali Marie vbi oſtẽdit̃ ꝙ btã Maria ſit vere mr̃ dei appellanda. et vñ ac ꝗlibꝫ meritis hoc meruerit.

Capitulum. I.

PRimũ myſteriũ dr maternalis dignificationis. Hac quidẽ ſũma dignitate maternali ipſa ꝟgo ſacratiſſima ẽ in hac viſitatiõe honorata et cõmẽdata a ſctã Eliſabeth: cũ ait. Unde mihi hoc vt veniat mr̃ dñi mei ad me? Quid nẽpe maiꝰ hac dignitate: qd excellẽtiꝰ hoc honore: quid ve mirabilius ⁊ ſublimiꝰ hac cõmẽdatiõe: ꝙ ipſa dei ⁊ dñi oim creatoris mater nomiaret̃ ⁊ de facto foret.
Circa qd tria q̃runt̃. Prima q̃ſtio Utrũ btã ꝟgo Maria ſit vere dei mater ⁊ genitrix appellãda? Scda q̃ſtio Utrũ ipa ꝟgo ſacra hoc meruerit vt ſit mat̃ dei electa? Tertia q̃ſtio Qualibꝫ bonis ipa deo tantũ placuerit ꝙ foret in matrẽ acceptãda. Ad pmã q̃ſtionẽ q̃ q̃rit̃ vtrũ virgo beata ſit vere mr̃ ⁊ genitrix di appellãda. Tu hõ poſſes arguere ꝙ non: duplici rõne. Primo ſic Btã ꝟgo nõ eſt mr̃ chri niſi ſm id qd chrs accepit ab ea. ſed non accepit ab ea diuinitatẽ: ſed tm̃ hũanitatẽ. ergo nõ debet dici mr̃ dei. ſed mr̃ hois. Scdo ſic. In deo ñ differt deꝰ ⁊ diuinitas: imo ſunt idẽ realiter. ſed btã ꝟgo ñ põt dici mr̃ deitatis. qr deitatẽ nõ genuit. ergo nõ põt dici mater dei.
In cõtrariũ eſt Damaſce. iij. li. ca. xij. vbi dicit Theotocon. i. dei genitricem pncipaliter ⁊ vere ſctãm Mariã pdicamꝰ ꝟginẽ. vñ ⁊ eccl'ia canit. Poſt partũ ꝟgo inuiolata ꝑmãſiſti: dei genitrix intercede ꝑ nob. Ad q̃ſtionẽ ergo dicẽdũ ſm Bonauẽ. ſup. iij. di. iiij. q. vi. ar. vi. et cõcor. Tho. di. iiij. eiuſdẽ. iij ſen. ar. ij. Atqꝫ. iij. pte ſũme. q. xxxv ar. iiij. et cõiter oẽs doc. Q verba fidẽ chriianã exprimentia debẽt eſſe ab errore lõginq̃ ⁊ deuotiõi approximãtia: maxime illa in qbꝫ eſt ſmo de ꝟgie Maria: q cũctas hereſes ſola iteremit i vniuerſo mũdo: veritatẽ ex ſeipſa cõcipiendo ⁊ pariẽdo. Ipſa etiã recõciliationẽ toti hũano generi ꝓmeruit. et ideo erga ipam ardere debet oĩs chriianorũ deuotio. Et ꝓpterea qr btã ꝟgo illũ cõcepit q nõ ſolũ eſt hõ vel chrs ꝓpter vnionẽ: ſed ⁊ deꝰ verus ꝓpter eternã generationem: ideo dei genitrix debet dici: vt ex ipſo vocabulo honoret̃: et impietatis error extinguat̃: qui dixit ſanctã Mariã cõcepiſſe hoiẽ: nec cõcedit cõcepiſſe deũ: vt tenet Neſtoriꝰ hereticꝰ. Ad pmũ ergo in ↄtrariũ rñdet̃ ꝙ btã ꝟgo dr mr̃ dei nõ ꝓpter hoc ꝙ ipſa genuerit chrm ſm diuinã naturã: ſed ꝓpter idiomatũ cõicationẽ ⁊ myſterij incarnationis expſſionem et ipſius ꝟginis honorificationẽ. Exquo em̃ vna ꝑſona eſt q ſubſiſtit i diuinitate ⁊ humanitate: ideo nature ſibi cõicãt ſuas ꝓprietates: vt dr Damaſce. Et ponit̃ exẽplũ tale ſm Tho. vbi s. Sicut em̃ dicunt̃ iudei crucifixiſſe deũ glie: q̃uis nõ ſm ꝙ eſt dñs glie. Ita debet dici virgo mat̃ dei: q̃uis nõ ſm diuinitatẽ genuerit deũ. Ad ſecundũ argumentũ dr ꝙ deꝰ vt concretũ dr de ꝑſona deitatis ⁊ ſupponit ꝑ ea. Deitas aũt abſtractũ ſupponit vel dr de natura. Et ſic q̃uis deꝰ et deitas nõ differãt re: tñ vtiqꝫ differũt ſm modũ ſignificãdi. Btã ergo Maria dr mater dei. quia eſt mater filij dei. et ꝑ cõſeq̃ns mater dei veri: nõ qr ſit mater deitatis. ſed qr ꝑſone hañtis deitatem ⁊ hũanitatẽ eſt mater ſm hũanitatẽ. Hec Tho. ⁊ Bonauen. vbi s. Et ad pmiſſa ↄfirmãda legit̃ Miraculũ qd in Cõcilio quodã dr factum vicꝫ Q cũ heretici negarent cõſtanter in cõcilio beatã ꝟginẽ fore dei matrẽ. et inſup dicerent ꝙ poſt partũ chri plures filios genuiſſet ex ipo Joſeph Ecce angeli ceperũt canere in aere oibꝫ audiẽtibꝫ iſtũ ꝟſiculũ Poſt partũ ꝟgo inuiolata ꝑmãſiſti: dei genitrix intercede ꝑ nob. Mox ab oibꝫ q aderant repertũ eſt genibꝫ flexis. Et hereſis damnata extitit ⁊ cõfuſa. O igit̃ btã ꝟgo q̃ntꝰ tibi honor: q̃nta dignitas: q̃nta laus ⁊ gloria hec ẽ ꝙ tu veri dei genitrix ⁊ mater dei digne pdicaris. Exeat quiſquis hereticꝰ ⁊ neget hoc ad ſue dãnationis cumulũ. Nos aũt fideles cum ſancta eccleſia cõfitemur: et cũ btã Eliſabeth dicimꝰ vere te eſſe matrẽ dei: vere genitricẽ dñi creatoris noſtri. O ergo felix. O glioſa ꝟgo intercede ꝑ nobis.

Capitulum. II.

AD ſecũdã q̃ſtionẽ qua q̃rebat̃ Utrũ virgo btã meruerit vt ſit in matrẽ dei electa et chrs incarnaret̃ ab ea. Et forte arguis ꝙ ſic. qr btã ꝟgo fuit puriſſima ⁊ ꝑfectiſſima ac excellẽtiſſime ſctitatis. ergo ipſa meruit ꝙ chrs icarnaret̃ ab ea et eſſet mater dei. Et cõfirmat̃. qr eccl'ia canit de ea. Btã es ꝟgo q dñm meruiſti portare Et in quadã collecta dr. O ipotens ſempitñe deꝰ q glorioſe ꝟginis Marie corpꝰ ⁊ aiam vt dignũ filij tui habitaculũ effici mereret̃ cooꝑante ſpũ ſancto pparaſti ⁊c. Ex q colligit̃ ꝙ btã ꝟgo meruit et digna fuit chrm ↄcipe. Sed ↄ̃ ẽ Augꝰ in ench. et allegat̃ a mgro in. iij. ſniaꝝ. diſt. v. di. ꝙ modꝰ quo natus eſt chrs de Maria iſinuat nob gratiam dei quam homo nullis pcedentibꝫ meritis obtinuit. Et ratio. quia qd cadit ſub merito non tenet plene rationẽ gratuiti. Nã ſi grã eſt ex meritis: iã non eſt grã. vt dr apl'us Rhom. xj. Sed ꝙ filꝰ dei eterni efficiat̃ filꝰ paupcule mulieris: ad maximã ꝑtinet gratiã ⁊ inextimabilẽ dignationẽ. ergo hoc nõ meruit ex eq vel iuſticia retributionis btã ꝟgo. Ad q̃ſtionẽ ergo reſpõdet̃ ſm Bonauen. diſt. iiij. tertij. concor. Thom. ⁊ Pe. aureo. ac communiter doc. ꝙ meritum eſt triplex.

Quoddā eſt meritū cōgrui:ꝗ pctōꝛ dꝛ ſibi grām
mereri cū ad grām ſe diſponit. Aliud eſt meritū
digni:ꝗ.ſ. vir iuſtꝰ orans ꝓ alio merē exaudiri.
Terciū eſt meritū cōdigni: ꝗ ꝗs ex tāta charita/
te merē tantā gliam. Dico ḡ ꝙ btā ꝟgo Ma
ria cōcipe filiū dei añ incarnationē meruit meri
to cōgrui:qm̄ ꝑ ſua nimia puritate ⁊ hūilitate et
benignitate idonea erat vt efficerē dī mr̄. Poſt
annūciationē ꝟo poſtq̄ꝫ cōſenſit ⁊ ſpūſſctus in
tāta coplioſitate grē in eā deſcēdit ita ꝙ non ſolū
habuit cōgruitatē ſed dignitatē. et extūc meruit
nō ſolū merito cōgruitatꝫ ſed dignitatis obum/
brari ⁊ impregnari ꝟtute altiſſimi. Sed merito
cōdigni nō potuit mereri cōcipe filiū dei: ꝓ eo ꝙ
hoc excedit oē meritū. Siue em̄ dicamꝰ deū fieri
hoīem: ſiue dicamꝰ mlīere fieri matrē dei: vtꝝ q̄ꝫ
eſt ſupra ſtatū q̇ debē creature. et ideo tā hoc q̄ꝫ
illud fuit benignitatꝫ ⁊ grē. Et ꝓpterea ſicut dixi
ꝙ grām ꝑmā pōt mereri iuſtꝰ ꝑcedēte merito di
gnitatꝫ: nō merito cōdigni. Ne ḡ ꝑderet rōnē grē
ſic pōt ꝯcedi ꝙ btā ꝟgo nō tm̄ cōgrui: ſedetiam
merito dignitatꝫ meruit conceptionē illam. qꝛ ꝑ
copioſam grām ſpūſſcti ad eā nō ſolū congrua:
ſedetiam digna fuit. Hec Bonauē. vbi ſ. Ad
obiecta dico ſm doc. vbi ſ. precipue Tho. ꝙ nec
antiq patres nec nos nec omnes ſimlr̄ nec beata
virgo meruerunt de cōdigno filij dei incarnatio
nem. qꝛ hoc bñficiū eſt toti hūane nature impen
ſum: et ipſa incarnatio eſt refoꝛmatiua totiꝰ hu
mane nature. Sed meritū nulliꝰ hoīs ꝑter meri
tū chꝛi extēdit ſe ad totā naturā. ḡ non cadit ſub
merito alicuiꝰ hoīs: vel etiā ſub merito oīm ho/
minū. et hoc eſt de condigno: ꝑter chꝛm. Propt
qḋ aplŝ dicebat Tit. iij. Non ex oꝑibꝫ iuſticie q
fecimꝰ nos: ſed ſm ſuā miſcdiam ſaluos nos fe
cit. Ex congruo tñ meruerūt ſancti patres incar/
nationē chꝛi deſiderādo ⁊ expectādo. Congruū
em̄ erat vt deꝰ exaudiret eos q̇ ei obediebāt. Be
ata aūt ꝟgo ſuppoſita incarnatōe meruit ꝙ per
ipam fieret nō q̇dem merito cōdigni: ſed merito
congrui inq̄ꝫtū decebat vt mater dei eſſet puriſſi
ma ⁊ ꝑfectiſſime ſctitatꝫ. Proptēa dr̄ ecclīa ipaꝫ
meruiſſe poꝛtare dñm Jeſum chꝛm. Non quia
meruit deū incarnari. ſed qꝛ meruit ex gratia ſi/
bi data illū puritatꝫ ⁊ ſctitatꝫ gradū vt congrue
⁊ digne poſſet eſſe mr̄ dei. Hec Tho. iij. pte. q. ij
ar. xj. Ex oībꝫ iſtꝫ claret q̄ꝫ excellētꝫ ſit meriti be
ata ꝟgo ſuꝑ oēs ſctōs que ſola ex oībus fuit di
gna poꝛtare ⁊ cōcipe dñm: ſola ꝑ oībꝫ in matreꝫ
dei eligi: ſola ꝟgo manens deuꝫ parere: ſola toti
mundo ſalutē afferre.

Capitulum. III.

t Ertia q̄ſtio incidit ꝓ edificatiōe ꝑplī: iſta
vicꝫ Qualibꝫ vel qbꝫ bonis ipſa benedi/
cta ꝟgo placuerit deo intantū ꝙ foret in
matrē ab eo acceptāda. Hoc nēpe agnito: ꝯgno
ſcere valemꝰ q̄liter ad eiꝰ imitationē ⁊ nos pla/
cere ⁊ acceptabiles eſſe poſſumꝰ deo. Ad quod
breuiter rñdē ꝙ lꝫ ipſa btā ꝟgo fuerit plena oī
bus bonis ⁊ ꝟtutibꝫ: gratijs ⁊ donis ſpūſſācti.
fuerūt tñ in ea q̄ttuoꝛ ꝑncipalia bona qbꝫ deus
magis alliciebaē ⁊ attrahebaē: ex qbꝫ ipſa ſe deo
acceptabiliſſimā reddebat vt deus eā in matreꝫ
eligeret: ꝓut ex ſacre ſcꝑture paſſibꝫ colligere va/
lemus ac doctoꝝ catholicoꝝ ſentētijs accipimꝰ
Primū eſt bonū ſūme puritatꝫ. Scōm eſt
bonū ꝓfunde humilitatꝫ. Terciū eſt bonū fir
miſſime credulitatis. Quartū eſt bonū excel/
lentiſſime charitatꝫ. His eiſdem bonis ⁊ ꝟtuti
bus ⁊ nos placere poſſumꝰ deo. Primū in/
quā bonū ſūme puritatꝫ mltū allicit deū. qꝛ ipſe
ficatiōe. Ut igit̄ ad pmiſſa cōuūeremus
Quintū gaudiū habuit btā ꝟgo de miranda
reuelatiōe. Certꝭ em̄ miraculis pmōſtratꝰ ⁊ do-
cente ſpūſctō reuelatꝰ eſt ⁊ cōprobatus bn̄dicte
ꝟginis Marie ꝟginalis partꝰ. Qō claret Pri
mo in reuelatione facta Zacharie patri Joānis
baptiſte: ſm Orig. iuxta cuius dicta eo ꝙ hec hi
ſtoria nō eſt cōtra rōnem vel ſcꝑturā: credit̄ a ple
riſqꝫ Zacharias fuiſſe pontifex in ordine vicis
ſue tꝑe q̄ btā ꝟgo de Bethleem venit in hierl'm
portās in vlnis dn̄m Jeſum: aſcendēs in tēplū
ad purificationē. Ipſum aūt templū ꝑ tria iter-
ſtitia erat diuiſum. In vno ſtabant ꝑ ſe ꝟgines
puelle. In ſecundo mulieres maritate. In tertio
vidue. Cogitabat itaqꝫ btā ꝟgo ad q̄ꝝ ſocieta-
tē ſtare deberet. Et qꝛ ſciebat ſe eſſe ꝟginē: delibe
rauit ire ad virginū interſtitiū. Quo cū veniſſꝫ:
virgines eā deridebant dī. Tu cū filiū in vlnis
teneas: quō dignā te putas noſtro cōſortio: va
de hinc ad pares tuos. Tunc dn̄a vultu ꝟecun
do: inclinato capite iuit ad maritatas Et ille etiā
eam ceperūt ꝟbis impetere dī. Tu es mulier ſu
ꝑba qꝛ noluiſti nobiſcū ſtare ſed ad ꝟgines ire.
et tanq̄ꝫ pauꝑi ⁊ abiecte nō curauerunt locū da-
re. Unde cogitauit btā virgo ꝙ ſi iret ad vidu-
as: ille eā magꝭ refutarēt: eo ꝙ nōdū eſſet vidua-
ta. Et idcirco patientiſſime ferēs: nec ꝟbū ꝓ ver-
bo dans: iuit cum ſūma hūilitate ⁊ poſuit ſe in
vltimo loco tēpli poſt oēs mulieres. O hūilitas
bn̄dicte virginis. O patientia eiꝰ in exemplū oī-
bus data: ecce regina celi cum ſit ſuꝑ oēs muli-
eres bn̄dicta ſtat vltimo loco quaſi ad cōſortiū
mulieꝝ indigna. Interea Zacharias pontifex:
ipſiꝰ baptiſte Joānis pater de ſanctuario exiēs
et videns btām ꝟginē ſtare ſeq̄ſtratā cū filio: re-
pletus eſt ſpūſancto: cognouitqꝫ ipſam eſſe vir-
ginē matrē dei ⁊ hoīs. Et ſtatim cepit chr̄m filiū
eius publica voce cōfiteri. Accipiēs q̄ꝫ manū be
ate ꝟginis: duxit eā ad locū digniſſimū in cōſor-
tiū ꝟginū: preſtās ⁊ dī. Qm̄ hec ē virgo ꝟginuꝫ
de q̄ ꝓhetauit Eſa. ca. vij. Ecce inq̄t ꝟgo conci-
piet ⁊ pariet filiū ⁊c̄. Et hic eius natꝰ eſt vere ſal-
uator iſrael: deus ⁊ homo: redemptor mūdi. vn̄
omnes mirabant̄. Et ſtetit in illo loco honora-
tiſſimo btā ꝟgo vſqꝫ ad tps oblationis filij ſui.
Et tandē iſte Zacharias pōtifex pro iſto teſtimo
nio facto de chr̄o: a iudeis interfectus eſt: iuxta
illud Matt. xxiij. Uſqꝫ ad ſanguineꝫ Zacharie
filij Barachie quē occidiſtꝭ inter templū ⁊ alta-
re. Hec ſm Orige. Scōo q̄ꝫ claret in reuela-
tione facta Symeoni. Legit̄ em̄ in gloſis biblie
ſicut etiā refert Egeſippꝰ in li. de ſupplemēto eu-
angelice ꝟitatꝭ: ꝙ Symeō iſte erat rabbi. i. ma-
giſter inter iudeos: q̄ cū Eſaiā interꝑtaret̄: et ad
id ꝟbū gloſandū ꝑueniſſet Ecce ꝟgo cōcipiet et
pariet ⁊c̄. viſum eſt ſibi hoc fore impoſſibile: vn̄
dixit iniuriā factā fuiſſe Eſaie: eo ꝙ vicio ſcꝑtoꝝ
tale vaticiniū eſſet corruptū ſcribētes in hebreo
halma ꝓ alma. i. ꝟgo ꝓ iuuēcula. ideo deleuit h
Mane facto: aureas lr̄as iſto ſenſu ſcptas mi-
raculoſe reppꝑit. Cūqꝫ illo iterꝫ deleto: tertia vice
id factū fuiſſet: mirans ⁊ ſtupens: preſſus ē ſo-
mno ⁊ obdormiuit. et ſurgēs repperit ſicut et ꝓ-
us aureis litteris conſcptam ꝓphetiā. ſtupēs āt
oratiōi ſe dedit. Mox q̄ꝫ reſpōſum a ſpūſancto
accepit: nō viſuꝝ ſe mortē niſi videret chr̄m do-
mini de ꝟgine natū: qō hodie eſt impletū. Unō
patꝫ ꝙ btā ꝟgo hec oīa aduertēs: plurimū gau
debat. Sextū gaudiū habuit de miranda grē
redūdatiōe. qꝛ vicꝫ ipſa mediāte multiplex gra-
tia redundauit in ſanctū Symeonē a dn̄o chr̄o
ſm magiſtꝝ Bartho. de Piſ. li. cōformitatum
Prima q̄dē qꝛ a pcti macula ſiq̄ inerat vel infu
iſſet chr̄s eū purgauit ⁊ forte in grā cōfirmauit:
et gratū exhibuit. ꝓpter qō dꝛ in euāgelio ꝙ acci
piens Jeſum in vlnas: bn̄dixit deuꝫ. ſ. ꝓ accepto
bn̄ficio. Scōa grā. qꝛ cum ſanctificauit ⁊ gub-
nauit. ideo cum dn̄m vocat dī. Nunc dimit. ſer.
t. dn̄e ⁊c̄. Tertia gratia. quia eius deſideriū q̄e-
tauit. appetebat em̄ eum videre ⁊ vidit: ideo ait.
Quia viderūt ocu. m. ſa. t. Quarta. qꝛ eū illūīna
uit vt intelligeret eiꝰ diuinitatē ⁊ ꝑ eū oīm fide-
liū fiendā ſalutē. vn̄ ait. Lumē ad reue. gē. ⁊ glo.
ple. tue iſrl'. Gaudebat itaqꝫ btā virgo de gratie

in eum redundatione: ſciendo ꝙ ipſa eſſet conſtituta vt ſit mr̄ gr̄e: ſic canit eccl'ia: ꝑ quā redundaret gr̄a ī oēs atq; miſc'dia dei. Septimū gaudiū de chr̄i venerāda ſuſceptiōe. Que eni mr̄ nō cōgaudet ſuꝑ filij honoratione: cū ſcp̄tū ſit Eccī xxv. Nō iocundat̄ in filijs. Et itez̄ eiuſdē.iij.ca. Honorat̄ parēs in filijs. Maximū ḡ fuit Marie gaudiū qn̄ videbat ſuū natū tanta dilectione amplexari: venerari: ⁊ genuflexo vt deū adorari: et laude diuia cōfiteri a Symeone ⁊ Anna: vt teſtat̄ euāgeliū. Circa h̄ q̈ppe pie cōtēplari poſſumus q̄m ſicut etiā docet Aug⁹ ī ſermone hodierni feſti: ſanct⁹ Symeō cū eſſet multū annoſus vtpote pl⁹ q̄ȝ centū annoꝝ. ſicut dr̄ in li. de infantia ſaluatoris. et foret ſpū ſancto plen⁹: ſūmo deſiderio rogabat deū in orōnib⁹ ꝯtinuis cū gemitib⁹ ꝓ generis humani redēptiōe quā expectabat. Et q̄ reſponſum acceꝑat a ſpūſctō: nō viſurū ſe mortē niſi prius videret chr̄m dn̄i: vt poſtea cum gaudio annūciaret patrib⁹ in limbū deſcēdēdo ꝑ mortē. Hac igit̄ die maiori ꝑfuſus ſolita dulcedine ſpūſſācti: cepit dicere. O de⁹ Abraā q̄ȝdiu durabo: q̄ȝdiu veniet illa filij tui ſacra natiuitas vt videre merear chr̄m quem ꝯcupiſco: ip̄m amplexari valeā ⁊ oſculari: q̄tinus letus moriar et patrib⁹ gaudium in limbo adducā nūciādo. O q̄ȝdiu moror in hac vita. heu mihi q̄ incolatus meus ꝓlōgatus eſt. O miſericordiſſime de⁹ miſerere iam nūc generi humano tandiu in carcere detento: tādiu e celo excluſo. mitte nunc filiū tuum ⁊ redime nos in ſalutari tuo. Cumq; taliter oraret: ecce ſpūſſanctus ei reuelauit dicēs. Surge: vade cito ad fores templi: en adeſt filius dei incarnatus q̄ tenet̄ in vlnis matris v̄gis. Mox feſtinus accurrit feruore diuio plenus: et vidēs diuinum ſplendorē irradiantē de facie chriſti ⁊ matris ei⁹ Marie: ſcḋm Hiero. agnouit hūc fore. Mox q̄ȝ infuſus abūdāti⁹ ſpūſancto: cecidit ꝓnus in terrā ⁊ adorauit bn̄dicēdo deū. Suppliciter q̄ȝ a btā v̄gine petiuit vt cōcederet ſibi in vlnas accipe chr̄m: quē acceptū ſanct⁹ ſymeon O q̄nta cordis deuotiōe: O q̄nta ſuauitate: lachrymaꝝ q̄ȝ dulci imbre amplexabat̄: oſcl'abat̄: ſtringebat ad pect⁹: vociferabat̄: et laudes reddebat deo: q̄s explicabit hec queſo: Sed o bone ſenex q̄d ſic agis: niſi q̄ hic tibi chr̄s: hic dulcis redemptor: hic deus tu⁹ ⁊ ſaluator. Hec videns Maria gaudebat. Octauum denicq; gaudiū habuit Maria de mirabiliū futuroꝝ ꝓphetatiōe. quia cū hec agerent̄: ecce cepit Symeō ꝓphetare de chr̄o ⁊ ei⁹ matre futura di. Ecce hic poſit⁹ eſt in ruinā ⁊ in reſurrectionē ml'toꝝ in iſrael. Malis q̄dem in ruinā damnationis. ſed bonis ⁊ electis in reſurrectiōē eterne btitudinis. ſequit̄. Et in ſignū cui cōtradicet̄. ſ. a iudeis: infidelib⁹: ⁊ hereticis ac malis chr̄ianis. Sequit̄. Et tuā ip̄i⁹ animā ꝑtrāſi. gla. ſ. in chr̄i paſſiōe. Licȝ itaq; ꝑnūciabat̄ Marie dolor compaſſionis: tn̄ gaudebat de humani generis redemptiōe ⁊ taliū auditione nouoꝝ.

Capitulum .III.

Tertio q̄ternario deſcribunt̄ alia gaudia Marie. Vn̄ ad p̄miſſa cōtinuando Nonū gaudiū fuit ei de Symeonis benedictione. Ut eni teſtat̄ euangeliū: ſanct⁹ Symeon tūc bn̄dixit Marie ⁊ Joſeph. ſed q̄li bn̄dictiōe nō exp̄mit̄. Deuota tn̄ mēs pōt p'la cōtēplari: vt dixerit. Bn̄dicta tu in mulierib⁹ q̄ virginū v̄go: angeloꝝ dn̄a: ⁊ oim̄ regina fieri meruiſti. Bn̄dicta filia tu a dn̄o q̄ ꝑ te fructuȝ vite et'ne cōicauim⁹. ⁊ ſilia. Sed di. Quō Maria q̄ fuit ſuꝑ oēs ſctā a Symeone debuit bn̄dici: Rn̄det̄ ſcḋm Ly. ꝙ hoc fuit ꝓpter officiū ſacerdotale ei⁹ ad qḋ ſpectat bn̄dicere ꝓp'lo. et ideo Symeō bn̄dicere habuit Mariā. Decimū gaudiū habuit ḋ filij gl'ificatione. ſ. ꝑ Symeonē facta ⁊ declarata. q̄ cū Symeō dn̄m Jeſum teneret ī vlnis: cepit cogitare q̄ de⁹ magnus eſt q̄ ſe tātū exinaniuit vt paruul⁹ fieret ꝓpter nos: qui portat oīa v̄bo virtutis ſue: quē oēs p̄triarche ⁊ ꝓphe deſiderauerunt. Cepit etiā cogitare q̄ȝ acerbā mortē a ꝓp'lo iudaico eſſet paſſur⁹ ꝓ redēptione generis hūani. ideo ⁊ ſpū ꝓphetico p̄dixit matri ſue paſſionem chr̄i ⁊ cōpaſſionē ipſi⁹ ſue mr̄is. Hec p̄noſcēs ⁊ cogitās: magno cepit feruere amore erga deum chr̄m q̄ dignat⁹ eſſȝ tāta pati ꝓ nr̄a liberatiōe. Et ideo in amplex⁹ ruēs ꝑuuli Jeſu: bn̄dixit deū et gl'ificauit dei filiū Jeſū di. Nūc dimittis ſuū tuū dn̄e ſcḋm v̄bū tuū in pace ⁊c̄. In q̄ q̄dē cātico laudat chr̄m q̄druplr̄. Primo ꝙ ip̄e eſt pax in celis ⁊ in terris. ideo dr̄. Nūc dimittis ⁊c̄. in pace. Scḋo ꝙ ipſe eſt ſalus mūdi. vn̄ dr̄. Quia viderūt oculi m. ſa. t. Tertio ꝙ ipſe eſt veꝝ lumē illuminās totū mundū. vn̄ ſubdit Qḋ paraſti an̄ fa. o. po. Lumē ad re. gē. Quarto ꝙ ipſe ſit gl'ia oim̄ electoꝝ in patria. vn̄ ſubdit. Et gl'iam ple. t. iſrael. Vn̄ plimū de his gaudebat Maria: conferēs in corde ſuo. Undecimū gaudiū de Anne confeſſione facta de chr̄o. q̄ vt notat euāgeliū ſancta Anna vidua vſq; ad ānos .lxxxiiij. q̄ de tēplo nō diſcedebat: orōnib⁹ ⁊ ieiunijs deſeruiēs deo: hec ſuꝑuenit ipſa hora nō a caſu ſed diuia inſpiratione ⁊ reuelatiōe: ſcḋm Lyrā. ⁊ cōfitebat̄ dn̄o. ſ. gr̄as agēdo de bn̄ficio īcarnatiōis cōpleto. et loq̄bat̄ de illo oib⁹ q̄ expectabant redēptionē iſrl'. ſcȝ cunctis corā annūciando hūc Jeſum natū eſſe redēptorē: ſcḋm ꝙ Lyra exponit. Vn̄ pie credit̄ ꝙ talia vel ſimilia v̄ba dixerit genuflexo adorādo chr̄m ⁊ in amplex⁹ ſuſcipiēdo (vt etiā de ſemine Dauid dictū eſt) Bn̄dict⁹ inq̄t de⁹ iſrael q̄ viſitauit ⁊ fecit redemptionē plebis ſue. Bn̄dict⁹ q̄ dedit mihi videre chr̄m ſuū: quē oēs ꝓphete deſiderauerūt. Nouerit ḡ oīs iſrael q̄m teſtimoniū ꝑhibeo q̄ hec ē virgo mr̄ vaticinio Eſaie p̄dicta: cum q̄ in tēplo conuerſata angeloꝝ eam viſitantiū q̄tidie cōſolationē veram ſum expta. Hec eſt que virgo concepit: virgo peꝑit. ⁊ hic eſt eius na

cius verus deus quē confiteoꝛ ⁊ teſtificoꝛ oībꝫ q̄
expectāt redemptionē iſrael. O q̄nto putas gau
dio tūc reſalutaſſe btāꝫ Mariā v̄ginē boneſtiſ-
ſimā dī. Bñfaciat vob. ſ. Symeoni ⁊ Anne deꝰ
et filiꝰ inquā meꝰ pro boc ſaluifico teſtimonio.

Duodecimū gaudiū de ſanctoꝝ patrū ꝯgra-
tulatione. ſ. ex Symeonis annūciatiōe. Pie nē-
pe cōtēplari poſſumꝰ: q2 cum oēs patres in tene
broſo carcere infernali lugerēt: ecce Symeō de-
cedens ꝑ mortē: gaudiū eis annūciauit dī. Ue-
re ſciatꝭ q2 natus eſt ſaluatoꝛ cbr̄s deꝰ quē vidi
et in vlnas ſuſcepi de v̄ginis matrꝭ gremio: quē
tādiu viuens in mūdo expectaui: et mortē eiꝰ q̄
redempturi ſumꝰ p̄nūciaui. Tunc oēs cū gau-
dio leuātes vocē dixerūt. Bñdictꝰ dñs deꝰ patꝝ
noſtroꝝ: et laudabilis ⁊ gl'ioſus in ſecula. Et ite
rū. Suſcepimꝰ deus miſcdīam tuā in medio tē
pli tui. Uñ eccl'ia boc modo incboat bodie miſ-
ſam. et ꝓ ſigno buiꝰ leticie ꝓceſſionē agit cū cere-
is ardētibꝫ cōſecratꝭ: in q̄ q̄dē ſunt tria. ſ. Cera: q̄
ſignificat carnē cbr̄i de virgine ſumptaꝫ. ſic cera
de apibꝫ ſine cōmixtione naſcit̄. Item interioꝛ ly-
cbnus ſignificat cbr̄i aīam candidā. Et lucꝭ ar
doꝛ: cbr̄i diuinitatē. q̄tuꝰ ſignificet̄ ꝙ ſicut pro
oīm ſctōꝝ leticia cbr̄s geſtatꝰ eſt bodie manibꝫ ī
templū: ita ⁊ nos ꝑ grām cbr̄m geſtemꝰ in men
te: ſicut ⁊ figuralit̄ geſtamꝰ in candele ſignifica-
tione. Ad id legit̄ Miraculum in cōi legenda

Q̄ q̄dā matrona deuota beate Marie cū in fe
ſto purificatiōis nō poſſet audire miſſam: eoꝙ
paupata ad eccl'iam nō bt̄et q̄bꝫ iret veſtimētis.
Nā oīa erogauerat ad bonorē btē Marie: do-
lēs: in camera ſua oꝛōnī ſe dedit. et in extaſi vidit
ſe eſſe in eccl'ia pulcerrima: vbi turba ſanctoꝛuꝫ
multa. et ceperūt miſſam ſolēnizare ꝓ bonoꝛe et
gaudio buiꝰ feſtiuitatis. Uidebat̄ etiā q̄dā ma-
ximā facē candelaꝝ tenere ⁊ diſtribuere vnicui-
qꝫ. et ipſi matrone vnā cādelā dedit quā libētiſſi
me accepit. Cūqꝫ oēs ad offertoꝛiū offerrēt: iſta
nō obtulit. Uñ v̄ginū regina Maria aſſiſtēs:
ꝑ nūciū p̄cepit vt offerat. Primoqꝫ: ſcd̄o: et ter-
tio mādato renuēte: miſit angelū vt violēter ab
ea auferret cereū ⁊ offerret: eoꝙ videbat̄ nō ꝓce-
dere ſacerdotē in miſſa niſi offerret̄. Cūqꝫ ange-
lo cap̄e cereū volēte: ⁊ illa matrona reſiſtēte: bic-
inde cōcertādo cereꝰ frāgeret̄: ꝑs angelo ⁊ altera
medietas matrone remāſit. Illa ad ſe rediit ⁊ ce
reū in manu reꝑpit fractū. vñ admirādo ipm re-
ſeruauit. ⁊ factū ē vt ip̄o oēs īfirmi q̄ tāgebāt cu
rabāt̄ ad laudē marie. O itaqꝫ fidel' aīa gaude ī
cbr̄o ieſu ꝓ bac ſolēnitate ⁊ redde gr̄es deo ⁊ ma
rie. Amen.

Pars ſecunda tertij libꝛi de doloꝛis gladio
et martyrio beate v̄ginis Marie

v Niuerſi populi at
tendite ⁊ videte doloꝛē meum. Uerba
ſunt Hiere Tbreñ. j. ca. Et accipiunt̄
in ꝑſona Marie dicta: q̄bꝫ nos inuitat ⁊ admo
net ipſa virgo pijſſima ad recogitandū doloꝛem
quē babuit ſuꝑ filio ſuo cōpatiendo. Contēple-
mur ḡ pie quō virgo Maria vultu meſto: facie
ſqualida: gladio doloꝛis in coꝛde trāſfixa: voce
q̄rula ⁊ flebili iuxta crucē cbr̄i ſtās dicit. O vni-
uerſi populi. ſ. cbꝛiani: q̄s filiꝰ meꝰ p̄dilectꝰ Jeſꝰ
tantū amauit: vt pro veſtra redēptōe moꝛi tāa-
cerba morte elegerit: attēdite ⁊ videte doloꝛem
meū ꝑ verā cōpaſſionē. O p̄ncipes ⁊ dñi terrarū
plāgite mecū ſuꝑ filiū q̄ eſt dñs dñantiū int̄ vi
liſſimos latrones crucifixū. O v̄gines. o vidue.
o cōiugate. o ſenes. o paruuli. o vniuerſi p̄pl'i at-
tēdite ⁊ lugete mecū ſuꝑ benignilſſimū dñm ve
ſtrū Jeſum moꝛientē. O matres q̄ filios genui-
ſtis videte doloꝛē meū. q2 filiū meū vnicū ſolaci
um coꝛdis mei quē de ſp̄ū ſctō cōcepi veꝝ deū ⁊
boīem v̄go pep̄i ⁊ virgineo lacte alui: vide cru-
ci affixū: laceratū: cruentatū. Ecce iam impletuꝫ
eſt in me illud vaticiniū Symeonis Tuā ipſiꝰ
aīaꝫ ꝑtrā. His ac ſiīibꝫ v̄bis virgo bñdicta coꝛ-
dis noſtri duriciē emollit ⁊ penetrat vt ad eiꝰ do
loꝛes attēdamꝰ. De bis ḡ doloꝛibus locuturi
ad p̄ſens tria myſteria notabimus.

Primū myſteriū de doloꝛis Marie btitudīe
Scd̄m myſteriū de eius magnitudine.
Tertiū de eius aureole btitudine

Articulus p̄mus quō babuit beata Maria
cōmunicatū doloꝛē paſſionis cbꝛiſti ⁊ būc mi-
xtum gaudio.

p Rimū myſteriuꝫ
de babitudine doloꝛis Marie. vbi
tres q̄ſtiōes occurrūt. Prima. vtꝝ
doloꝛ paſſionis cbr̄i fuerit cōmunicatus btē vir
gini. Hec queſtio q̄rit vtꝝ btā v̄go babuit paſ-
ſionē ⁊ doloꝛem ex cōpaſſiōe patientꝭ cbr̄i. Et ar
guere potes ꝙ nō. q2 Eſa. lxiij. ſcriptū eſt. Toꝛcu
lar calcaui ſolus. i. toꝛmēta ſuſtinui ſolus. Itē
docet experientia q2 ſancti viri ⁊ deuoti maximā
dulcedinē coꝛdis bauriūt in cbriſti paſſiōe q̄nto
ſunt in maioꝛi gratia. ergo beata virgo que fuit
gratia plena babuit maximam dulcedinem in
eadem paſſione: et ꝑ cōſequens non doloꝛē In
contrarium eſt cōmunis ſentētia catholicoꝛum.
Reſpondendo ḡ ponit̄ cōcluſio ꝙ beata Ma-
ria in filij paſſione babuit cōmunicatū maximū
doloꝛē ex cōpaſſione Et ꝓbatur tripl'r Primo
autoꝛitate ſcripture Lu. ij. Tuā ipſiꝰ aīaꝫ ꝑtrāſi
bit gla. Secūdo ꝓbatur doctoꝝ atteſtatione
Nā Damaſc. dic̄ ꝙ btā Maria doloꝛes quos
effugit pariēs ⁊ moꝛiēs: bos ſuſtinuit cōpatiēs
Et Bern̄. dicit eā lōge plus q̄ꝫ martyrem ex illo
doloꝛe. vt infra patebit. Multi quoqꝫ alij do-
ctoꝛes id teſtantur. de quibus pretereo ad pre-
ſens. Tertio probatur ex ratione. Nam ſc̄m
Albertum magnum ſuꝑ miſſus eſt, ca. cc. pater

miſericordiaꝝ deus voluit matri miſcdie Marie opus ſūme miſcdie.i.paſſionē doloris cōicare pluribꝫ rōnibꝫ. Primo vt dare poſſit ei premiū paſſionis.i.martyrij gl'iam. Scdo vt ſup oēs eā participē faceret bñficij redēptiōis: q̄tinus ſicut fuit Maria adiutrix noſtre redēptōis carnē dando chr̄o deo: ita eſſet adiutrix paſſiōis q̄ redempti ſum⁹. et ſic fieret mater oīm p recreationē. Tertio vt ſicut totus mundus obligat̃ deo p ſuā paſſionē: ita obligaret̃ dñe oīm p cōpaſſionem. Ad p̄mā ḡ obiectionem rñdet̃ ſm Alber. ca. cxcij. ſup Miſſus eſt. et cōcor. Nico. d̄ Lyra: q̄ illa autoritas Eſaie Torcular calcaui ſolus: nō excludit btā v̄ginē q̄n torcular paſſionis ſuſtinuerit cum chr̄o. q̄r ſubdit̃. Et de gētibꝫ nō eſt vir mecū: vt excludat viros ⁊ oēs alios p̄ter Mariā. Ad ſecūdū rñdet̃ q̄ lꝫ paſſio chr̄i recogitata dulcedinē ingerat ſanctiſ q̄tū ad rōnem: nō tñ q̄ntum ad ſenſualitatē. Et ſic Maria dolorē habuit in ſenſualitate ex affectu materno. Itē ergo fundamētū ⁊ radix oīs gratie ac meriti eſt dolor corpalis ⁊ cordialis Jeſu. Vñ non eſt dubiū q̄ ſicut dulcedo ſic q̄nq̄ ⁊ dolor paſſionis Jeſu in mentes hūanas ex influentia ſpiritusſancti infundit̃: quanto mens hoīs eſt magis depurata a pctīs ⁊ magiſ dilatata ī di amore Et q̄r hec puritas ⁊ dilatatio ſumme fuerunt in Maria q̄ libere ac ſine aliq̄ rebelliōe recepit ſpiritusſancti influxus. ideo ipſam deus ſicut ſup oēs repleuerat Jeſu dulcoribus: ita ſup oēs in paſſiōe repleuit Jeſu doloribꝫ: adeo q̄ nulla creatura maternali ſtatui nō erecta cape potuit. vt ſic ſumme cōpaſſiōis ac lamētatōis ſacrificium Maria deo offerret gratiſſimū. Et ſic patet.

Scda q̄ſtio Utrū btā Maria habuit in paſſione chr̄i aliq̄d gaudiū mixtū cū dolore vel aliquā dulcoroſitatē admixtā: Rñdet̃ ſm Alber. vbi ſ. cōcor. Alex. de Ales in. iij. pte ſūme. q. xvj. in ſolutiōe argumentoꝝ. necnō Nico. de Ly. ſup. iij. ſen. diſt. xvj. q̄ ſic dñs Jeſus in paſſiōe ſua habuit ſūmū gaudiū ⁊ cū h ſūmū dolorē: ita ⁊ btā v̄go vtrūq̄ habuit ſibi cōicatū. Nā ſi chr̄s cōicaſſet matri alteꝝ tm̄mō: nō fuiſſet equū conſortium. Huius aūt veritas oſtēdit̃ ex oibꝫ ad q̄ ſtat⁹ virginis pōt compari. Et Primo q̄ ad deū cui⁹ volūtati btā Maria ſumme cōformata erat in voluntate. Sicut ḡ ſciebat paſſionem chr̄i eſſe a deo volitā ⁊ ad diuinū honorē: ita et ipſa acceptā habebat. Scdo q̄ ad filiū q̄ p ſalute hoīm mortem ſitiebat. Vñ Lu. xij. di. Ego habeo baptiſmo. ſ. paſſiōis baptizari: ⁊ quō coartor vt pficiam illḋ. ḡ ſequit̃ q̄ ⁊ mens Marie iſtud deſiderauit. Tertio q̄ ad ꝓximos. q̄r ſciebat totū gen⁹ hūanū p chr̄i paſſionem redimi: ⁊ ſctōs patres de limbo liberari: angeloꝝ q̄ꝫ reparationē fieri: et hoīes p recordatiōem paſſionis chr̄i ad amoris diuini deſideriū inflammari.

Quarto q̄ ad ipam mortē ⁊ paſſiōis dolorem. quia ſancti pleni grā dei: amore paſſiōis chr̄i ſe morti ⁊ oī pene libentiſſime tradebāt. imo ⁊ matres ꝓpter chr̄i amorē ꝓprios filios ad occiſionē duci gaudebāt: vt claret in multiſ martyribus. ḡ Maria multo magiſ: cum eſſet grē ⁊ charitatis improportionabiliter amplioris pre cunctis habuit ſummū gaudium ⁊ ſuauitatē deuoti amoris in chr̄i paſſione. Tertia q̄ſtio incidit Quō ſummū gaudiū: amor q̄ꝫ dulciſſim⁹ potuit ſimul eſſe cum ſūmo dolore in aīa beate Marie: cū hec ſint ꝯtraria q̄ ſe ñ cōpatiunt̃: vt patet. ij. Periher. Ad qḋ rñdet̃ q̄ vt dicūt Alb. et Alex. de Ales: atq̄ Ly. vbi ſ. q̄ iſta ꝯtria. i. dolor ⁊ gaudium nō fuerūt ſm idē. q̄r dolor fuit in aīa v̄gis ac cōpaſſio naturalis ⁊ maternalis affectiōis: q̄ ſm ſenſualitatē ſummū dolorē faciebat de morte filij ſuſtinere ſed in ſupiori parte rōnis erat cōgratulatio ⁊ delectatio de hoīs redemptiōe et alijs vtilitatibꝫ ꝓuenientibꝫ. Et ſic pñt ſil' eſſe hec duo. ſ. dolor ⁊ gaudiū ſm diuerſas ptes. i. ſm ſenſualē naturā ⁊ rōnalem. quia vnum eſt materia ⁊ via ad alterū. Sicut ⁊ chr̄s dñs ſm partem ſupiorē rationis qua erat comphēſor gaudebat de paſſiōe. ⁊ tñ ſm partē inferiorē dolebat et patiebat̃. Et ſic patet. Dicā ḡ cum Bern. ī meditā. O mirabil' cenſure cōditio: exceſſit iniqu⁹ et vapulat iuſt⁹: delinq̄t homo re⁹ ⁊ occidit̃ p eo homo deus: flet ⁊ lamētat̃ innocentiſſima mater eius. O dulciſſime Jeſu. O benigniſſima Maria v̄go: quid cōmiſiſtis q̄ tāto cruciatui: tot et tantis afflictionibus addicti eſtis. Nos ſum⁹ qui peccauimus: nos qui iniuſte egimus. et tu innocētiſſima virgo cum vnico nato pro nobis doletis et affligimini. O peccator vide quō patiunt̃ ⁊ flent pro te Jeſus et Maria. Cur ergo tu ferreum cor non cōmoueris: non fles pro te ipſo. anima virginis vulnerat̃ dolore: et tu dur⁹ reſiſtis. Luge cum Maria: plora ⁊ fle ſup peccata. Beati enim qui lugent: quoniā ipſi conſolabuntur.

Articulus ſecūdus q̄ magnitudo doloris et martyrij acerbitas in btā virgine Maria oſtenditur ex duodecim cauſis ſubſcp̄tis.

ſ **Ecundū myſteri**um de magnitudine doloris benedicte v̄ginis. Que nāq̄ exp̄mere ligua vel q̄s intellectus cape ſufficit quātus ⁊ q̄ʒ indicibilis fuit dolor in corde benedicte virginis ſuper paſſione ⁊ morte dilectiſſimi filij ſui. Licꝫ q̄dem abyſſum eius doloris comprehendere nequeamus: vt tamen p modulo noſtro aliquid de eo haurire valeamus quo ſaltem ad compaſſionem moueamur Aduertendū q̄ duodecim cauſas poſſum⁹ aſſignare ex quibus dolor virginis magnus fuiſſe compit̃: vt ſicut ipſa glorioſiſſima v̄go corona duodecim ſtellarū gloriat̃

ita eius dolor ⁊ martyrium .xij. magnalijs pluſ ceat ad eiuſdem virginis gloriam ſempiternā. Et diuiduntur iſte cauſe .xij. in tres quaternarios: vt patebit intuenti.

Primus quaternarius
Primus martyrij nouitas.
Secundus ſufferendi diuturnitas.
Tertius paſſi ꝓpinquitas.
Quartus ablati ſublimitas.

Secundus q̄ternarius.
Primus totalis affectio.
Secundus diuinalis replectio.
Tertius ſingularis ꝑlectio.
Quartus doloris reuerberatio.

Tertius quaternarius
Primus dilecti p̄ſentia.
Secundus adiutorij carentia.
Tertius iuuandi impotentia.
Quartus facti ignominia.

Pro p̄mo itaq̄ꝫ q̄ternario dixi ꝙ p̄ma cauſa magnitudinis doloris btē ꝟgis eſt martyrij nouitas. Nā deꝰ q̄cq̄d oꝑabat̄ in ꝟgine nouum erat iuxta illud Hiere. xxxj. Nouū faciet dñs ſuꝑ terrā: femīa circūdabit viꝝ. Et ideo voluit deꝰ vt ſicut eius mr̄ dilectiſſima erat ꝟgo virginū nouo et inaudito modo concipiendi: ita eſſet martyr martyꝝ oēs excedendo ſctōs nouo genere martyrij. Nouū aūt genꝰ martyrij fuit ꝟgo paſſa.

Prīo q² alij martyres paſſi ſunt in corꝑe. iſta ꝟo in aīa ⁊ corde. Lu. ij. Tuā ipſiꝰ aīam ꝑtrāſibit ⁊c̄. id eſt ꝑfecte tranſibit. Scdo q² alij martyres ſic patiebant̄ vt dolor carnis excederet dolorē mentis: imo in mēte nō habuerūt dolorē ſed ꝯſolatiōe interiori refrigerabant̄. iuxta illō Ps̄. Prouidebā dn̄m in cōſpectu meo ⁊c̄. ꝓpter h̄ letatū eſt cor meū. In bn̄dicta aūt ꝟgīe dolor cōpaſſionis excedebat omnē dolorē carnis. Unde Bern̄. Lōge eā plus q̄ꝫ martyrē ꝑdicamꝰ nō immerito: in q̄ ſenſum carnis exceſſit cōpaſſiōis affectus: cum eiꝰ aīam ꝑtranſiuit paſſionis gladius. Tertio q² alij martyres vulnerabantur et torq̄bant̄ in ꝓpria carne tm̄. btā ꝟgo aūt cruciabat̄ ⁊ vulnerabat̄ ac torq̄bat̄ in pl'ibꝫ. q̄a Prīo in carne filij ſui ab ea ſūpta quā videbat lacerari: vulnerari: et ꝑ ſingula mēbra paſſiōe repleri. Eſa. j. A plāta pedis vſq̄ꝫ ad ꝟticē nō erat i eo ſanitas. Scdo q̄ꝫ in anīa ꝓpria ⁊ corde. Gladius ſiq̄dē paſſiōis q̄ ꝑtrāſiuit mēbra chr̄i: ꝑtrāſiuit ꝑ compaſſionē anīam ꝟginis. Tertio q̄ꝫ torq̄bat̄ etiā in carne ꝓpria: dum ex aīa vis doloris redūdabat in corpꝰ. qm̄ ſm̄ Ariſto. ij. de aīa. Aīa nullam habet oꝑatiōem quā nō cōicet corpi. Unde Augꝰ dc̄. Illa quippe pia mr̄ immani dolore ciulans: pectora delicata cōtundens: ita iſpa viſcera cereraq̄ꝫ fatigauerat mēbra: vt iam deficiēs: ad chr̄i funꝰ vix potuerit ꝑuenire. Un̄ etiā ſctāꝝ mulieꝝ manibꝫ ſuſtentata fuit: et ad ſepulcrū chriſti venire nequit cū ipſis. ſ. in die dn̄ice reſurrectionis. Pie nāq̄ꝫ credo ꝙ ipſa pre dolore mortua fuiſſet ⁊ cor eiꝰ ſcaſſum: ſi ſpūſſcti̅ virtꝰ eā nō cōferuaſſet miro modo. Et ſic patet intēſitas doloris.

Secunda cauſa ſufferēdi diuturnitas. Credit̄ em̄ ꝙ ipſa toto tp̄e vite ſue paſſa ⁊ cōpaſſa fuerit: cum ſciret legē ⁊ ꝓphetas in q̄bꝫ oīa myſteria ad chr̄i incarnationē ⁊ paſſionē cōtinebantur. ꝑcipue autē paſſa eſt a tp̄e illo q̄ Symeonē ꝓphetantē audiuit. Tuā ipſiꝰ mq̄r animā ꝑtrāſibit gla. Omnia q̄ ꝓpe p̄nunciata a ſanctis credidit certiſſime implenda. Propterea ⁊ Amb. exponens ꝟbum ꝑdictum: dicit ſic. Gladiꝰ iſte eſt. gladiꝰ diuini verbi. De quo ap'ls Heb. iiij. Uiuus inquit eſt ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipite. Iſtū gladiū cor ⁊ anīa ꝟginis ꝓfūde imerſum habuit. qui a dei myſteria ceteris ꝓfundius penetrauit. et verba dei de chr̄i paſſiōe ac ceteris oꝑibꝫ ſempꝛ in corde medullitus portauit. Lu. ij. Maria conſeruabat oīa verba hec confe. in cor. O q̄nto deſiderio glorioſa virgo dei filium naſcituꝝ ⁊ paſſurū in diuis legebas libris: fide intuebaris: lachrymantibus deflebas oculis: cōpatiebaris medullis cordis: et ex amore intimo oſculabaris labijs ꝟgineis: vt dicere poſſis illud Ps̄. Defecit in ſalutare tuum anīa mea. Defecerūt ocl'i mei. ſ. p̄ lachrymis. Et illud Cant̄. Filie hieruſalē nūciate dilecto q² amore lāgueo. Languor quaſi longus amor.

Tertia cauſa paſſi ꝓpinq̄tas. Nam quāto q̄s eſt ꝓpinquior ⁊ cōiunctior alicui: tanto magis dolet de ipſius pena. ſed Maria ſuꝑ oēs erat chr̄o coniuncta ꝓpinq̄tate triplici. Primo q̄dem naturali qua mater vnitur filio. quia caro chr̄i fuit formata de puriſſimo ſanguine virginis: vt dicit Damaſce. Scdo ſacramentali qua anīa chriſtiani deſponſat̄ chr̄o. Oſee. ij. Sponſabo te mihi in fide. Tertio ꝓpinq̄tate ſpūali qua anīa coniungit̄ deo. j. Coꝝ. vj. Qui adheret deo: vnꝰ ſpiritus fit cum eo. et hoc fit ꝑ grām ⁊ charitatem. Uidens ḡ Maria filium torqueri ⁊ carnē eiꝰ crudeliter laniari: ac ſanguinem ꝑcioſum abundanter effundi: diſſecabat̄ in corde. Uidēs eum in anīa contriſtari ⁊ lachrymari: vulnerabatur eius anima ⁊ a lachrymis continere ſe neq̄bat. Deniq̄ꝫ videns diuinitatē tractari tamignominioſe: lacerabat̄ eius ſpiritus pre dolore cōpaſſiōis. vnde dicere poterat illud Thren̄. j. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.

Quarta cauſa ablati ſublimitas. Quanto nāq̄ꝫ ab aliquo aufert̄ magis charꝝ ⁊ amatum bonum: tanto maiorem ille habet dolorem de ablatiōe. ſed qm̄ auferebat̄ a virgine Ieſu vita quam ſūme amabat ⁊ plus q̄ꝫ ſe charam habebat. vn̄ ipſam amittēdo reputabat omne bonū: omne ſolatiū: omnē deniq̄ꝫ theſauꝝ ſe amiſiſſe. Et reuera qui amittit Ieſum: omnia bona amittit: vt dicit autor li. de interna cōuerſatione. Sine inq̄t Ieſu

nil habes boni. cum Jeſu diues es ⁊ oīa habes. ipm amittens: oīa amiſiſti. Cū igit̄ nunq̄ꝫ alicui matri potuit eſſe talis filiꝰ: nunq̄ꝫ tāta charitas ad filiū. Jpſa nēpe ꝟgo Maria ſciebat q̄lis ſuꝑ oēs eſſet ſuꝰ filius: q2 deꝰ ⁊ hō: et ꝙ de ſpū ſctō cōceptꝰ: vita inocētiſſimꝰ: ꝟbo dulciſſimꝰ: aſpectu iocūdo ſuauiſſimꝰ: vtpote in quē angeli deſiderāt ꝓſpicere. j. Pe. j. Et ideo q̄nto nouit clarius: dilexit teneriꝰ: et vulnerata eſt ꝓfundius. Nunc dolorē Bern̄. tractatu de cōpaſſiōe ꝟgis et Anſ. ꝓſequunt̄: dicētes i ꝑſona Marie. Aſpiciebā dn̄m ⁊ filiū meū in cruce pendentē ⁊ morte turpiſſima morientē: et tanto dolore vexabar in mēte ꝙ nō poſſum explicare ſermone: manabat ſanguis: ligno manibꝫ pedibꝫq̄ꝫ confixis: de vultu eius effluxerat pulcritudo oīs qui tn̄ erat ſpecioſus p̄ hoīm filiꝭs. q2 iniquorū erat fedatꝰ ſputꝭ. Jſte erat dolor mihi maximꝰ q2 videbam me deſeri ab ipſo quē ꝟgo cōceꝑam ⁊ genuerā: nec ſuꝑerat aliꝰ. q2 mihi erat vnicꝰ. videbā mori quē dilexit aīa mea ⁊ tota liq̄fiebā pre doloris anguſtia. dabā gemitꝰ ⁊ ſuſpiria. flebā dicēdo ⁊ plorabā ꝑ ꝟba talia. O fili chare. O benigne nate. O amor vnice fili dulciſſime: da mori tecū: et ne derelinquas me. Nil mihi dulciꝰ vere q̄ꝫ tecū mori amplexata cruce. ⁊ nil amariꝰ certe q̄ꝫ viuere ſine te. Tu mihi pr̄: tu mihi filiꝰ: tu mihi ſpōſus: tu mihi theſaurꝰ: tu mihi gaudiū: tu mihi oē bonū. Nūc orbor pr̄e: viduor ſponſo: deſolor ꝓle: oīa ꝑdo vno ꝑdito te. Hec ⁊ plr̄a talia vbi s̄. et deuoti cōtemplatores dicunt.

Capitulum .II.

P Ro ſecundo q̄ternario Prima ⁊ in ordine ad p̄miſſa Quinta cā magnitudinis doloris beate ꝟginis eſt totalis affectio. Jn aliꝭs em̄ natꝭ affectꝰ maternꝰ nō eſt total' ſed partialis. q2 eſt cū viro participatꝰ. Ex q̄ em̄ concepti ſūt ex viro et muliere: germanitatꝭ dilectio partit̄ ad virū ⁊ mulierē. ſed q̄m btā ꝟgo ſine viro cōcepit chr̄m: ideo totiꝰ germanitatꝭ dilectio ī ipſa ſola includit̄ ⁊ terminat̄. vn̄ ipſa totali dilectione filiū ſuū dilexit. et ꝑ ꝯſequens totali dolore tenebat̄ cum filium amiſit in paſſiōe. Alie ꝟo matres ſicut partialis germanitatꝭ dilectiōe diligūt natos: ita vnico tm̄ vel partiali dolore dolēt de eoꝝ amiſſiōe. Et ſic i btā ꝟgīe duplo exceſſit naturalis dolor aliaꝝ matꝝ dolores. Proinde Bern̄. ſuꝑ Can. dt̄. Eſt ſagitta electa amor chr̄i q̄ cor ꝟgis ꝑtrāſiq̄t. q2 nullā particulā in pectore ꝟginali vacuā reliquit q̄ toto corde dilexit. Hec ille. Scd̄a vel in ordine Sexta cā eſt gr̄e diuinalis repletio. Cum em̄ dolores Jeſu ī animā influant nō niſi ꝑ amorē ipſiꝰ ꝑ quē hō trāſformari habet in chr̄m. Vn̄ Hugo de arra ſpōſe dt̄. Scio aīa mea ꝙ amor eſt vita tua: et per eum in eius quē amas ſilr̄itudinē transformaris Hec ille. Sed q2 amor dei nō eſt niſi ꝑ gr̄az ſpiritusſancti: iuxta illud apl̄i Rhom̄. v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibꝫ noſtris ꝑ ſpm̄ ſctm̄. q̄nto g̈ q̄s maiori gr̄a abūdat: tanto in chr̄m maioris amoris gr̄a trāſformat̄. et q̄nto magꝭ transformat̄: tanto eiꝰ dolores quos ſenſit ſentit ⁊ cū patiente cōpatit̄. Sed q̄m vt dt̄ Hiero. in ſer. de aſſump. Ceterꝭ ꝑ partes p̄ſtat̄ gr̄a: Marie ꝟo ſe totā infudit plenitudo gr̄e. ⁊ ꝑ ꝯſequēs in eam ſuꝑ omnes ſe totam infudit plenitudo doloris chr̄i. Preterea Eccī. j. Arenā marꝭ ⁊ pluuie guttas q̄s dinūerauit. q2 ille ſolus. ſ. deus Marie dolores ⁊ gr̄am infuſam pōt pōderare q̄ hec nouit. Hinc ⁊ Thren̄. ij. de ea ſcribit̄. Magna eſt velut mare contritio tua. Tertia cauſa eſt ſingularis p̄electio. quia benedicta ꝟgo electa erat a deo ſingulariter ſuꝑ oēs. Ps̄. Elegit eā deꝰ et p̄elegit eam. Et ideo omnes angelos: oēs patres ſanctos atq̄ꝫ omnes apl'os: martyres ⁊ cōfeſſores ac virgines precellere debuit dignitate: ꝟtuoſitate: gratioſitate: meritꝭ: et p̄miꝭs. Jdeo Eccī. xxiiij. Jn plenitudine ſanctoꝝ detētio mea Quod exponēs Bern̄. ait. Bene in plenitudine ſanctoꝝ Marie detentio fuit: cui n̄ defuit fides p̄riarchaꝝ: ſpes ꝓphetaꝝ: zelus apl'oꝝ: conſtantia martyꝝ: ſobrietas confeſſoꝝ: caſtitas ꝟginū: fecunditas coniugatoꝝ: inſuꝑ ⁊ puritas angeloꝝ. Hec ille. Cum igit̄ debuit eſſe ⁊ fuit ꝑfecto oīm excellentiſſima incompabiliter ex dignitate materna: idcirco debuit icompabilibilit̄ ēe chr̄o dolenti ꝯformis in dolore ex compaſſiōe: vt indicibiliter maiorē oībꝫ gratiā: meritum: ⁊ gl'iam obtineret. Hinc Eccī. j. Altitudinē celi ⁊ latitudinem terre ⁊ ꝓfundum abyſſi quis dimenſus ē: quia ille ſolus. ſ. deus nouit metiri altitudinem glorie Marie: et latitudinē gratie ac ꝓfunditatē doloris. Quarta cauſa eſt doloris reuerberatio: quoniā vniuerſi dolores ⁊ triſticie filij ſui reuerberabātur in animā benedicte virginis. Videbat nanq̄ꝫ filium ⁊ vnicum tādiris cruciatibus expoſitum: totaq̄ꝫ mente conuerſa erat ad eius ſingula vulnera et leſiones. Unde per ſingula chriſti vulnera ip̄a vulnerabatur in aīa. Preterea amoroſus Jeſus ſciēs ſuam predilectam matrem ſic in corde fore vulneratam ⁊ dolētem: ſumme ei compatiebatur ⁊ condolebat. ſed ⁊ ip̄a pia mater videns filium ſic de ſeipſa ſumme dolentem: ex amore intimo illius dolori compatiebatur ⁊ condolebat. et ſic dolor eius quaſi duplicatꝰ reuerberabat̄ ⁊ ꝯuertebat̄ in ſe. Vn̄ completū eſt in ea illud Ps̄. Aſtitit regina a dex. tu. circū. varietate. ſ. doloꝝ ⁊ anguſtiarum ſui filij. Jdcirco Augꝰ ad chr̄m loquens dicit. Foderꝭ. ſ. o dulcis Jeſu diris clauis extra: aſperiꝰ intra ex compaſſione virginis matris tecum hec omnia participanſꝭ. Hinc et quo ſupra tractatu de virginis compaſſiōe Bern̄. in perſona Marie ſcribens dicit. Cum fuiſſem intuita filium meū pugnis ꝑcuti: alapis cedi: facie conſpui: ſpinis coronari: et opprobrium hominum fieri: cōmota

ſunt oīa viſcera mea et defecit ſpūs meus: tene/
bar velut emortua et ſuſtentabar q̄uſq3 puentū
eſt ad locū vbi crucifixerūt eū ante me: ꝛ dirꝭ cla
uis affixū leuauerūt in cruce. Ego vidēs eum ꝛ
ipſe videns me: dolebat plus de me q̄ʒ de ſe. Vñ
et ego tanto dolore vexabar in mente ꝙ nō poſ/
ſum explicare ſermone. Et poſt pauca dī. Mat
ſentiebat filij dolores. virgo q̄ pepit: gladiū pa/
tiebat doloris. chr̄i moriētꝭ vulnera matrꝭ erāt.
doloreſq3 matris chr̄i fuerunt. et dolores nati:
matris aiam gladiauerunt. Nec ille.

Capitulum. III.

PRo tertio q̄ ternario Prima et in ordine
Nona cā magnitudinis doloris btē vir/
ginis eſt dilecti pñtia. qm̄ vt ſcribit Joā.
xix. Stabat iuxta crucē Jeſu mater ei⁹. Stabat
inquā ſponſa amoris: mater ſaluatoris. et ideo
ſumme dolebat: cū oculis ſuū vnicū ſic in pſen/
tia cruciari cernebat. Plus nanq3 q̄libet mr̄ cō/
dolet de pena filij in pñtia q̄ʒ in abſentia. Unde
Berñ. in Homel. ſup euāge. Stabat iuxta cru
cē ꝛc. dī. O viſcera materna btiſſima quāta fuit
intra vos cōmotio in illo tpe cū diſſecaret ocul
videntib⁊ ꝛ laceraret caro illa ſacroſctā que itra
vos tādulciter a ſpūſctō eſt cōpacta. Vere dolor
q̄ ab alijs matrib⁊ exp̄mit in pñtialib⁊ natorum
tormētꝭ exteriorib⁊ ſignis ꝛ clamorib⁊ pene tot⁹
intra te o felix mr̄ cōuerſus: viſcera tua inenarra
biliter cōmouit. Nam noueras integꝝ corp⁹ fi/
lij tui egreſſum de vtero tuo ṽginali: et ecce vi/
debas dilaceratū ꝛ pſciſſuʒ vulnera ſup vuln⁹:
manus clauis cōfixas cruci: et pedes pforatos:
ac lat⁹: et ſanguinē decurrentē in terrā. Jtē con/
ſueueras de ore illo aureo ſp celeſtia ꝛ cōſolato/
ria ṽba audire: et ecce audis in cruce p̄ anguſtia
clamantē. De⁹ deus me⁹ ꝛc. Vultū añ radiantē
diuino radio cernebas. q: expauit: exaruit: con/
ſput⁹: cruentatus ꝛc. Propterea ipa btā virgo
dicere potuit illud Threñ. j. Vide dñe. ſ. de⁹ pat
qm̄ tribulor: ſubuerſum eſt cor meū in memetiꝑ/
pſa qm̄ amaritudie plena ſum. Foris interficit
gladi⁹. i. filio illatū vuln⁹: et domi. i. i corde meo
mors ſil'is. mlti em̄ gemit⁹ mei in cor meū me/
rens. Scdā cā eſt adiutorij carētia: qm̄ vide/
bat ꝙ ſu⁹ filius nullū adiutoriū habebat: nec a
patre: nec ab angelis: nec ab homib⁊. ideo clama
uit i cruce. De⁹ deus me⁹ vt qd dereliqſti me. O
q̄ntum dolorē cor virginis habebat: cū ſuū vni/
genitū ſic ab oib⁊ derelictū videbat. Unō dicere
poterat illud Job. xix. Fratres meos lōge feciſti
a me: ꝛ noti mei q̄ſi alieni receſſerūt a me. Ter
tia eſt iuuādi impotētia. Leui⁹ nāq3 materna vi/
ſcera q̄tiunt cū in paſſione natoꝝ iuuamīa affer
re poterunt: aut p ſe: aut p alios. ſed ṽgo benedi
cta nullū iuuamen poterat afferre filio: qm̄ erat
valde alte ſubleuat⁹ in cruce. Ut em̄ dī magr̄ in
hiſto. Crucꝭ lignū erat erectū in altū. xv. pedū. et
ideo eū btā ṽgo manib⁊ tāgere non poterat: nec
caput p̄ doloꝝ magnitudine inclinatū ſuſtenta/
re: nec lachrymātes oculos extergere: aut vuln⁹
ligare: aut aliqđ ſolaciū impēdere. ꝑter qđ ma
ximū dolorē habuit. De h̄ dolore loquit Anſel.
ita di. Quis extimare pōt q̄nta triſticia: merore
et dolore vulnerabat cor maternū ſuper vnici ꝛ
naturalis filij paſſiōe quē tā caſte cōcepit: tā gau
dioſe pepit: tā dulciter aluit. vidit eum ligatū et
ſoluere nō potuit. vidit corp⁹ vulneratū ꝛ vul/
nus ligare nō valuit. vidit ſanguinē in faciē flu/
ere et abſtergere nequit. caput inclinatū ꝛ ſuſten
tare nō potuit. flentē ꝛ p̄ triſticia cōſolari nequit.
audiuit eū dicere: Sitio: et ei aquā miſtrare nō
valuit. Nec ille. O virgo dulciſſima: nonne tuū
ſanguinē p̄cioſu in eidē tuo filio ſi poſſibile fuiſ/
ſet obtuliſſes: n ōne morti teipſam p eo expoſu
iſſes: nōne ei fameſcēti cibū preparaſſes: nonne vl
nis circūfouiſſes? Uere credo ꝛ fateor ꝙ oīa
ſuſtinuiſſes vt ei aliqđ iuuamē afferre valuiſſes
Quarta cā eſt facti ignīminia. q: cū videbat ſū/
mā ignīminiā deo iferri: ſūme dolebat. qm̄ deum
ſūme amabat. Quātū putas ṽgo doluit cū deū
ſic hūiliatū vidit: ſūme pulcrū ſic deformatum:
ſūme dulciſſimū ſic amaricatū: vt creator oim a
miſerꝭ hoib⁊: iuſt⁹ ab iniuſtꝭ tormēta latronū co/
rā notꝭ ꝛ charꝭ talia ꝛ tāta ludibria: ṽbera: et di/
rā penā pateret. O itaq3 fidelis aīa plora cum
Maria ſup ei⁹ vnico filio dulciſſimo Jeſu deo
tuo p te: nō p ſe patiēti. Cōſidera tot ꝛ tantas la
chrymas: et frāge cor tuū ad ploratū. Plorauit
nāq3 chr̄s i cruce. plorauit bñdicta virgo mr̄ ei⁹
ſub cruce. Deniq3 angeli pacis amare fleuerunt
Eſa. xxxiij. Preterea ſol luctū oñdit obſcuratōe.
petre ſciſſe ſunt ꝛ monumēta apta. Frāgat igit
tantꝭ exemplis cor tuū lapideū. Audi chr̄m i cru
ce tibi dicētē ſm Berñ. hec ṽba. O hō vide que
p te patior: ad te clamo: q̄ p te morior: vide pēas
q̄b⁊ afficior: vide clauos q̄b⁊ confodior: vide la/
chrymas q̄s p te fundo: vt dicere poſſim: q: cali
gauerūt ocli mei a fletu meo. Et lʒ tāt⁹ ſit dolor
exteri⁹: eo tñ grauior ē interi⁹ dū te ingtum video
Nec ille. Cōpatere igit ꝛ plora ne ingt⁹ videarꝭ
Si mēbrū es chr̄i cōpatere capiti chr̄o confixo:
cōpatere ei⁹ mr̄i dolenti.

Articulus tertius ꝙ beata Maria p gladiū
doloris aureolā martyrij meruit.

TErtium myſteriū
de aureole btitudine. Nam iuxta pre
miſſa Queſtio occurrit Utrum bea/
ta Maria ṽgo habeat glioſam aureolā marty/
rij in celo. Nimiꝝ cū aureola debeat in celo ñ vo/
lūtati qđē ſed actui: vt tenēt cōcorditer doc. ſup
iiij. ſen. Quō g̃ btā ṽgo aureolā habet in q̄ non
fuit act⁹ martyrij. q: ipſa ñ ſuſtinuit p chr̄o mor
tē illatā p martyriū: vt dī Amb. Nec lr̄a inqt do
cet: nec hiſtoria Mariā gladio vitam finiuiſſe.
Reſpōdet ꝙ beata ṽgo Maria meruit habere

in celeſti patria oim aureolaꝝ p̄mia: vt tenēt cō muniter doc. et p̄cipue ꝓbat magn⁹ Alber. ſuꝑ Miſſus eſt. ca. cxix. Vn̄ ponit̄ ꝓ cōcluſione ꝙ .ſ. beata virgo Maria ꝓfulget in celeſti glīa martyrij feliciſſima aureola. Et hec cōcluſio declarat̄ Nā vt d̄r in obiectiōe: ipſius v̄ginis martyriuꝫ q̄uis nō fuerit ſm̄ actū martyrij ꝑ morte illatā corꝑalr̄ ⁊ materialr̄ ꝯſūmatū: tn̄ qꝛ habuit v̄go ſūmū dolorē ī aīa. et ſic exceſſiuū martyriū ⁊ ei⁹ aureolā feliciſſimā p̄ martyrio oim alioꝝ martyrū ꝓpōderātē h̄re dinoſcit̄. p̄cipue ſaltē triplici ratiōe.

Primo qꝛ ei⁹ martyriū eſt m̄ltiplici⁹
Scd̄o qꝛ nobilius vel digni⁹.
Tertio quia glorioſius

Primo qꝛ beate Marie martyriū fuit multiplici⁹. Nā alij martyres paſſi ſunt ſimplici⁹ martyriū. Ipſa aūt b̄tā mr̄ dei paſſa eſt q̄ncuplex. vicꝫ martyriū doloris: cōpaſſiōis: diuini ſermonis: volūtatꝭ: ⁊ memoratiōis. Primo dixi martyriū doloris. de q̄ Lu. ij. Tuā ipſi⁹ aiaꝫ ꝑtrā. gla. Vn̄ Damaſce. d̄r. Ipſa b̄tā v̄go dolores q̄s effugit pariēs ⁊ moriēs: hos in chr̄i paſſiōe ſuſtinuit a maternali cōpaſſiōe: viſceꝝ lacerationē tolerās. et quē deū ꝯgnouit ꝑ natiuitatē: hūc vt maleficū interfectū vidēs: gladio ceu cogitationib⁹ lacerabat̄. Hec ille. Scd̄o paſſa eſt martyriū cōpaſſiōis in multꝭ tribulatiōib⁹ ⁊ vulneribus chr̄i q̄ fuit martyr martyꝝ. ⁊ vltra hec qꝛ vuln⁹ lateris v̄go ſola ſuſcepit in corde doloroſo. Nam aīa chr̄i iā tunc deceſſerat a corꝑe. ſed aīa Marie erat in corꝑe filij ꝑ amorē plus q̄ꝫ in corpore ꝓprio. qꝛ aīa plus eſt ibi vbi amat q̄ꝫ vbi aīat: ſm̄ Aug. ꝙ ⁊c. Vn̄ Bern̄. in ſermone de annūciatione d̄r ſic. Vere tuā o b̄tā mater aīam gladius ꝑtrāſiuit: qn̄ crudelis lācea filio iam mortuo lat⁹ aꝑuit. ipſi⁹ nimiꝝ aīa iā ibi nō erat: ſed tua plane auelli neq̄bat vt plus q̄ꝫ martyrē te nō immerito p̄dicem⁹: in q̄ ſenſum corꝑee paſſiōis exceſſit affect⁹ cōpaſſiōis. Hec ille. Tertio martyriū diuini ſermonis: q̄d fecit gladi⁹ illi⁹ ſermonis chr̄i dicentꝭ in cruce. Mulier ecce fili⁹ tuus. Bern̄. vbi ſ̄. An nō plus q̄ꝫ gladi⁹ fuit ſermo ille: Mlier ecce filius tuus. Fuit reuera ꝑtrāſiēs aīam ⁊ ꝑtingēs vſq̄ꝫ ad diuiſionē ſpūs. Quarto martyriū volūtatꝭ q̄ iuxta crucē ſtans parata fuit v̄go ꝓ chr̄o ⁊ ꝓ ſalute hoim martyriū pati: vt dic̄ Amb. ſuꝑ Lu. et etiā Anſ. Quinto paſſa eſt martyriū memoratiōis. et hoc nō tā momētanee vel breuis tp̄is: ſed diuturne paſſiōis. Tū qꝛ a puericia Jeſu ſꝑ expectauit in ſe impleri ꝓphetiā Symeonis de gladio doloris. Tū quia poſt paſſionē chr̄i ſꝑ in memoria habuit. et ex h̄ ſꝑ p̄ alijs vulnerabat̄ pre dolore ex amoris chr̄i deſiderio. Scd̄o martyriū b̄tē v̄ginis fuit nobilius p̄ alijs martyrijs: ideo q̄ꝫ aureola digniſſimū. quia paſſa eſt in aīa q̄ multo nobilior eſt corꝑe. Vn̄ multo nobili⁹ fuit v̄gini pati in aīa ꝓ chr̄i amore martyriū. Proīde Hiero. in ſer. de aſſump. d̄r. Alij ſancti pro chr̄o paſſi ſunt in carne. b̄tā v̄go in ea ꝑte ſui paſſa eſt q̄ impaſſibil̄ et īmortalis habet̄. hoc eſt: in aīa. Idcirco vt verū fatear plus q̄ꝫ martyr fuit. quia atroci⁹ paſſa eſt dū paſſiōis chr̄i gladiū in aīa ſuſtinuit. Hec ille. Tertio martyriū v̄ginis fuit glorioſius. Q̄d ſic oſtēdit̄ ſm̄ Alb. qꝛ aureola martyribus debet̄ ꝓ eo ꝙ aīam dederunt. ſed hoc fecit Maria glīoſi⁹ p̄ ceterꝭ. Primo qꝛ dedit ꝓ ſalute mūdi p̄dilectiſſimā aīam. i. vitā filij ſui quā incomparabiliter p̄dilexit q̄ꝫ Petr⁹ vel ali⁹ martyr ꝓpriam aīam ſuā. Scd̄o qꝛ dedit p̄cioſiſſimā aīam ſcꝫ chr̄i: q̄ datio fuit p̄ciū toti⁹ mūdi. Tertio: q̄a alij dederūt corp⁹ ⁊ aīam. b̄tā v̄go aūt dedit ad crucē corp⁹ ⁊ aīam ⁊ diuinitatē. ꝙ patꝫ ꝙ improportionabil̄r glīoſi⁹ accepit in p̄mio aureole. O igit̄ glīoſiſſima ora ꝓ nobis chr̄m Amen.

Pars tertia libri tertij de p̄cellenti acerbitate doloris Marie.

Tuam ipſius ani-

mā ꝑtranſibit gladi⁹. Lu. ij. Hec verba dixit Symeō ad Mariā ꝓ tp̄e purificatiōis: q̄bus oſtendit ꝓphetice ⁊ iſinuat ſūmū amorem ⁊ dolorē Marie. Amorem in eo ꝙ d̄r. Tuā ipſi⁹ aīam. Gorra exponit ſic. i. tuā aīaꝫ que eſt ipſius chr̄i filij tui ꝑ amoris vinculum. Diligebat eīm chr̄s virginem matrem ſicut aīaꝫ ſuam. Vl̄ ſic. Tuam ipſius .ſ. chr̄i animā que q̄dem eſt tua ꝑ amorē intimū. Diligebat eīm virgo mater aīam chr̄i ſicut ſuā: imo improportionabiliter pl⁹ q̄ꝫ ſuā. Hec Gorra. Itē inſinuat ꝓpheta Symeō b̄tē virginis dolorē acerbiſſimū in chr̄i paſſione. cū ſubdit: ꝑtranſibit gladi⁹. in q̄ notat̄ ꝙ dolor Marie nō fuit particularis ſed vniuerſalis. qꝛ nulla particula ſine dolore fuit ſed totā aīam repleuit. Vn̄ Hiero. ſer. d̄ aſſum. d̄r. Conſtat qꝛ Maria tantū doluit vt totā animā ꝑtrāſierat ac poſſideret vis doloris. Item notat̄ etiā ꝙ dolor Marie nō fuit ſuꝑficial̄ ſed vſq̄ꝫ ad cordis intima ꝑtrāſiuit ⁊ oīa oſſa ei⁹ penetrauit: q̄m mortē filij fecerat ſuā: vt ait Hiero. vbi ſ̄. De hac ꝙ doloriſitate Marie p̄ter preſcp̄ta: tria myſteria notabim⁹.

Primū myſteriū d̄r excellentie
Secūdū d̄r excreſcentie
Tertiū d̄r efficientie.

Articulus p̄mus ꝙ dolor q̄ ꝑtranſiuit cor beate Marie in filij ſui paſſione ſuꝑauit oim martyrū dolores in acerbitate

Circa primū my-

ſteriū .ſ. excellētie querit̄ Utrum gladius doloris quem ſuſtinuit beata virgo Maria in chriſti paſſione fuerit excellentior in acerbitate martyrum omnium corporali

dolore ꝛ paſſione. Ad qđ ꝓtinus rn̄deť ꝙ ſic:
ſm̄ Nico đ Lyra ſuꝑ.iij.ſniaꝝ circa diſt.xvj. Et
declaraŧ h̄ ꝑ plures rōnes q̄ accipiunť ſeriatim
ex v̄bis p̄miſſi thematis. Prima rō accipiť ex
hoc ꝙ đr: Tuā. et eſt talis. qꝛ beata v̄go nō fuit
paſſa aliud martyriū q̄ȝ in dolore cōpaſſiōis ſu
ꝑ chr̄o patiente. Si ḡ tūc nō doluit plus q̄ȝ ali/
qs martyr. ḡ ſuū martyriū in celo haberet minꝰ
p̄miū ꝛ gl̄iam minorē: qđ eſſet cōtra ſniam Da/
maſceni dicēt͡ȝ ꝙ hec v̄go a nullo illuſtriū vinci/
tur. ſic q̄ȝ illi martyres p̄cellerēt in gloria dei ma
trē: quod eſt abſurdū. Scđa rō accipiť ex eo ꝙ
đr: ipſiꝰ. talis. qꝛ gladiꝰ doloris paſſiōis chriſti
fuit acerbiſſimꝰ ſuꝑ oēs martyrū dolores. iuxta
illud Thren̄.j. O vos oēs q̄ tranſit͡ȝ ꝑ viā attē/
dite ꝛ vi. ſi ē dolor ſil'is ſic do. meꝰ. Sed qm̄ ani
mā b. Marie ipē idē gladiꝰ paſſiōis chr̄i ꝑtrāſi/
uit. ḡ acerbior fuit p̄ alijs martyribꝫ. Hic Ber.
in ſer. de paſſiōe q̄ incipit. Si liguis hoim: dicit
ſic. Quod in carne chr̄i agebāt claui ꝛ lācea: hoc
in v̄ginis mēte paſſio naturalis affectiōis ꝛ ma
terna anguſtia. Tertia rō accipiť ex eo ꝙ dici/
tur: animā. qꝛ maior ē afflictio q̄ penetrat aīam
ſcindendo q̄ȝ q̄ carnē. ſed in alijs martyribꝫ gla/
dius doloris penetrauit carnē: in v̄gine aūt ani
mā. igiť ꝛc. Hinc Hiero. Maria inquit qꝛ mē/
te paſſa eſt: plus q̄ȝ martyr fuit. Quarta ratō
accipiť ex eo ꝙ diciť: ꝑtranſibit. q̄a tanto magis
ꝑtranſit aīam dolor in amittēdo aliq̄d: quanto
magis diligebaŧ illud. ſed btā v̄go ſūme dilexit
chr̄m ꝛ eius vitam: improporcionabil'r q̄ȝ ma/
gis q̄ȝ alij martyres dilexerint ꝓpriam vitā: imo
martyres ipſi nō diligebant ſed oderant ꝓpriam
vitam ꝓpter chr̄m. iuxta illud Joan. xij. Qui ꝑdi
derit aniam ſuam ꝓpter me: inueniet eā. ꝛ q̄ odit
aīam ſuā in hoc mūdo: in vitā eternam cuſtodit
eam. Ergo btā Maria plus doluit amittēdo vi
tā chr̄i q̄ȝ martyres amittēdo ꝓpriā vitā. Qui
ta rō accipiť ex eo ꝙ đr: gladius. quia gladiꝰ do
loris ſummi conſurgit ex gladio amoris ſummi
in ipſa beata v̄gine Maria. Et hec rō declaraŧ
lucidius ſm̄ Alber. ſuꝑ Miſſus eſt. ca. cxvj. ſen
tentiaľr. qm̄ oīs dolor ex amore. quod em̄ cum
amore poſſideť: cum dolore amittiť. Et ideo vbi
ſummus ꝛ improporcionabilis amor: ibi ſūmꝰ
et improporcionabilis dolor đ amati amiſſiōe.
Sed qꝛ dolor martyꝝ in ſua paſſione cauſabaŧ
ex naturali amore corꝑis. Dolor aūt v̄gis Ma
rie in chr̄i paſſiōe cauſabaŧ a gr̄a ſimul ꝛ a natu
ra. mag͡ȝ tn̄ a gr̄a ꝛ ab amore gratuito. ſed qꝛ gra
tia improporcionabiliter ꝑfectior ꝛ fortior eſt q̄ȝ
natura. vn̄ improporcionabiliter maior ē amor
gratuitꝰ q̄ȝ amor naturalis. ꝓpterea ſancti Lau/
rentius ꝛ Vincentius: ac alij m̄ľti leguntť iocū/
daſſe etiā in tormēt͡ȝ acerbiſſimis vbi naturalis
dolor maxime vigere deberet. Letabanť autē ex
feruentia amoris gratuiti. Sequiť ḡ ꝙ ſic gra/
tia improporcionabiľr fortius mouet q̄ȝ natu/
ra: ita dolor cauſatus a gratia maior eſt impro/
porcionabiliter q̄ȝ dolor cauſatus a natura. ꝛ ꝑ
cōſeq̄ns dolor b̄te Marie q̄ cauſabaŧ a natura
et gratia: incōꝑabiľr maior erat dolore aliorum
martyꝝ. Ex q̄ em̄ mens Marie fuit plena chari
tate ꝛ gr̄a pre alijs improporcionabiľr. ḡ nullū
habuit retinaculū q̄n toto impetu ī efficacia ha/
bitus ad compaſſionē ꝛ triſticiam ſuꝑ chr̄o paſ/
ſo materna affectione ferreť. Hinc Bern̄. ſuper
Miſſus eſt. đr: Longe eam plus q̄ȝ martyre cē/
ſemus: in qua paſſionis. ſ. corꝑalis ſenſum ſu/
ꝑat cōpaſſiōis affectꝰ. Hec ille. Sed di. In bea/
ta v̄gine nulla erat leſio in carne: ſed tm̄ in men
te. In martyribꝫ aūt erat dolor in carne ꝛ ſimul
etiā in mēte: cū aīa cōmunicet paſſiōibꝫ corꝑis
ꝓpter cōiunctionē. ḡ martyres duplici ꝛ ꝑ conſe/
quens ampliori dolore dolebant q̄ȝ Maria.

Rn̄r ſm̄ Nico. de Lyra vbi ſ. ꝙ in martyri/
bus ꝑua erat vis doloris in mēte: ſed tota conſi
ſtebat q̄ſi in carne. vn̄ ꝛ cōſolatiōem maximā ꝑ/
cipiebant in mēte ex paſſiōe ꝓ chr̄o ſuſcepta. ſed
in beata v̄gine erat ecōuerſo. ḡ in ipſa fuit dolor
acerbiſſimꝰ. Nec valet obiectio ſi dicas ꝙ etiā
in btā virgine fuit gaudiū admixtū dolori. quia
gaudebat de hūani generis redēptione: coqꝫ vo
luntas v̄ginis ad vtrāq̄ȝ faciē ferri in totū actu͡ȝ
totaliter ſinebaŧ: vt ſimul ſūme gauderet in ra/
tione de redemptione humani generis: ac ſūme
doleret in affectu materno in chr̄i ꝑemptiōe cor/
porali. Deniq̄ȝ n̄ valet ſi obijcias ꝙ dolor paſ
ſionis corꝑalis mag͡ȝ eſt exterminatiuꝰ vite cor/
poralis q̄ȝ dolor compaſſiōis q̄ eſt in aīa tm̄mō
coꝙ aliq̄n tantus eſt dolor in aīa quando vic͡ȝ
homo totaliter ꝑturbatus eſt ꝙ abſorbet omnē
dolorē corꝑalem. imo q̄n̄q̄ȝ hō ex dolore anime
inijcit ſibijpſi manꝰ: et nō curat dolores ſibijpſi
inferre corꝑales ꝛ mortē. Vn̄ patet ꝙ fortior do
lor mentis beate Marie fuerit omi dolore cor/
porali martyꝝ: p̄dictis ex rōnibus. O igiť pec
cator conſidera quātum patiť pro te chr̄s deus
et quantū compatiť pia mater eius. O vere fer/
reum pectus ꝛ adamantinū cor hoīs ꝑtōris q̄
nō condolet ꝛ nō cōmoueť ad lamenta: cū ſuper
tot ꝛ tantis doloribꝫ etiā petre ſciſſe ſūt: monu/
mentaq̄ȝ apꝑta: ſol etiam tenebratꝰ luxit: et terra
mota planctum oſtendit.

Articulus ſecundus q̄liter doloris gladiꝰ ex/
creſcebat in acerbitate leſionis ex. xij. conſidera/
tionibꝫ in corde Marie.

Secundū myſteri

um đr excreſcētie. hoc eſt q̄liter excre
ſcebat dolor maximꝰ in beate Ma
rie anima ex ſui filij paſſiōe. Vbi nota ꝙ ex q̄ be/
ata virgo nouerat omnes ſcripturas ſacras et
ſpiritu ſancto reuelante ſciebat: ac etiam natura/
li ratione intelligebat atq̄ȝ dep̄rehēdere poterat

immenſitatē doloris in filio patiente. idcirco ſū-
me gladius afflictiōis eiꝰ aīam vulnerādo per-
tranſibat. ſicut ꝓphetauerat Symeō di. Tuam
ipſiꝰ aīam ⁊c. Diſtinguere aūt poſſumꝰ duodeci
conſiderationes q̄ ꝟſabantur in corde btē Ma-
rie: ex quibꝫ excreſcebat dolor maximꝰ in ipa. Et
iſte cōſiderationes excreſcētie doloris tanq̄ꝫ duo-
decim ſtelle in corona btē ꝟgis Marie ponunt
q̄s ꝑ has ipa btā ꝟgo meruit gloriā ⁊ coronam
xij. ſtellaꝝ. iuxta illud Apocal' xij. Mulier ami-
cta ſole ⁊ in capite eiꝰ corona duodecim ſtellarū.
Et pn̄t diuidi pro faciliori captu in tres quater-
narios: vt ſequit

Prime cōſideratio incōprehēſibilis doloris.
Scḋa generalis afflictionis
Tertia. obilis complexionis.
Quarta crudelis attractationis
Quinta cordialis reuerberatiōis.
Sexta totalis deſolationis
Septima localis deſpectionis.
Octaua ſocialis vilipenſionis.
Nona vituꝑabilis morti damnatiōis.
Decima confuſibilis diffamationis.
Undecima ingratitudinalis iniuriationis.
Duodecima mmꝰ vtilis fructificationis.

Capitulum. I. de Conſideratione incompre-
henſibilis doloris dn̄i Jeſu chr̄i.

Prima conſidera

tio incomprehenſibilis doloris chri
ſti ex qua excreſcebat dolor ſummꝰ ī
ꝟgine bn̄dicta. Declarat. q2 teſte ſaluatore venit
filius hois ſaluare qḋ ꝑierat Luc. xix. et q2 totū
ꝑierat. ḡ totū ſaluare debuerat q̄ntum. ſ. in eo. i.
chr̄o fuerat. Hec aūt beata ꝟgo nouerat et ex h
conſiderabat: ſicut etiam oīs fidelis aīa conſi-
derare ⁊ penſare debet: quia chr̄s pro toto gene-
re humano perdito exoluere debebat p̄cipue iſta
quattuor

Primo omnes humanas miſerias.
Secundo omnes humanas offenſas.
Tertio eternas damnatoꝝ penas.
Quarto amiſſas celeſtes delitias.

Primo inquā oēs hūanas miſerias debuit ſol-
uere chr̄s. q2 ipſe debuit eſſe emēdator ꝑfectiſſi-
mus oīs mali qḋ fuerat inflictū humano gene-
ri ꝓpter pccm̄: ꝓpter qḋ incurrerat īfirmitates: la-
bores: anguſtias: mortē: et oēs miſerias q̄s pa-
timur ī hoc mūdo. ḡ chr̄s tāmaxime debuit do-
lere ꝙ q̄ntū ex ſe fuit hec oīa ſolueret ꝓ toto ge-
nere hūano: lꝫ nō oēs hoīes ꝓpter ſuam maliciā
ſint conſecuti efficaciā ſaluatiōis. Et ſm ſtatum
vie hec nobis relicta ſunt oībꝫ vt patiamur ad
meritū ⁊ p̄miū augendum. Propterea Eſa. lv.
Uere lāguores nr̄os. i. infirmitates ⁊ miſerias
ipſe tulit: et do. no. ipſe por. Dilata ḡ hō ſinū mē-
tis tue ⁊ cōſidera q̄t infirmitates: q̄t miſerias: la-
bores ⁊ anguſtias: quot q̄ꝫ genera mortꝭ patit
hō. Et ſic nouerꝭ q̄ntū debuit dolere chr̄s vt hec
oīa exoluat. Hec oīa pēſauit Maria. et ideo di-
xit illud Thren̄. j. Multi gemitꝰ mei ⁊ cor meū
merēs. Scḋo oēs hūanas offenſas chr̄s de-
buit exoluere. q2 hec fuit cauſa paſſiōis vt ſatiſ-
faciat ꝓ pctīs totiꝰ generis hūani: nō ſolū origi-
nalibꝫ ſedetiā actualibꝫ: venialibꝫ: ⁊ mortalibꝫ.
nō ſolum ꝓ electis: ſedetiā ꝓ reprobis. Un̄ Eſa.
liij. Omnes nos errauimus: vnuſquiſq̄ꝫ in viā
ſuā declinauit. ſ. per pctā varia: et dn̄s poſuit. ſ.
ad ſoluendū in penis: in eo. ſ. chr̄o iniq̄tates oīm
dicit̄. talis eſſe debet.i. tante excellētie ꝛ dignita
tis vicꝫ ſūme q maior creature cōicari nō potuit
ſub vnionis dignitate ꝑſonalis in chr̄o:ꝛ quam
eius dignitatē omnes creature merito admirā
tur:vtpote cū ſit regina mundi: dn̄a angelorū:
dei mr̄. De ei⁹ dignitate Hieronym⁹ (vt allegat̄ ī
libro originaliū) dicit. Quid dicem⁹ de te virgo
ſereniſſima:pulcerrima inter oēs mulieres.ſi ſo
lem te dixerim⁹:ſplēdidior es. ſi roſam: floridi
or es.ſi liliū:candidior es.ſi cinamomū. ſi bal
ſamū:ſed oēs ſpecies aromatꝭ odore tuo pcellis
quia ꝓuilegia.ſ.dignitatꝭ tibi a deo cōceſſa non
ſolum hoībꝫ ſed ꝛ angelis admirāda ſunt. Hec
ille. Tertio cōmendat̄ in ꝟbis pmiſſis a cele
berrima nomīatiōe:cum dr̄. vt in cunctis regio
nibus noīet̄. Reuera nomē Marie apd̄ oēs no
minat̄ celeberrima veneratiōe.qr ex h btām eaꝫ
dicēt oēs generatiōes Lu.j.ca. Bern̄.in ſer. Be
atā te o bn̄dicta virgo dicent merito oēs genera
tiones.qr oībꝫ generationibꝫ vitā ꝛ gl'iam inue
niſti. Jn te em̄ angeli leticiā:iuſti grām:peccato
res veniā inueniūt in eternū. Hec ille. Unde im
pletū eſt illud Eſa.ix.ſm aliā lr̄aꝫ ſcp̄tū. Erit no
men ei⁹ gl'ioſum. Quod pōt eſſe aliud thema ꝓ
hac parte. Acturi igit̄ de gl'ia noīs bn̄dicte vir
ginis Marie:ad preſens tria myſteria notabi
mus ſm triplicem eius gl'ioſitatem.

Primū dr̄ myſteriū ꝓphetice cōmendationis
Scdm myſteriū dignifice cognomiatiōis
Tertiū myſteriū honorifice ſublimatōis.

Articulus primus qualiter ſancti ꝓphete glo
riam nomis Marie pdixerūt ꝛ cōmendauerūt
in ſimilitudinibꝫ.

Rimū myſteriuꝫ

P. de glorioſo nomie virginis Marie
dr̄ ꝓphetice cōmēdationis. Hoc eſt:
qualiter ſancti ꝓphete ſpūſancto inſpirante glo
riam noīs Marie cōmēdarūt. Quod qdē ſi vo
lum⁹ agnoſcere:ꝓducam⁹ tm̄ mō ꝓphetas tres:
alijs cauſa breuitatis ꝑtermiſſis.et dicant nob
de hoc veritatem.

Primus eſt Moyſes
Secundus eſt Balaam
Tertius eſt Salomon.

Primus ꝓpheta Moyſes. O ſancte propheta
Moyſes:ſcimus quia tu facie ad faciem loque

M. T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

baris cū deo tanq̄ȝ amicus familiaris cū amico
teſte ſacra ſcp̄tura. Tibi ḡ deꝰ reuelauit myſte-
ria de filio ſuo incarnando ⁊ eius matre glorio-
ſiſſima. Vñ dixiſti filijs iſrael Deut. xviij. Pro-
phetā de gēte tua ⁊ de fratribꝫ tuis ſuſcitabit ti-
bi dñs: ipm ſicut me audies. q̄cūqȝ nō audierit
ꝓphetā illū: extermiabit de populo dei. Dic igit
nūc nob tu ſancte Moyſes q̄d tibi videbat: q̄d
deo inſpirāte ſentiebas de noīe matꝛ dei: q̄ȝ gra
tioſum ⁊ cōmēdabile: bñdictū ⁊ laudabile foret
Audi diligēter o fidelis aīa quid Moyſes in
cōmēdatione huiꝰ noīs dixerit Gen. j. Dixit ꝟo
deus Cōgregent aque que ſub celo ſunt in locū
vnū ⁊ appareat arida. factūqȝ eſt ita. et vocauit
deꝰ aridam terram. congregatiōeſqȝ aquaꝝ ap-
pellauit maria. Notate verba: ſignate myſteria.
Quid eſt em̄ cōgregatio aquaꝝ: niſi cōgregatio
oīm graꝝ ī vnū locū. i. in virginē matre. Vñ ſal-
uator ꝑ aquā grām ſpūſſci intelligendā docuit
Joan. iiij. Aquā quā ego dabo fiet in eo fōs aq
ſalientꝭ in vitā eternā. Sic igit ꝯgregatōes gra
tiaꝝ in dei matre voluit appellare deꝰ Maria
a mari. Tm̄ in hoc eſt differētia ꝙ maria media
correpta appellat cōgregatio aquarū: ideo. quia
tranſitoria breui tp̄e ē: iuxta illḋ Apoc. xxj. Ma
re abijt ⁊ iā nō eſt. Congregatio ꝟo gratiaꝝ ap-
pellat Maria media ꝓducta. qꝛ iſta eſt ꝑpetua
in virgine bñdicta. Lu. x. Maria optimā partē
elegit que nō auferet ab ea. Hec Alber. magnꝰ
ſup Miſſus eſt. ca. clxvij. Vñ patet quḋ Moy-
ſes nomen Marie pfiguratum cōmendauerit.
Hinc Maria interp̄tat vno modo ſic. i. amarū
mare: vt dt̄ Hiero. in expoſitōe termioꝝ Biblie

Q si q̄ras ⁊ dicas. Unde hoc ꝯgruebat vt no
men matris dei acciꝑet a mari amaro: ⁊ ꝑ marꝭ
nomē cōmendaret: Rñdet ſm̄ Jacobū de Vo-
ragine ī ſuo Maria. li. j. ꝙ p̄cipue ſeptēplici ra-
tiōe. Primo rōne plenitudīs. qꝛ ſicut in ma-
ri magno eſt plenitudo ⁊ effluxꝰ oīm aq̄ꝝ: ita in
matre dei plenitudo ⁊ effluxꝰ in alios oīm gra-
tiaꝝ. Unde Lu. j. Aue gratia plena. Hinc Eccl
xxiiij. In me omnis gratia vie ⁊ veritatꝭ. Se-
cundo rōne amaritudīs. qꝛ ſicut in mari multa
conſtat amaritudo: ita in dei matre ſuꝑ filij paſ-
ſione: qꝛ vt dt̄ Augꝰ ⁊ etiaȝ Bern̄. Non potuit
Maria videre filiū crucifigi ſine affectu mater-
ni doloris: etſi ſperaret reſurrectuꝝ ⁊ mertē ſu-
ꝑatuꝝ. ſed gladiꝰ doloris ꝑtranſijt cor eiꝰ. Hinc
Thren. ij. Magna eſt velut mare contritio tua
Et Ps̄. Omnia excelſa tua ⁊ fluctꝰ tui ſuper me
tranſierunt. Tertio rōne multitudinis. qꝛ ſic
non poſſunt numerari gutte marꝭ pre multitu-
dine: niſi a deo ſolo q̄ oīa in pondere ⁊ nūero fe-
cit. ſic nec miſericordie ⁊ gratie Marie niſi a ſo-
lo deo. Unde Eccl̄i. j. Arenā marꝭ ⁊ guttas plu-
uie quis dinumerauit: qꝛ ille ſolus. ſ. deus nu-
merare poteſt miſericordias ⁊ gratias ſue mr̄is
Quarto rōne nauigij ⁊ eius aptitudinis. q̄a
per matrem dei tanq̄ȝ per mare dei filius venit
in mundum. et per eam veri iſraelite nauigant ⁊
ꝑueniunt ad portū felicitatis eterne. Hinc Ps̄.
In mari via tua: et ſemite tue in aquis multis.

Quinto ratione ſalſedinis. quia ſicut aq̄ ma-
ris ſalſe ſunt: ſic gratie matris dei ſale ſapientie
et diſcretionis plene. Eſa. xj. Requieſcet ſuꝑ eaȝ
ſpūs ſapientie ⁊ intellectus. Sexto rōne acce-
ſſionis ſitis. quia aque maris ſitim accendūt cū
bibunt. ſic nomen matris dei in cordibꝫ deuoto-
rū accendit deſideriū ⁊ ſitim eternoꝝ. Eccl̄i. xxiiij
Qui bibunt me: adhuc ſitiunt. Septimo ra-
tione indeficientis habitudinis. quia cum oīa
flumina exeant a mari ⁊ reuertant: mare nō re-
dūdat nec deficit a ſua plenitudine. ita etiam in-
comprehenſibilis miſericordia matris dei: lꝫ in
omnes influat: nō tamen deficit in ſeculum. nec
maiori dignitate creſcere poteſt Maria. Hanc
immenſitatem miſericordie matris dei Bernar
dus ꝑpēdens in quodam ſermone dicit. Quis
miſericordie tue o benedicta longitudinem: lati-
tudinem: ſublimitatem: ⁊ ꝓfunditatē queat in-
ueſtigare: Nam longitudo eius vſqȝ ad nouiſ-
ſimū diem: inuocantibꝫ eam ſubuenit vniuer-
ſis. Latitudo eius replet orbem terraruȝ: vt ſua
miſericordia plena ſit oīs terra. Sublimitas
eius ciuitati ſuperne inuenit reſtaurationem. et
profundum eius ſedentibus in tenebris ⁊ vm-
bra mortis obtinuit redemptionem. Hec Ber.
Et ſic patet. Accedat ſecundus propheta Ba
laam: qui lꝫ fuerit magus ⁊ ariolus a demonibꝫ
querēs reſponſa: vt dicit Nicolaus de Lyra ſu-
per Nume. xxj. tamen eius prophetie tanq̄ȝ ve-
re habentur in autoritate canonica: quoniā ali-
que veritates ꝟtute diuina ſibi ſunt reuelate: p̄-
cipue de incarnatiōe filij dei. Reuelatio q̄ ꝓpe ve
ritatis que fit a deo ⁊ angelis bonis: non ſolum
fit per homines bonos ⁊ ſctōs: ſedetiā aliq̄ndo
per malos hoīes: vt patet de Caipha qui a ſpiri
tuſancto ꝓphetauit dicens. Expedit vt vnꝰ mo-
riatur homo pro populo Joan. xj. O itaqȝ fide-
lis anima perpende quid Balaam deo reuelan
te ꝓphetauerit: et qualiter nomen Marie cōme
dauerit Nume. xxiiij. dicēs. Orietur ſtella ex Ja
cob et conſurget homo ex Jſrael: et percutiet du-
ces Moab. Hec nanqȝ prophetia ſm̄ oēs ca
tholicos doctores de chriſto et eius matre acci-
pitur: vt teſtatur Lyra. in qua per aſſimilationē
ſtelle cōmendat nomen bñdicte virginis Ma-
rie. Unde Bern̄ ſuper Miſſus eſt. Jpa inquit
ſcȝ ꝟgo Maria eſt ſtella nobiliſſima de Jacob
orta: cuius radiꝰ vniuerſum orbem illuminat:
cuius ſplēdor etiam prefulget in ſupernis ⁊ in-
feros penetrat. Hec ille. Notat ergo in predi-
cta prophetia ꝙ nomen matris dei accipiendū
foret a ſtella: quod ⁊ factum eſt. qꝛ Maria ma
ris ſtella interp̄tat ſm̄ aliam interpretationem
vt dicit Hiero. Hec ē ergo ſtella orta ex Jacob

id eſt Maria ex q̄ cōſurrexit homo.i.chr̄s ex iſra el qui ꝑcuſſit duces Moab: ꝑ q̄s ꝑ̄ncipes tene braꝝ accipiunt. Unde multū cōmendat nomē bn̄dicte ꝟginis in ꝓprietate ſtelle. quia ꝑ hoc deſignat eius celica ⁊ ſanctiſſima cōuerſatio ab oī pctō aliena. qm̄ ſtella eſt celice nature ab oī peregrina impſſione aliena ⁊ incorruptibilis: vt dicit Ariſt.j.celi ⁊ mūdi. Deſignat etiā ei⁹ ꝟginal' cōceptio: vt parte.j.hui⁹ libri patuit.ar.j.ca.ſi.

Sed circa hoc q̄ſtio occurrit Cū plurime ſint ſtelle in celo nobiliſſime Quare mag' voluit deus nomen ſue matris accipi a ſtella mar' q̄ꝫ ab aliqua alia. q2 vt patuit Maria q̄ſi maris ſtella dr̄. Unð ⁊ canit eccleſia. Aue maris ſtella dei mater alma atq3 ſꝑ virgo felix celi porta. Ad qð rn̄det breuiter ꝙ ideo: q2 ꝓprietates ſtelle maris ꝑ oib9 alijs ſtellis mag' cōueniunt dei matri et diuine incarnatōi. qð oñdit ꝑ ei⁹ ſeptē pcipuas ꝓprietates: ſm̄ Jaco. vbi ſ̄. necnō Fran. Maro. in q̄dā ſermone de noīe ꝟginis: ac alios doctores catholicos. Primo nanq3 q2 ſtella maris īter alias cū minima videat: eſt ꝟtuoſiſſima: ſic mater dei minima eſt ꝑ hūilitatē: ſūme tn̄ ſancta et virtuoſa. Propter qð ipſa ait Lu.j. Reſpexit dn̄s hūilitatē ancille ſue. Scðo q2 ſtella mar' reſpectu oīm aliaꝝ ſtellarū ſita eſt in ſūmo poli: ſic dei mater vt canit eccl'ia: exaltata eſt ſuꝑ oēs choros angelorū.ſ.⁊ ſanctoꝝ ad celeſtia regna.

Tertio q2 ⁊ hec ſtella habet iuxta ſe et cōtinet vij. ſtellas. ſic dei mater ſeptiformis gr̄e plenitudinē. Eſa.xj. Egredietur virga de radice ieſſe: et requieſcet ſuꝑ eū ſpūs dn̄i. Itē ꝑ hoc etiā ſignificat ꝟginitas matr' dei: vt dr̄ Alb. ſuꝑ Miſſus eſt. q2 nūer⁹ ſeptenarius eſt nūerus virgineus: teſte Macrobio. eoꝙ oēs nūeri infra decadē vel generant vel generant' preter ſeptenariū. Quarto q2 hec ſtella habet virtutē attrahēdi ferrum ⁊ adamātē: vt dr̄ Alkabici⁹. et patet ad expientiā in horologijs fact' de magnete. Sic ꝟgo hūdicta duros attrahit pctōres ꝑ ſuā miſcðiam. q2 ipſa eſt mr̄ gr̄e ⁊ miſcðie. Un̄ dr̄ anima Cant.j. Trahe me poſt te: in odorē curremus vnguētorū tuoꝝ. Quinto quia ſtella mar' habet dirigere nautas in mari. ſic dei mr̄ trāſmittere h3 oēs in hoc mari magno ⁊ ducere ad portū ſalut': vt dr̄ Ber. Sexto q2 iſta ſtella eſt ſtabilis ſine motus errore. Alie aūt ſaltē motu diurno mouētur ad motū octaue ſphere. Sic dei mater eſt ſtabil' ſine oīs peccati etiam venialis errore. Cant.iiij. Tota pulcra es amica mea ⁊ ma. non eſt in te.

Septimo quia iſta ſtella eſt in ꝑte aq̄lonari ſempiterne apparitōis ⁊ ꝑ̄ſidentie: ꝑ quā tanq̄ꝫ ꝑ axem mouet totū celū: vt vult autor ſphere materialis. Sic dei mr̄ in ſempiternū fulget fulgore gl'ie ⁊ ꝑ̄ſidet in ciuitate dei nr̄i ſuꝑna: q̄ putat eſſe in ꝑte aq̄lonari: iuxta illud Ps. Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Fundat exultatiōe vniuerſe terre mons ſion: latera aq̄lonis: ciuitas reg' magni. Et ꝑ eam virginē tota celeſtis curia ⁊ totus mund⁹ mouet: cū ad nutū ei obediūt tanq̄ꝫ dn̄e. Gen̄.xlj. Ad tui oris imꝑium cunct⁹ obediet populus. Et ſic claret ꝓpoſitū. Accedat terti⁹ ſapiens vicꝫ Salomō ⁊ dicat q̄d ipſe ſpū ſctō ſenſerit de noīe ꝟginis matr' Marie: et q̄liter commēdauerit. Audite de hoc cū loquentē Cant.j. ca. Oleū inq̄t effuſum nomē tuū: ideo adoleſcētule dilexerūt te nimis. Et notanter dr̄: effuſum. quia antea fama noīs matris dei erat occulta ⁊ latens in littera. nunc ꝟo effuſa eſt ꝑ totū orbē. et omnes adoleſcētule.i. anie ſancte fortiter diligunt eam. Ecce g̃ ſapiens Salomon cōmendat nomē Marie ꝑ oleū. Sed h̄ videamus q̄re nomen Marie oleo aſſimilat ⁊ ꝑ ei⁹ comꝑationē cōmendat. Ubi nota ꝙ pcipue ꝓpter ꝓprietates olei: nomini Marie cōuenietes. Primo q̄dē quia oleū ꝓ̄ſeruat ferrū a rubigine. Ferramenta eñ non rubiginant ſi oleo inunguntur. Ita nomen Marie duros pctōres ipſam inuocantes ꝓ̄ſeruat a peccato ⁊ pctī ꝑiculo. quia ipſa eſt aduocata pctōꝝ. Unde Eſa.xxvij. Urbs fortitudinis noſtre ſion.i. btā virgo. Itē Ps. Qm̄ in me ſperauit liberabo eū: ꝓtegā eū qm̄ cognouit nomen meū Scðo q2 oleū accendit ignē in ligno et extinguit ī lapide: vt patet in cemēto. Sic nomen Marie īuocatū in cordib9 ligneis.i. tractabilib9 ⁊ erectis in celum ꝑ obedientiā ⁊ iuſticiā: accendit ignem diuini amoris. In lapideis ꝟo et duris cordib9 extinguit eum quo ardent: ignē ſcꝫ feruoris pctī. De hoc igne Ps. Suꝑcecidit ignis.ſ. cōcupiſcentie: ⁊ non viderunt ſolē.i. chriſtum. Hinc ipa dr̄ Eccl.xxiiij. Ego mater pulcre dilectionis.i. diuine dilectionis que eſt pulcra et gratioſa. et hoc ad differentiā turpis dilectionis ſcꝫ carnalis vel mūdane: quam ꝟgo extinguit.

Tertio quia oleum eſt ſapidū ⁊ ꝓ̄pingue. Ita nomē Marie ꝑ deuotionē multū ſapit ⁊ impinguat mentē. Ps. Impinguaſti in oleo.ſ. gratie et deuotiōis: caput meū.i. mētē. Un̄ Anſ. vt allegat a Ludol.li. de vita chr̄i. parte.ij. ca.lxxxvj. dicit. Nil certe vtilius poſt deū memoria matris dei. nihil ſalubri⁹ meditatōe pij amoris q̄ feruebat in contemplatione filij ſui. nihil iocundi⁹ ſapore gaudij eius quo multipliciter paſcebat in eodem filio ſuo. Hec Anſ. Ad id ibidē queſtio vtilis mouetur. vicꝫ Unde hoc eſt ꝙ ſepe inquit vidimus ⁊ audiuimus plurimos hominum in ſuis ꝑiculis recordari nomīs Marie: et ilico oē periculum euaſiſſe. qui tamen inuocato nomīe domini Jeſu: non tā velociter: aut omnino non euaſerunt talia pericula. Nimirum inquit eſt ꝙ velocior et promptior eſt ſalus nōnunq̄ꝫ memorato nomine Marie q̄ꝫ inuocato nomine Jeſu. Et reſpondens dicit: ꝙ hoc non ideo fit vt ipſa virgo Maria potentior ſit aut maior ſit chriſto. Sed vt inquit dicam quod ſentio:

filius eius chrīs dñs ⁊ iudex eſt oīm diſcernens
merita ſinguloꝝ. Dum ḡ ſuo noīe innocat⁹ non
exaudit: iuſto iudicio facit. Jnuocat⁹ aūt nomie
matrꝫ ſue: etſi merita inuocātꝫ ñ exaudiūt: me-
rita matris intercedunt vt exaudiāt. Hec Anſ.
vbi ſ̄. Ecce ḡ nomē Marie potens. Ad id Ber.
et allegat in Speculo vgis: dicit ſic. Ubi nomē
Marie noiat: ibi demonū nocumentū effugat:
reis venia: egris medela: ⁊ pegrinātib⁹ adiuto-
riū dat. O igit glioſum. o cōmēdabile nomē ⁊ ſu
per oīa amabile ac venerabile. O ſuaue ⁊ cōfor
tatiuū nomē Maria: nomē dñe mee ⁊ genitricꝫ
dei mei. O vtinā ſis ſp in corde meo.

Articulus ſecundus de cognominatiōib⁹ di-
gniſſimis qbus in ſcriptura Maria nomiat

S Ecundū myſteri
um declarandū d̄r dignifice cogno-
minatiōis. Ubi nota ꝙ bñdicta vir
go in ſacra ſcptura cognoīat digniſſimis appel-
lationib⁹ plurib⁹ ſm pluralitatē ſue pfectiōis et
vtutꝫ. Precipue tñ ſeptē inueniunt noīa digni-
tatis qb⁹ ipſa non immerito appellat. Primo
nanqꝫ appellat amica vel in ſuplatiuo chariſſi-
ma. Uñ Can. iiij. Tota pulcra es amica mea. Et
ca. vij. q̄ꝫ pulcra es ⁊ q̄ꝫ decora chariſſima in de-
licijs. Quare aūt hoc: plures aſſignantur rōnes
ſm magiſtꝝ Jacobū de voragine in ſuo Mari
ali. Prima rō. qꝛ ipſa eſt deo ſup oēs dilecta
⁊ pemīnenter electa. Sap. viij. Oim dñs dilexit
eam. Scda rō. qꝛ ſup oēs ſecretoꝝ diuinoꝝ ē
cōſcia; qd manifeſte patet in icarnatōe. Hoc aūt
eſt ſignū ſumme amicicie: dicente ſaluatore Jo-
an. xv. Jam non dicam vos ſeruos ſed amicos.
qꝛ oīa que audiui a patre meo nota feci vobis.
Tertia. quia deo ſup oēm creaturā eſt familia-
riſſima. Cui em̄ vnqꝫ angeloꝝ vel hoīm aut cre
aturaꝝ cōceſſuꝫ eſt vt p ſua volūtate deū toties
amplecteret: oſcularet: manib⁹ portaret: et per
oīa dilectionis familiaria ſigna haberet ſic Marie
Uñ dicere potuit illd Cant. ij. Dilect⁹ meus mi
hi ⁊ ego illi q paſcat int lilia. ſ. caſtitatꝫ. Quar-
ta. qꝛ diuie volūtati fuit ſūme ꝯformata implēs
oīa pcepta ⁊ cōſilia chrī. qd etiā eſt vere amicicie
ſignum: qm̄ vt ait ſaluator Joā. xv. Uos amici
mei eſtꝫ ſi feceritꝫ q pcipio vobis. Hinc eſt ꝙ vt
dr Tulli⁹ Amicoꝝ eſt idē velle ⁊ idem nolle. Et
certe bñdicte vgis amicicia ad chrīm eſt cōproba
ta in neceſſitate. Nā Prouer. xvij. Frater in an-
guſtijs cōprobat. Jpſa aūt in oī neceſſitate chrī
affuit adiutrix fideliſſima: etiā vſqꝫ ad crucem ⁊
mortē chrī. Uñ Ber. in medit. O virgo bñdicta
qd te adduxit ad montē caluarie: cur te nō retra
xit pudor vginalis: nec loci ipſi⁹ feditas phibu
it: nec iudeoꝝ ⁊ pploꝝ tumult⁹ retinuit: cur non
pertimuiſti: cur nō horruiſti inter latrones in cru
ce pēdentes aſtare tuo dilecto filio pēdenti i cru-
ce: ſed hoc fecit vis amoris q erga tuū vnigeni-
tū afficiebarꝫ: cū q ⁊ ſil pati ⁊ crucifigi optabas
ardenti deſiderio dilectionis. Scdo btā vir-
go appellat ſoror. Cant. iiij. Uulneraſti cor meū
ſoror mea. q ſunt vba dei ⁊ chrī ad eam. Et hoc
plurib⁹ rōnib⁹. Prio qꝛ chrīs eſt fili⁹ dei patrꝫ
p naturā. et Maria eſt filia eiuſdē p gratiam.
Scdo ſoror chrī eſt. qꝛ coheres ei⁹: ⁊ cōicans
cum eo regnū patrꝫ. Rho. viij. Heredes dei: co-
heredes aūt chrī. Tertio dr ſoror. qꝛ eſt ſoror
ſanctoꝝ angeloꝝ p vginitatē. Uñ Amb. Uirgi-
nitas eſt ſoror angeloꝝ: dec⁹ virtutū: mors crimi
nū. et Hiero. Semp eſt angelis cognata vgini
tas. Jdeo angeli dicebāt Cant. viij. Quid facie-
mus ſorori noſtre in die q̄ndo alloq̄nda eſt. ſ. p
angelū in annūciatōe. Quarto dr ſoror popu
li chriani. Tū p naturā: qꝛ eſt filia Ade. Tū per
grē pticipatiōem: qꝛ ē filia ecclie ⁊ mēbꝝ chrī. O
aīa chriana ſi aduerteres q̄nta tibi ē glia habere
ſororē talē que eſt regina angeloꝝ: dña mundi:
mr dei ⁊c. Tertio btā vgo appellat filia. Ps.
Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aure ⁊c. Audi inqt. ſ.
ea q dicēda ſunt tibi ab angelo: vt poſſis credere
qa fides ex auditu Rhom. x. et vide. i. expirc ſcri
pturas pphetaꝝ q in te hñt cōpleri. et inclina au
rem tuā: p obedientiā: vt concipe poſſis filiū dei
Et obliuiſcere pplum tuū ⁊ domū pa. t. i. cōtēne
oēm mundanū affectū p chro: vt chrīm lucrifa-
cias. et ſic faciēs: cōcupiſcet rex. ſ. de⁹ decorē tuū
id eſt caſtitatꝫ tue nitorē. Dicit aūt ipſa filia dei.
Tum qꝛ eius creatura. Tū qꝛ a deo patna ſol-
licitudīe eſt cuſtodita ſicut filia chariſſima. Uñ
Cant. vij. Quā pulcra es filia pncipis. i. dei. Tū
qa deū patrē imitata. Uñ Aplus hortat oēs ad
hanc filiationē dicēs. Jmitatores di eſtote ſicut
filij chariſſimi Eph. v. Quarto nominat ſpō-
ſa Cant. iiij. Ueni de libano ſpōſa: veni corona-
berꝫ. Dicit aūt ſponſa chrī ſm ei⁹ diuinitateꝫ. qa
ſm hūmanitatē eſt ei⁹ mr ⁊ genitrix. Et merito
dr ſponſa. quia chro eſt p fidem ⁊ dilectionē con
iūcta. Et quia pars ſui ſanguīs puriſſimi eſt in-
diſſolubilr diuinitati coplata in chro. Jō Sap.
viij. Hanc amaui et queſiui eam mihi accipe in
ſponſam. Quinto cognominat virgo Luc. j.
Miſſus eſt Gabriel angelus ad virginem. Et
hoc merito. quia ipſa eſt virgo virginum. vt lib.
viij. patebit latius. Sexto nominatur muli-
er Joan. xix. Mulier ecce fili⁹ tuus. Nec obſtat
ꝙ ipſa fuit et eſt virgo immaculata. quia etiam
virgo dicitur mulier non propter corruptioneꝫ:
ſed pter ſexus feminei condicionem: vt patꝫ Ge
neſ. ij. vbi Eua vocatur mulier in ſtatu innocen
tie: cum nōdum fuit corrupta ſed virgo intacta
Edificauit inqt domin⁹ coſtam in mulierē. Me
rito aūt dr btā vgo mulier. qꝛ mulier dr q̄ſi mol
lies her. i. dñm. Jpſa nanqꝫ emolliuit deū ⁊ pla
cauit vel mitigauit: vt qui ante erat tandurus ⁊
iratus generi humano ꝙ omnes homines de-

trudebat in infernū. Propterea Job.xxx. in ꝑſo-
na generis hūani dī. Mutatus es mihi in cru-
delē ⁊ in duricia man⁹ tue aduerſarꝫ mihi. Nūc
ꝑ virginē bn̄dictam eſt ei⁹ furor mitigatus. Vn̄
in natiuitate angeli cecinerūt. Et in terra pax ho
minib⁹ Lu.ij. Hinc chr̄s multo crebri⁹ in euan
gelio ſe appellat filiū hoīs.i.bt̄ē virginis: q̄ꝫ filiū
dei.qꝛ emollit⁹ eſt ꝑ eā. Et in hoc cōmendat nob̄
ſuā immēſam miſcd̄iam q̄ dignat⁹ eſt fieri hō ꝓ
nobis. Item beata ꝟgo intantū emolliuit eū vt
noſtros defect⁹ ſuſcipe dignaret̄: qui tn̄ in diui-
nitate defectum pati nō poterat: vt ꝓ nobis de⁹
impaſſibilis pateret̄: fameſceret ⁊ ſitiret: fatiga-
ret̄ ⁊ moreret̄. O mirabilis ⁊ maxima emollitio
Idcirco ipa bn̄ ſignificat̄ ꝑ ꝟginē que ferociſſi-
mū rhinocerontē emollit ⁊ ī ſinu ſuo dormire fa
cit: et ſic vinculat̄: capit̄: ⁊ occidit̄. Itē intantum
virgo emolliuit deū vt nūc maiora peccā patient̄
tolerct q̄ quōdaꝫ minora duriſſime vindicabat.
Cōſtat em̄ ꝙ mlt̄o grauı⁹ offendūt moderni ſo-
domite q̄ꝫ antiq̄tus: qm̄ nūc in chr̄o hūana caro
ſummā habet dignitatē. vnde maior iniuria fit
nūc chr̄o a ſodomitꝫ q̄ꝫ ante incarnationē: ⁊ etiā
ab omnib⁹ luxurioſis. ⁊ tn̄ nunc de⁹ patiēter ex-
pectat q̄ an̄ duriſſime eos ſūmerſit. Quare hoc:
niſi qꝛ de⁹ eſt ꝑ ꝟginem mitigat⁹. imo vt dī Ful
genti⁹. iiij. Mytho. Dudū inq̄t celum ⁊ terra ru
iſſent ſi nō Maria p̄cib⁹ ſuſtentaſſet. Vn̄ meri-
to beata ꝟgo dr̄ mlr̄ier ꝑ antonomaſiā.i. molli-
ens herū vl̄ heroē.i. chr̄m dn̄m. Hinc Prouer.
vl. Mulierē fortē quis inueniet. qꝛ ex oīb⁹ iſta
ſola extitit fortiſſima: etiā ſuꝑ deo poteſtatē ha-
bens. propter qd̄ ſubdit̄: procul ⁊ de vltimis fi-
nib⁹ p̄ciū eius. Procul inquā. quia p̄ciū ꝟgini-
tatꝫ non eſt de terra ſed de celo. qm̄ vt dī Hiero.
ꝟgitas ē vita celeſtꝫ. ⁊ de vltimis finib⁹. quia de
ꝯiunctione dei ⁊ hoīs q̄ ſūt vltimi fines. Se-
ptimo noīat̄ regina. Vn̄ Ps̄. Aſtitit regina a de
xtris tuis in veſt. deau. ⁊c̄. Sed orit̄ q̄ſtio Unde
vel q̄re dicat̄ dei mr̄ eſſe regina: cum ipſa fuerit
puella paupcula. nā ⁊ in tp̄e ſui ꝑtus ī loco pau-
ꝑrimo vicꝫ in ſtabulo peꝑit. et in tp̄e ſue purifi-
cationis pauperꝝ oblationē habuit. ſ. duos pul
los colūbaꝝ: aut par turturꝝ: qd̄ erat pauperū.
vt patet Leui.xij. ⁊ Lu.ij. Itē pauꝑrimā veſtem
habuit. et chr̄m vilib⁹ pānis vt moris eſt paupe
rū inuoluit: vt canit eccl̄ia. Mirꝝ igit̄ quō regi-
um nomē ⁊ dignitatē habuerit: maxie cum nec
ei⁹ pr̄ vicꝫ Joachim rex fuerit alicuius regni. nec
ei⁹ mat̄ vicꝫ Anna fuerit regina alicui⁹ regni: vt
patet ex hiſtorijs. Ad hec r̄ndet̄ ſm Jacobū
d̄ voragie ī ſuo Mariali: ꝙ btiſſima ꝟgo Ma
ria lꝫ fuerit pauꝑrima. et hoc voluntaria pauꝑ-
tate: oīa terrena abdicādo ⁊ ſolū deū ſibi in the-
ſaurꝝ ꝑoptatū eligēdo: q̄tin⁹ impleret illud ſcri-
ptū cōſiliū Si vis ꝑfect⁹ eſſe: vade ⁊ vēde oīa q̄
habes ⁊ da pauꝑib⁹: ⁊ veni ſeq̄re me Mat.xix.
nihilo minus tn̄ ipſa fuit vere regina p̄alijs ex-

cellentiſſima: plurib⁹ rōnibus. Primo qui-
dem ꝓpter parentelā regiam. quia vt canit eccl̄ia
Regali ex ꝓgenie Maria exorta refulget. vicꝫ
ex ꝓgenie Dauid. Scd̄o ꝓpter vnctionē regiā
Si em̄ quē hō vnxit in regē rex dr̄: vt patet in ve
teri teſtam̄to de regib⁹ iſrael q̄s ꝓphete vngebāt:
multo fortius virginem quā vnxit deus ipſe re-
gia vnctione: pre oīb⁹ reginā predicamus. Vn̄d
et de ea Ps̄. Unxit te deus. ſ. ꝑ creationē. de⁹ tu
us: per incarnationē. oleo leticie: quo ſpūſſancti
gratia accipit̄ qua ex vtero matris plena fuit. ꝑ
conſortib⁹ tuis. i. pre oībus mulierib⁹. Tertio
ꝓpter deſponſationē regiam. qꝛ a rege regū chri-
ſto deſponſata eſt: vt patuit ſ. Quarto ꝓpter
dotationem regiam. quia deus omniū rex glo-
riam ⁊ grām: imo totū regnū celeſte cum oībus
ꝑtinentijs ſuis: dotis loco ei contulit; vt dicere
poſſit illud Gen̄.xxx. Dotauit me de⁹ dote bona
Quinto ꝓpter p̄figuratiōeꝫ regiam. qꝛ ꝑ regi-
nas eſt p̄figurata. ſ. ꝑ reginā Saba. iij. Reg. x. q̄
omia que a rege Salomone petijt obtinuit. Et
etiā p̄figurat̄ ꝑ reginaꝫ Heſter quā Aſuer⁹ (qd̄
interp̄tat̄ btitudinis domus) adamauit: et poſu
it diadema regni in capite ſuo. Heſter.ij. Se-
xto ꝓpter dignificationē ⁊ p̄tātem regiā. qꝛ ipſaꝫ
tanq̄ꝫ reginā exaltauit deus ſuꝑ totā curiā ange
loꝝ ⁊ hoīm. Et vt dī Bern̄. data eſt ei poteſtas
in celo ⁊ in terra tanq̄ꝫ regine. Septimo ꝓpter
coronationē regiā. quia coronata eſt ⁊ inthroni-
zata in ſui aſſumptione in celum corona regia.
de qua Apocal̄.xij. Mulier amicta ſole ⁊ luna
ſub pedib⁹ ei⁹ ⁊ in capite corona duodecim ſtel-
larum. Circa hoc accipiamus vnum miracu
lum qd̄ refert Diſcipulus in ꝓmptuario: exem-
plo.xxj. dicens Miraculū Cũ in quodā ce-
nobio erat quidam Frater nomie Hieronym⁹:
pictor optimus: qui aſſuetus erat Marie ima-
ginem oī ſtudio ꝟtutis decorare ⁊ corona regia
tanq̄ꝫ excellētiſſimā reginā depingere ⁊ deſcribe
re. et diaboli imaginē turpiſſimaꝫ figurare. Qd̄
diabolus dolens cepit eum ſtimulare vehemen
tiſſime accēdēs luxurie libidīe ⁊ importunis co
gitationib⁹ agitare. Tunc q̄dam vice vt ſe vindi
caret diabolus apparuit ei in ſpecie mlr̄ieris pul
cerrime: alliciendo ad crimē. Cui cum cōſenſum
voluiſſet p̄bere: dixit ei diabolus Tu es ſacriſta
hui⁹ eccl̄ie: accipe ergo huius eccl̄ie theſauros ⁊
vaſa auri et argenti et frange ea et omnia in ſac-
co ponens ſequere me: et in domo mea mecum
eris nullo ſciente diu gauiſurus. Cumq̄ꝫ talia ce
piſſet operari: cepit diabolus vociferare d. Cur-
rite dn̄i currite dn̄i: quia Hieronym⁹ depredat̄
theſauros eccleſie. Accurrentes compꝑerūt Hie
ronymū fregiſſe plura vaſa aurea ⁊ in ſacculum
poſuiſſe. Et admirati interrogarunt cur hec fe-
ciſſet. Ille p̄rimeſcens ommutuit. At illi quia ſe-
ro erat: ligauerunt eum ad colūnā: volētes ma-
ne eū punire. Tūc diabol⁹ ipſi ligato illudebat

dicens. Nonne tu es q̄ ſp̃ me depingebas defor-
mē: et illā Mariā pulcerrimam faciebas. Adiu-
uet te illa regina quam decorabas nūc ſi valet.
Recordat᷒ itaq̄ꝫ Hieronym᷒ miſeratōis genitri-
cis dei: toto corde cepit eā inuocare vt in tāto ꝑi-
culo dignaret̃ ſibi ſuccurrere. Tunc ipſa pietatis
mr̃ apparuit ei ⁊ ait. Confortare Hieronyme: et
deinceps caue aſtutias diaboli. En q̄ꝛ ſeruiſti
mihi: nō deſerā te in iſtꝫ tribulationibꝫ. Et mox
ꝑ angelū apphēſo diabolo illo: ligauit eū ad co-
lumnā: Hieronymo ſoluto. et ille gratias egit.
Hieronym᷒ igit̃ admonit᷒ a dn̄a: pulſauit hora
cōpetenti ad matutinū. et accēſis lāpadibꝫ ſtetit
in choro vbi cōſueuerat. Fratribꝫ ipm̄ intuētibꝫ
mirati ſunt oēs: et viderunt in colūna ligatū q̄n-
dam: et magꝭ ceperūt mirari. Cōſpexerūt theſau-
ros eccl'ie ⁊ inuenerunt oīa vaſa ſolida ⁊ integra
oꝑante btā virgine. Vn̄ ſtupore ꝑcuſſi: facto ca-
pitulo: ligatū illū interrogarunt ⁊ cognouerunt
eſſe demonē: quē exoluētes ꝑ marie ꝟ̄ginem liberauerūt
Et ſic ille ſtridēs ⁊ clamās aufugit. Deniq̄ꝫ Hie-
ronym᷒ cōfeſſus ſcelus ſuū: narrauit quō ꝑ mi-
ſericordiā Marie ꝟ̄gis fuiſſet liberat᷒. et omnes
audiētes: laudes deo ⁊ virgini bn̄dicte ꝓclama-
runt. O igit̃ aīa fidelis vide q̄ꝫ bonū ſit virginē
bn̄dictā inuocare: eiq̄ꝫ deſeruire. O ſuꝑbn̄dicta
virgo dei mr̃ chariſſima ſponſa: ſoror: ⁊ filia. O
virgo ꝟ̄ginū miſericordiſſimaq̄ꝫ ⁊ regina excel-
lentiſſima ac dn̄a oīm creaturaꝝ: per illū piū Je-
ſum q̄ te elegit: ꝑ illū tuū dulcē natū: ꝑ ei᷒ amo-
rē ſctiſſimū te depcamur: vt ī hui᷒ mūdi naufra-
gio cōtra oēs demonū inſult᷒ ſuccurrere nobis
digneris Amen.

Articulus tertius q̄ nomē beate Marie. xij.
honoꝝ dignitatibꝫ eſt ſublimatū

Ertium myſteri-

T um in hac ꝑte declarandū dr̄ hono-
rifice vel ꝑuilegiate ſublimationis.
Ubi Notādū q̄ nomē bn̄dicte ꝟ̄ginis Marie
ad nūeꝝ. xij. ſtellaꝝ. xij. priuilegioꝝ honoribus
extat ſublimatū glo'ioſiſſime: q̄ in tres q̄ternarios
diuidi pn̄t. Primo q̄dē. q̄ꝛ nomen Marie eſt
ab eterno cōſecratū ⁊ ꝓelectū vt eſſet nomē geni-
tricis dei. iuxta illud Prouer. viij. Ab eterno or-
dinata ſum ⁊ ex antiq̄s anteq̄ꝫ terra fieret. Sic
nanq̄ꝫ (vt dr̄ Bern̄. in ſer.) dulce nomē Jeſus ab
eterno eſt cōſecratū vt ſit nomē filij dei: ſic dulce
nomē Maria ab eterno ꝓelectū et conſecratum
eſt vt ſit dignū nomē matrꝭ dei. Ideo Ps̄. A ſe-
culo nomen tuū. Scd̄o. quia in libro vite an-
te alia nomīa ⁊ ꝓ alijs ſcriptū. Cum em̄ vt ſalua-
tor nr̄ teſtat̃: oīm electoꝝ noīa ſcp̄ta ſint in libro
vite. vn̄ ait Lu. x. Gaudete ⁊ exultate q̄ꝛ noīa ve-
ſtra ſcp̄ta ſūt in celis. Et q̄ꝛ dei mr̄ inter oēs ele-
ctos ꝓmatū tenet ⁊ ꝓ oībꝫ eſt electa: iuxta q̄d ca-
nit̃. Elegit eam de᷒ ⁊ ꝓelegit eam. Igit̃ poſt no-
men Jeſu honorificētiſſime in ꝓncipio libri vite
nomē Marie eſt ſcp̄tū. vt dicere poſſit illō Ps̄.
In ꝓncipio libri ſcp̄tū eſt de me vt faciā volūta-
tē tu. de᷒ meus volui: et le. t. ī medio cordis mei.
Tertio. q̄ꝛ a ꝓncipio mūdi ꝓfiguratū ⁊ varijs
modis cōmendatū: vt patet ꝑ totū paſſum vete-
ris teſtamēti. Ubi aduertendū q̄ ſicut dr̄ magi-
ſter Leo in ſermone de natiui. ꝟ̄ginis: Nomen
Marie ex q̄nq̄ꝫ l̄ris eſt compoſitū: ad ſignificā-
dū q̄ ipſa eſt ꝑcipue ꝓfigurata ꝑ q̄nq̄ꝫ dominas
veterꝭ teſtamēti. ex q̄ꝝ noībꝫ acceptꝭ ꝓmis literꝭ
⁊ cōiunctꝭ: nomē Marie reſultat. Primo nāq̄ꝫ
ꝑ M ſignificat̃ q̄ ipa eſt ꝓfigurata per Mi-
chol que fuit ſponſa Dauid regꝭ: quam Dauid
intantū amauit q̄ cum diu fuiſſꝫ extra regnum
iudeoꝝ: noluit intrare regnum niſi ꝓus eſſet ſi-
bi Michol pn̄tata. j. Reg. vi. Sic btā ꝟ̄go (inte-
ꝓtat̃ em̄ michol pietas) et ipſa fuit pietate plena.
et certe ipſa tātū placuit deo q̄ cum eſſet extra. ſ.
in celo: noluit ingredi in hūc mundū: niſi prius
btā virgo naſceret̃. Scd̄o A denotat Abiga-
il q̄ placauit Dauid ne occideret Nabal. j. Reg.
xxv. Sic btā ꝟ̄go placauit nobis deū ſua hūili-
tate. et nunc etiā q̄tidie placat ſua intercelliōe: ne
occidat pctōres eterna morte. Tertio ꝑ R de-
notat̃ q̄ ipſam figurauit Rachel que genuit Jo-
ſeph q̄ vocat᷒ eſt a Pharaone lingua egyptiaca
ſaluator mūdi Gen̄. xlj. Sic beata ꝟ̄go genuit
verū ſaluatorē mūdi chr̄m deū noſtꝝ. Quar-
to ꝑ I ſignificat̃ Judith q̄ ꝟ̄tute caſtitatꝭ occidit
Holofernem Judith. xiij. Sic btā ꝟ̄go virtute
ſue ꝟ̄ginitatis luciferꝝ occidit. iuxta illud Gen̄.
iij. Ipſa cōteret caput tuū. Quinto ꝑ A deno-
tat̃ Abiſac que fuit electa ſuꝑ oēs filias hieruſa-
lem tanq̄ꝫ pulcrior ad ſeruiendū ⁊ miniſtrandū
regi Dauid. iij. Re. j. Sic btā ꝟ̄go fuit electa ſuꝑ
per oēs mulieres ad miniſtrandum regi celeſti;
Eccl. xxiiij. In habitatiōe ſancta coram ipo mi-
niſtraui. Quartū priuilegiū vel honoris gl'ia
eſt q̄ nomē Marie ē ab angelo Gabriele ꝓnū-
ciatum. Hoc nāq̄ꝫ tenent catholici doctores q̄
nomen Marie angelus Gabriel ꝓnunciauerit
eius parentibꝫ q̄ eam vicꝫ hoc noīe vocare de-
berent. Et ꝓbat̃ a maiori arguendo. quia ſi no-
men Joannis baptiſte angelus Gabriel ꝓnun-
ciauit Lu. j. multo fortius id de matre dn̄i ſenti-
endum eſt. Et hoc idem teſtatur Hiero. de vita
Marie ſcribens: q̄ angelus apparuit ei᷒ paren-
tibus: ꝑcipiens q̄ eam Mariā nominarent. Et
ſic patet ꝓmus q̄ternari᷒. Quintū. quia fideli-
bus eſt amoroſiſſimū vel affectuoſiſſimuꝫ: q̄m
vt ſcribit̃ Eſa. xxvj. Nomē tuū ⁊ memoriale tuū
in deſiderio aīe. Et nota q̄ debem᷒ erga no-
mē Marie affici ꝑ ſpūālem dilectiōem. quia ex
hoc triplex bonū ꝯſeq̄mur. Primo cordis exhi-
larationē ⁊ delectationē. Vn̄ ſm̄ l̄ram hebraicā
dr̄ Ps̄. Letabunt̃ oēs q̄ diligūt nomen tuū ⁊c.
Bernar. O beata Maria tu nec nominari po-

tes q̄n recrees:nec cogitari q̄n tecum ſit affectus
diligentiū ꝛc. Scd̄o interna vel ſpūalem pacifi-
cationē Ps. ſ; aliā lr̄am. pax multa diligētib⁹
nomen tuū. Tercio eternā ⁊ celeſtem gloriatōe;.
Ps. Gloriabunt̄ oms qui diligūt nomē tuu;.
Gloriabunt̄ ſ. in celeſti pr̄ia. q; vt dr̄ in ps. Qui
diligunt nomē eius habitabūt in ea. Sextu;
priuilegiū nōis Marie. q; demonib⁹ eſt formi-
dabilliſſimū. qm̄ vt ſcribit̄ Cant. vj. Terribil' eſt
Maria vt caſtroꝝ acies ordinata. Que v̄ba tra
ctans Greg. dr̄. Non tantū timēt hoſtes inuiſi-
biles quālibet caſtroru; aciem ſicut Mariā dei
matrē. De h̄ lati⁹ ſup parte. j. ar. iij. vtilitate qn-
ta. Hoc ſolū hic addo qđ refert Ubertinus lom
bard⁹ in tractatu de nōie Jeſu: ꝙ vic; cū quedā
mľier a demone incubo vexaret̄: nec poterat aliq̄
remedio liberari: venit ad btm̄ Eymundū petere
ꝯſiliū: q̄ dixit ei. Accipe virgā ⁊ ex vna p̄te facias
ſcribi nomē Jeſu: ⁊ ex alia nomen btē virginis: ⁊
cū demon ad te more ſolito venit ꝑcutias eū di-
cta virga: quo facto liberata eſt. Item legit̄ in vi
ta ſancti Antonij paduani ꝙ cū demon voluiſ-
ſet eū dormientē ſtrangulare: cepit noīare ſanct⁹
ipſe Mariā: ⁊ ſtatī circūfuſo lumine in cella de-
mon confuſus aufugit. Septimū priuilegiū
quia nomē Marie eſt cunctꝭ hoīb⁹ venerabi-
liſſimū: vt iam impletū ſit illud Lu. j. Ecce em̄ ex
hoc btām me dicent oēs generatōes. Adeo nan-
q; venerabile eſt nomen Marie in mūdo ꝙ etiā
apud infideles reuereť: vt patet ī lege mahume-
ti: ⁊ etiā apud quoſda; iudeos: de quib⁹ vide. s̄.
li. ij. p. iij. ar. ij. circa ſtellam quartā. Et q̄de; me-
rito nomen Marie ab oīb⁹ veneraẗ: quia res ſa
cra digna eſt veneratione: ſed ei⁹ nomē eſt ab eter
no ꝯſecratū: vt ꝓbāt. s̄. igit̄ ꝛc. Si q̄ras: quō
debeas venerari hoc nomē pium Marie. Dico
ꝙ tripliciter. Primo in corde deuoti⁹ diligēdo.
Scd̄o in ore venerabiliter ꝓnunciādo ⁊ benedi
cendo: nō ſicut heu multi faciūt q̄ peierāt in no-
mine Marie: vľ maledicūt inimicis: aut vitupe
rando blaſphemāt. Cōtra q̄s Leuiti. xxiiij. Qui
blaſphemauerit nomen meum morte moriatur.
Tercio q̄; venerari debet genuflexiōe ⁊ ſacri cul
tus exhibitiōe: ſepius eā ſalutādo. Un̄ ps. Ado
rabo ad templū ſanctū tuū. i. v̄ginē matrē tuam
q̄ dr̄ tēplū dei ⁊ ſacrariū ſpūſſcti. ⁊ cōfitebor no-
mini tuo. ſ. collaudādo. Talib⁹ nanq; eā veneran
tib⁹ obuiabit ipſa q̄ſi mater honorificata: hono-
rificādo eos in celeſti gľia: vt ſcriptū eſt Ecci. xv.
Et exaltabit illos apđ ꝓxios. i. ſctōs dei. Octa-
uum ꝑuilegiū: q; h̄ nomen eſt oīb⁹ inuocantib⁹
v̄tuoſiſſimū qm̄ mirabilem v̄tutem habet ſub-
ueniēdi in oī neceſſitate ⁊ in oī periculo atq; ī oī
oratiōis impetratiōe. Unde Bern. Sileat miſe
ricordiam tuā o btiſſima Maria qui te in ſuis
neceſſitatib⁹ iuocatā meminit ſibi auxiliū defuiſ
ſe. Propterea nāq; eccleſia nomē Marie appo-
ſuit in ſalutatiōe angelica: q̄tinus ꝑ eius iuoca
tionem magis ſortiat̄ oratio effectū. O peccōr q̄
quiſq; es deuot⁹ virgini Marie. cōſidera vir-
tutē nōis eius: ⁊ gaude tenere hāc ꝓcioſa; mar-
garitā in burſa cordis tui recōditā: quia null⁹ la-
pis ꝓcioſus: nľľa gēma tātē ē v̄tutꝭ. Currāt alij
ꝓ q̄ſtu mūdi. aggregēt lapides ꝓcioſos q̄ꝝ vir-
tutib⁹ gľient̄. Nā ſm̄ phoſ alij valēt in periculis
ꝓſeruandis. alij eorū in fauoribus adquirēdis.
alij in inimicicijs ſedādis. alij in ꝓſꝑitatib⁹ cōſe
quendis. Ualeant vel forte non vere ad ea va-
leant hoc ſolū conſulo. hoc ſolum perhortor ad
quirere. O oēs auari: o omnes mūdani: adq̄rite
hūc vnū lapidē ꝓcioſū. recōdite ī arca cordis h̄
nomē glorioſum triū ſillabarū Maria: ⁊ eritis
ſecuri in omni periculo: habebitis auxiliū ī omī
neceſſitate et anguſtia. et proſperitatem in omni
ſalubri optato. Nil eni; eſt mali quod nō remo
ueat: nil boni qđ non obtineat. Nonum ꝑui-
legiū: quia hoc nomen eſt ſumme confortatiuū
ſi homo aduertat: q; null⁹ ſperauit in ea ⁊ cōfu
ſus eſt. nullus inuocare potuit ſic vt derelictus
ſit dūmodo bn̄ iuocauerit. Juxta illud Eſaie. l.
Quis ambulauit in tenebris et nō eſt lumē ei.
id ē Maria ī auxiliū: q. d. nullus. Un̄ oīs hō in
ea ſpem ponere habet. Quia vt canit eccľia Ip̄a
eſt regina miſericordie: vita dulcedo et ſpes nr̄a
Et ipa ē mr̄ gr̄e et mr̄ miſericordie q̄ ab hoſte ꝓte
git: in hora mortis ſuſcipit. O tu q̄ times a ꝑicu
lo dānatōis: recordare hui⁹ nōis. quia Maria
maris ſtella īterpťať. ſi maris ſtella: ergo ad por
tū ſalutis deducens in hoc mari magno ⁊ ſpaci
oſo. Hinc Bern. O hō ſecurū habes acceſſū ad
deū. vbi mater ſtat ꝓ te ante filium. et filius an-
te patrem. filius oſtendit patri latus et vulne-
ra. mater oſtendit filio pectus et vbera. nulla po
terit eſſe repulſa: vbi tot concurrunt amoris in
ſignia. An nō ergo cōfortaris quoties nōis ei⁹
recordaris? Dicit idem Bern. de nōie Jeſu qđ
⁊ đ nōie Marie accipe valemus. Hinc prophē
ta Dauid ait. Sperēt in te q̄ nouerūt nomē tuū.
Decimū priuilegiū: quia nomen Marie eſt
gratioſiſſimū. Interpretat̄ eni; Maria illumi
natrix. ſ. lumine gratie. et ꝑfecto nomen Marie
gratioſum eſt: quia ipa btā virgo eſt mater gr̄e.
Nota aūt ꝙ ſm̄ q̄nq; lr̄as huius nōis maria
q̄ntuplicem gratiā peccatores conſequunt̄ per
hoc nomen quas q̄dem gr̄as hoc nomen ſigni
ficare videt̄. Prima littera M denotat miſeri-
cordiā diuinā. Secūda lr̄a A. denotat amore;
ſuꝑnorū et eius accenſionē. Tercia lr̄a R. ſigni
ficat remiſſionē peccatorū. Quarta littera J. de-
notat illuminatōem ex infuſione iuſtificantis g̃
tie. Quinta littera A. denotat adquiſitionē vic;
meritorum et premiorū. Hinc Bern. in ſmōe.
Si criminis īmanitate turbatus. ſi conſcientie fe
ditate confuſus: ſi iudicij horrore ꝑterrit⁹. ſi ba-
rathro deſperatōis abſorptus: Mariā cogita:
mariā iuoca. ⁊ ſic ī temetipo expiri poterꝭ q̄; me

rito dictuz ſit nomen ꝟginis Maria. Hec ille.

Undecima progatiua nois Marie eſt: qꝛ eſt nomen dulciſſimū. Uñ canit eccl'ia. Salue regina miſcðie vita dulcedo ꝛ ſpes noſtra. Unde qꝛ ipſa eſt clemētiſſima regina: vita: ſpes: ꝛ dulcedo noſtra. ſequit̃ ꝙ nomē eius ē dulciſſimū. Nimirū ex noie Marie (niſi aſſit impedimentuz in hoie) tāta dulcedo cordi deuoto infundit̃ ꝙ mentis affectū magis ac magis afficit: nec ſatiari pt pre deſiderio. qđ teſtat̃ Eccl'iaſticus ca. xxiiij. dicens in pſona ei⁹. Spūs inqt me⁹ ſup mel dulcis: ꝛ hereditas mea ſuper mel ꝛ fauū: memoria mea in generatiōes ſeculoꝝ. Qui edunt me adhuc eſurient. ſ. pre deſiderio Eſa. xxvj. Nomē tuum in deſiderio aīe. Nota aūt ꝙ nomē Marie dulcorē infert Primo viſui. Ps. Letificab me cū vultu tuo: delectatiōes in dextera tua vſqꝫ in finem. Scðo auditui. Cañ. ij. Sonet vox tua in aurib⁊ meis: vox em̄ tua dulcis ꝛ facies tua decora. Tertio dulcorē infert guſtui. Cant. ij. Fructus eius dulcis gutturi meo. Quarto olfatui. Eccl. xxiiij. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatez odoris. Et ibidē. Ego qſi vitis fructificaui ſuauitatē odoꝝ. Quinto dulcorē infert cordis medullis. Unde Cañ. viij. Pone me vt ſignaculuz ſup cor tuū. Et ps. Guſtate ꝛ videte qm̄ ſuauis eſt dñs. ſ. in Maria. O vtinā fidelis aīa aliqñ nouiſſes expientia certa: qꝛ vt canit eccl'a: Vere clemēs pia ꝛ dulcis eſt maria. Duodecima progatiua: qꝛ nomen Marie eſt efficacia mirabiliſſimū. Mirabiles enim efficere habet fructus ſaluciferos. vt in pte. j. ar. vl. patuit. Quis deniqꝫ ſufficienter extimare poterit quanta a principio mundi miracl'a facta ſint ad nomen Marie ꝛ eius inuocationem. Si enim (vt dicit ps) mirabilis deus in ſctis ſuis: qꝛ mirabilis ſup oīa in maria q̄ eſt oīm ſanctiſſima ꝛ dña: cui (vt dic Bern.) data eſt ois ptās in celo ꝛ in terra: vt q̄cquid voluerit valeat efficere. Ut aūt magꝭ clareſcat mirabilis efficacia nois Marie: referam hic vnū miraculū quod ſcribit Uincenti⁹ in ſpeculo hiſtoriali. li. viij. partis pme. capi. cxvj. dicēs.

Miraculū. Ex in ꝯuentu ſancti Bertini erat monachus qdam noie Joſtio: in quo cōuentu cum qdam archieps de terra ſancta adueniens hoſpitatus fuiſſet: interrogatus ē a monachis quis modus orandi virꝭ religioſis in terra ſancta habitantib⁊ ſolitus foret. Et retulit qūo ab ipſis hieroſolymitanis religioſis acceperit conſuetū fore bñdictā ꝟginē hoc mō quotidie orare: vt vicz ad honorē nois eius ſm qnqꝫ litteras eius qnqꝫ Aue Maria ꝛ totidē pſalmos q̄ incipiunt ab eiſdē litterꝭ depromeret. Pro m Magnificat. Pro a Ad dñm cum tribularer. Pro r Retribue ſeruo tuo. Pro i In conuertendo do. Pro a Ad te leuaui ꝛc. Prefatus ꝗ monachus Joſtio cepit hūc modū orādi qtidie ad honorē nominis Marie obſuare. Accidit aūt vt quadā nocte ipē nō intereſſet matutinis cum ceterꝭ fratribus. ꝓpter quod ſupprior ad eius lectum venit: ibiqꝫ eū defunctū repperit. quē putam⁹ ex nimia dulcedine amoris quā forte beata virgie ſibi apparente cum filio hauſerat exceſſiſſe. Unde accurrūt fratres vultūqꝫ eius diſcooperiētes inuenerūt qnqꝫ flores roſarū. vnus egrediebat̃ de ore ꝛ lingua eius. duo de oculis. ꝛ duo de auribus. Pro tali miraculo letantes detulerūt eū in chorū: ꝛ ibi diſcooperta facie cum recentibus roſis diligenter intuentes: in roſa que đ ore exibat inuenerūt ſcriptum: Maria. Tenuerūt aūt eū per ſeptē dies ſuaui odore roſeo fragrantem donec tres epi cōuenirēt ꝛ multi alij clerici ꝛ laici: qui vidētes magnalia dei: laudē dederūt deo ꝛ bte virgini. O igit̃ nomen digniſſimū Marie nomen piū: nomē cōfortans pctōrem. O nomen dulce: nomen amoroſum ꝛ bte ſpei. O nomē venerabile ꝛ ab oībus deuota mente celebre. Quid dicam⁹ in tua laude: cum oīm deficiunt lingue nec ſufficienter te queunt laudare. Vere nomen ſacrū: nomē fructuoſū: nomē melliſluū: vtinam ſaperent ꝛ intelligerent hoies: ꝛ ipſum quotidie inuocarent: ipm ſemꝑ in domibus cordibuſqꝫ ſcriptū tenerēt: vt grām veniā ꝛ gl'iam virginis benedicte merito obtinerent Amen.

Incipit liber ſeptimus de ſanctiſſima vita bte Marie.

l

Jber ſeptimus

agit de myſterio ſanctiſſime vite benedicte ꝟginis marie: eiuſqꝫ ꝟtuoſiſſime actionis. Et diuidit̃ in tres partes. In pma parte agitur de eius ꝯuerſationis ꝛ vite ſanctitudine. In ſcða agit̃ de meritorum ꝛ virtutū pcelſitudine qua fulſit in ſumma perfectiōis altitudine. In tertia de grāꝝ eiuſdez multitudine qua illuſtrata extitit cum ſumma plenitudine in huius vite habitudine.

Pars pma de vite ſctiſſime ꝟginis beate atqꝫ actionis eius virtuoſiſſime myſterio: vbi oſtenditur ꝙ in vita ſuſcepit ſacramenta ꝛ qualem regulam ſanctitatis tenuerit.

f

Jli ne dimittas

legem matris tue: vt addat̃ grā capiti tuo. Prouerb. j. ca. Quib⁊ in ꝟbis ſapientiſſim⁹ Salomō ſpū ſancto dictante hortat̃ nos vt matris noſtre. id ē bñdicte ꝟginis marie: que eſt ſpūalis mater noſtra ꝑ regenerationē ꝛ adoptionē filiationis diuine ꝛ fraternitatis domini Jeſu chriſti. iuxta illud Anſel. dictum. Si inquit chriſtus qui ex ea genitus frater noſter eſt: cur illa que genuit mater noſtra non eſt: q. di. ſic. Huius inquā matrꝭ

noſtre legē.i.vite regulā ⁊ rectitudinē quā exemplariter i ſe nobis imitandā oſtēdit:ne dimittamus:ſed ſtudioſe obſeruemus: quatinus detur nobis copioſior gratia capiti noſtro.i.rōnali menti q̄ eſt caput aīe dirigēs eā in actibus ſuis. Profecto merito nos hortamur om̄s ⁊ ſinguli ad imitandā ſanctitatē vite Marie: qr id perſuadet nobis. Primo q̄dem ſcriptura figuralis. Secundo natura exemplaris. Tertio ſnīa doctrinalis

Primo inquā pſuadet ſcrptura figuralis. Nā Jacob ꝯſiliū ſue matris ſequens bn̄dictōēʒ paternā ꝯſecutus eſt. Gen̄.xxvij. Ita ⁊ nos ſi volumus ꝯſequi bn̄dictionē dei p̄ris: conſiliū ſequamur matris marie vitā imitando. Scd̄o pſuadet natura exēplaris. Ut en̄ certa diſcimus experientia: pater diligētius fouet filiū quē videt ſibi aſſimilatū q̄ꝫ diſſimiliorē: qr om̄e aīal naturalr diligit ſibi ſilē. Eccl.xiij. Deniqꝫ teſte glo. ſup Ps. Coruus non nutrit in nido ſuos pullos tādiu q̄uſqꝫ aſſimilari ſibi incipiūt pennis nigreſcētibus: eo ꝙ putat non eſſe ſuos pullos ꝓpter diſſilitudinē: q̄s tn̄ poſtea aſſilatos diligēter fouet: ⁊ intime diligit. Ideo dr̄ Ps. Qui.ſ.deus dat iumentis eſcam: ⁊ pullis coruoꝝ.ſ.in nido ⁊c̄. Ita ſpiritualiter Maria mater grē nos in ſpūalibus fouet ſibi aſſimilatos: ⁊ deo patri exhibet diligēdos. alr̄s ꝓpter diſſilitudinē formidandū eſt ne derelinquamur. Sectemur g̃ chariſſimi bn̄dicte virginis caſtitatē: humilitatē: patientiam: ⁊ ceteras ꝟtutes. Un̄ eius filius dn̄s Jeſus clamat Mat.xi. Diſcite a me qr mitis ſum ⁊ hūilis corde: ⁊ inuenietis requiē aīa.ve. Tertio pſuadet ſnīa doctoralis. Un̄ Amb.li.de ꝟginitate dr̄ ſic. Sit vobis tanq̄ꝫ in imagine deſcripta vita Marie: de qua velut ex ſpeculo refulget ſpēs caſtitatis ⁊ forma ꝟtutis. Hinc ſumatis exēpla viuēdi vbi tanq̄ꝫ in exēplari magiſteria ſr̄ probitatis expſſa: que q̄d corrigere: q̄d effugere: q̄d tenere debeatis oſ̄dunt. Hec ille. O igit̄ fidelis aīa auſculta cōſiliū ſapientis: ſuſcipe eius exhortatōēʒ dicentis. Fili ne dimittas legē matris tue.i.marie. O ſalubris admonitio. o dulciſſima doctrina. o ſaniſſimū ꝯſilium: cui obtēperādo fit vt addat̄ grā capiti tuo. ſi grā ergo ⁊ grā. ⁊ ꝑ ꝯſequēs oē bonū. Quia ergo vita Marie nob̄ imitāda in p̄dictis ꝟbis ꝓponit̄. idcirco de ea acturi tria myſteria in hac parte declaranda notabimus: q̄bus eius ꝯuerſatōis ⁊ vite ſanctitatē agnoſcere valebimus ⁊ imitari ſciemus.

Primū dr̄ myſteriū ſcpturalis omiſſionis
Scd̄m dr̄ myſteriū ſacralis ſuſceptōis.
Tertiū myſteriū regularis obſeruatiōis

Articulus pm̄us q̄re euāgeliſte noluerūt de vita b. Marie ſcribere aut de eius morte ⁊ ſilibus.

P**rimū myſteriuꝫ** declarandum dicitur ſcripturalis omiſſionis. Nā a pleriſqꝫ ſepeſepius queſitū eſt Quare vicꝫ in ſacra ſcptura canonica nuſq̄ꝫ aliq̄d ſcribit̄ de ſcītate et geſtis Marie. nec ab euāgeliſtis tex̄it quicq̄ꝫ de eius vite hiſtoria. imo nec etiā de eius origīe aut gentū ſcītate ⁊c̄. nec de glioſ actibus et geſtis ſup mirabilibus. aut de eius morte: aut ſacroꝝ noue legis ſuſceptione Mirū certe eſt cur ſcptura omiſerit et tacuerit hec oīa et alia matris dei p̄clara opera. Mattheus quippe ca.j. ſcribens de chriſti genealogia t̄m ſolum dicit. Jacob genuit Joſeph virū marie. de qua natus eſt Jeſus qui vocat̄ chriſtus. putabā dicere debuiſſe: virū Marie filiū Joachim: quā ex Anna vxore angelo nunciante miraculoſe genuit: que fuit virgo caſtiſſima ⁊c̄. Similit̄ ⁊ Lucas Miſſus eſt inquit angelus ad ꝟginem ⁊c̄. nō deſcribit eius ortū nec eius geſta aut vite ſcītatē: aut p̄clara ſcītatis opa. ⁊ ſic de alijs euāgeliſtis: Pret̄ hoc ſolū ꝙ cōceptionem filij dei ex ſpūſancto factā deſcribūt. et ea q̄ ad id dūtaxat ꝑtinere vident̄. Et ad id aſſumūt argumētū tale obijciētes: qr euāgeliſte p̄curſoris ortū. parentūqꝫ dignitatē: vite ſcītatem: arduaqꝫ et p̄clara eius geſta deſcpſerūt vſqꝫ ad terminū vite eius ⁊ martyriū. ergo multo magis hoc d̄ m̄re dei facere debuerūt ad fidei et morū edificationē. Videt̄ ꝙ ſacra ſcriptura omittendo ſit diminuta.

Sed cōtra eſt: quia ſpūſancto inſpirāte locuti ſūt ſancti dei homines. ij. Pe.j. et Matth.x. Non vos eſtis qui loq̄mini ſꝫ ſpūs ⁊c̄. Un̄ ipo dictante ſcpſerūt quecūqꝫ ſcpta ſunt in canonicis ſcripturis: in quibus error vel diminutio nullatenus admitti debuit. Deus eī et natura nō abundant in ſupfluis: nec deficiūt in neceſſarijs. nec q̄cq̄ꝫ faciūt fruſtra: vt dr̄.ij. Phiſ. igitur ⁊c̄.

Rn̄deo ſm Albert̄ magnū ſup Miſſus ē.c.lxxxj. alioſqꝫ doctores catholicos de hoc tractātes ꝙ ſūme rationabilit̄ factum eſt vt hec de virgine matre dei ſint omiſſa ī canonica ſcriptura a ſanctis: nec aliq̄d ſit expſſum niſi quod ſpectabat ad incarnationē ex ea factam. Hoc enim egit ſpūſſanctus miro ordine diuine ſapiētie: p̄cipue triplici ratione.

Una eſt ratio preſuppoſitionis
Alia eſt ratio excitande deuotōis
Tertia recom̄mēde clarōis vel nr̄e hūiliatōis.

Una eſt rō pſuppoſitiōis. qr vicꝫ ſcītatis excellentia et dignitas m̄ris dei ab omnibus chriſticolis debito p̄ſupponit̄: circa quā errare eſſꝫ p̄ria p̄ncipia cōfundere: et in hereſim damnatā venire. igit̄ ſupfluū fuit ea deſcribere et vicioſum. cum ſm Ariſto. qui vnū dicit quodāmodo pl̄a dic̄. Et iterꝫ. Peccatū eſt fieri ꝑ plura que eque bene p̄nt fieri ꝑ pauciora. Et.ij. Phyſ. et.viij. Topic. Un̄ ſic ſymbolum apl̄oꝝ nullibi apud euāgeliſtas ī forma ſcptū legimus. qr firmit̄ credēdū preſupponit̄ mētibus fideliū inſcribendū: ita pari m̄dicio ſpūſancto dictante factū eſt d̄ hiſtoria matris dei: excellētiaqꝫ et ſcītate. quoniā ita dixit

Mat. de q̃ natus eſt Jeſus ⁊c. eo dicto oĩa ſub/ſequencia dixit tanq̃ incluſa ⁊ preſuppoſita. ſ. ĩ ſũma eius ſctĩtate: dignitate: meritorũq̃ ⁊ premiorũ excellẽtia. Et ſic ĩ alijs etiã euãgeliſtis a ꝓle cõmendaꝛ mr̃. Cũ em̃ arbor bona nõ facit niſi fruct⁹ bonos. Mat. vij. Si ḡ proles ſctiſſima ⁊ digniſſima: ita ⁊ mr̃: maxime cũ ſit mater dei q̃ ſanctius ⁊ dignius dici nõ pt. Unde plus de ea ſcribere ſupfluuz fuiſſet: q: dicẽdo ꝙ genuit Jeſum filiũ altiſſimi. vel ꝙ eſt grã plena: dñs tecũ: ⁊ ſilia: ſufficiẽter breui ṽbo oĩa dixit ꝙ vicȝ a nulla grã: a nulla ſctĩtate: a nullo merito⁊ ⁊ pmiorũ genere fuerit aliena. ſed q̃cq̃d boni aliqua creatura fecerit vel receperit: de h̃ non liceat eam fore expertem: cum xp̃s dei mar ſit ſumma perſona ipo facto ⁊ a nullo illuſtriũ ſupari pt: vt dr̃ Damaſce. Alia rõ eſt excitande deuotõis: q: per h̃ fideliũ doctorũ deuotio excitaꝛ ad inquirenduz. Juxta illud Eccl. xxiiij. Qui edũt me adhuc eſuriunt. Et infra. Qui elucidant me vitã eternã habebunt. Tertia rõ noſtre humiliatõis ⁊ reprimende elatiõis. Nã noſtra vana gloriatio reprimitur: ne noſtra bona opa ꝓ magno reputem⁹: cũ videam⁹ ꝙ excellentiſſimi meriti opa plura a beata virgine facta: immo ⁊ ab ipo dño Jeſu vſq̃ annũ. xxx. impleta: ſcriptura quaſi nõ extimans ꝑterijt ſubticẽdo: q̃ſi tacẽdo dicat nobis illd̃ Lu. xvij. Cum feceritꝭ oĩa que pcepta ſunt vobis dicite: ſerui inutiles ſumus. ⁊ illud Mat. vj. Noli tuba canere ante te ⁊c. Itẽ dñs noſter ⁊ dña noſtra ſuas ſecretas habitudines ſibi notas per ſe noluerũt manifeſtare. Juxta illd̃ Prouer. xxvij. Laudet te os alienũ: ſileat os tuũ. Unde illa ſcripta non ſunt. Ea aũt que in pſentia diſcipulorũ vł̃ pplorũ fecerũt ſcripta ſũt ad nr̃am edificationẽ: quatinus doceremur ⁊ nos vt ſic bona agam⁹ ꝙ laudes exterius non queramus. quia vt dicit Greg. Studiũ celeſtis deſiderij a malignis ſpiritib⁹ cuſtodire nõ ſufficit: qui h̃ ab hũanis laudib⁹ non abſcondit. Depredari em̃ deſiderat qui theſauꝝ ĩ via publice portat. Hec ille. Et ſic patet ꝙ rõnabiliter valde ſpũſctõ dictante ſcti euangeliſte ea que ſpectant ad incarnatiõis fidẽ breuius ſcribere voluerũt ꝓpter fidei aſtructionẽ et edificatõez. Ea aũt que ſecrete geſta: ⁊ aplis aut alijs ignorantib⁹ fctã ſũt: licet forent magna ⁊ mirabilia ſup oim̃ ſanctorũ aliorũ geſta tacuerunt ꝑmiſſas ꝓpter rões. Ad illd̃ igr̃ in oppoſitũ ꝙ vicȝ ſaltem eius ortũ ⁊ parentũ ſanctitatẽ ſcribere debuerunt. Rñdetur ꝙ exq̃ parentũ Marie gloria ⁊ dignitas ab illa fuit: ꝓpter quã ⁊ illi anteceſſores ⁊ tota illa gens electa ẽ. ido nõ debuit Maria ꝑ parẽtes cõmendari: ſic nec chr̃s ꝑ matrem cõmendaꝛ. ſed ecõuerſo: ex prolis ſanctitate datur intelligi ſctĩtas parentũ. Ad aliud de ꝓcurſoris ortu vita ⁊ morte ⁊c. Rñdeꝛ ꝙ hec rõnabiliter de pcurſore ſcripta ſunt: q: niſi ſcripta forent: dubitari potuiſſent. Marie aũt miraculoſa ꝯceptio ⁊ ortus gaudioſiſſim⁹: vita ſanctiſſima: opa pcellentiſſima ⁊ arduiſſima: atq̃ mors precioſiſſima ⁊ glioſiſſima ⁊c. idcirco ſcribi non debuerũt: q: certiſſima fide crediꝛ inter fideles viros q̃cquid ad eius dignitatez: ſanctitatẽ ⁊ ꝑcellentiã pertinet: ⁊ ꝑ ſe notũ eſt his q̃ de Jeſu integram habẽt fidẽ. O igiꝛ peccatrix aĩa agnoſce q: nullã habes cauillatiõis cãm cõtra ſcripturã ſacrã. Quecunq̃ em̃ ſcpta ſunt: ad nr̃am doctrinam ſcpta ſunt. Rho. xv. O aĩa chr̃iana perpende: q: maxima opera ptermiſſa ſunt ſilentio ꝓpt tuã inſtructionẽ: vt ſtudeas magna credere tanq̃ fidei pſuppoſita de Maria ⁊ eius prole Jeſu: ⁊ vt ſtudeas deuotius inq̃rendo meditandoq̃ merita adquirere: atq̃ vt addiſcas humilitatez in actib⁹ tuis ſuare. O pie deus q̃ dulciter nos allicis: q̃ benigne inſtruis: ⁊ q̃ ſalubriter humiliari vis nos vt exaltes.

Articulus ſcd̃us ꝙ beata Maria in ſua vita ſuſcipere debuit ⁊ de facto ſuſcepit oĩa eccleſie ſacramenta ſibi congruentia.

Capitulum. I.

Qm̄ igit̄ in multis rebꝫ ꝯſueto mō dñs oꝑat̄: qd
nature ꝯtrium dicendū eſt: ſiq̄ñ ipſe deus voluit
ꝙ etiam in v̄ginali vtero ſanctiſpūs diſpēſatiōe
filius ſine virili coitu naſceret̄. Hec Aug. Ad
premiſſa diffuſius accedētes: qm̄ mens huma-
na ꝑ ſenſibiliū collationez ſolet manuduci: pluri-
ma phicalia exempla ꝓducam⁹ ſub breuiloquio
ſcpta ſꝫ magiſtrū Franciſcū de Reƙa. in ſua edi
tione de cōceptu v̄ginali Primū exempluz in
elementis. Terra q̄ꝑpe ſine oī corruptione ꝓducit
mirabiles effectus: flores vicz ⁊ gēmas de plan-
tis. Et qd̄ eſt mirabile Albert⁹ de vegetabilib⁹ ⁊
plantis li. v. tractatu. j. dī: ꝙ hibernia vitis de ilice
ortū habet Itē aqua quedā eſt in Tuſcia quā
v̄go portare valet cribro: vt dī Aug⁹. de ciui. dī.
Itē in aere quanta deus facit mirabilia: q̄ñ
fulmen cadēs agit vt gladium in vagina: ferrū
⁊ es in burſa cōſumat: vagina ⁊ burſa illeſa ma-
nente: ⁊ ī nube generant̄ rane. vitulū q̄ꝫ v̄tute ce-
li generatum in nube teſtat̄ Albert⁹ magnus. iij
methe. tractatu. iij Item igni dedit de⁹ vt ſala
mandrā nutriat. Cum igit̄ talia facere pōt natu
ra: cur deus nō poſſet vt virgo generaret Se-
cundū exemplū in lapidibꝫ. Nā Albeſton lapis
ſemel accenſus arcadie ſemꝑ ardere claret: vt dic
Aug⁹. xxj. de ciui. dei. ca. vj. Item repiunt̄ lapi
des in quibꝫ humana facies cum corona ī capi-
te picta eſt v̄tute celi: vt dicit Alber. j. mineraliū.
tractatu. v. ca. j. Item magnes ad ſe trahere pt

ferrū.ꝛ carbunculus in nocte lucere pōt. Itē cali bis maſſa in certꝭ ꝑtib⁹ in nube naſcit̄ ꝛ cadit: et a ruſticis collecta ī arma acutiſſima parat̄.vt dt Alb.iij.metheo.tractatu.iij. Lapis qꝫ fonti So ciemoꝝ imerſus ſupenatat: vt vult idē Alber.j. mineraliū.tractatu.j.c.ij. Cur ḡ ope ſpūſſcti vir go generare nō valeret. Tertiū exēplū in brutꝭ aīalib⁹. Nā rhinoceron ⱴgini ſe inclinare valet a qua capit̄: vt dt Iſid.li.Etymol'. Itē equa cap padocie ad ventū currēs feta efficit̄: vt dt Aug⁹. xx.de ciui.dei.ca.iij. Urſa qꝫ fetus rudes ore in nari.. formare valet: vt dt Iſid.xj.Etymol'. Et leo rugitu proles mortuos gignēs ſuſcitare va/ let: vt dt idēꝫ Iſid.xij.li.Cur ḡ diuio flamīe ⱴgo nō generaret Quartū exemplū in volatilibus Uultur nēpe corꝑe claret ꝛ ad hoc mare caret: vt dicit Amb.in hexameron.li.ij.ca.xlj. Item Cala drius auis facie egrum ſanare pōt: vt dt Alber. xxiij.de aīalib⁹. Sed ꝛ carbas auis de arbore hy berna naſci claret: vt habet̄ ab Alber.xxiij.d aīa/ lib⁹. Itē pſitacus auis a natura habet ꝙ ſemꝑ aue dicit: vt docet experientia. Iteꝫ ſtrutionis oua ſol excubare valet ad eius viſum: vt dt Iſido.xij. Etymol'.c.lviij. Item phenix ſe in igne renouare valet: vt ait idē Iſi.xij.etymol'.c.xv. Et pelicanū ſanguīe fetus aīare claret: vt teſtat̄ ideꝫ. Cur ḡ virgo diuina oꝑatione nō generaret. Quintū exemplū in piſcib⁹. Etem̄ qdam alleca ſr̄ q̄ cōpa rē nō hn̄t matrē: vt dt Ariſt.in proble. Et anguil la ſine coitu maris generat̄: vt teſtat̄ idē. Pluri/ ma qꝫ alia aīalia pter pmiſſa ſr̄ talia q̄ ſine ma re generant̄.que ſi vellem⁹ ꝑ ſingula deſcribere: aū deficerem⁹ tpe qꝫ poſſem⁹ enarrare. Cōclu ditur ḡ ꝙ ſi tot ꝛ talia pn̄t fieri per naturā: multo maiora potuit deus facere in ⱴginali ꝯceptu ſu pra naturā. Proinde Iob.xij.ſcribit̄. Nimiꝝ i/ terroga iumēta ꝛ docebūt te: ꝛ volatilia celi ꝛ in/ dicabunt tibi.loquere terre ꝛ rn̄debit tibi: ꝛ nar/ rabunt ea piſces maris. Quis ignorat ꝙ oīa hec manus dn̄i fecerit?

Capitulum.XI.

V ndecima ſtella mūdialiū hoīm credu/ litas. Nā vt cū Auguſtino.xxij.d ciui. dei.ca.lviij.loqr. Nil mirabili⁹ qꝫ ꝙ ad legē cōtrariā carni ꝛ ſanguini: doctores pauci ꝛ paupes ꝛ rudes plurimos potuer̄t cōuertere ſa pientes vt crederēt hāc fidē.prudētiſſimi etiā re/ belles fidei ꝛ poſtea cōuerſi: ſicut patet de Pau lo pſecutore poſtea facto doctore catholico ꝛ pre/ dicatore. Item de Dionyſio ꝑus pho poſtea fa/ cto Pauli diſcipulo. Et de Auguſtino ꝑus erro re manicheoꝝ ſeductor: atqꝫ Cipano ꝑus mago ꝛ alijs innūerꝭ. Reuera ſiqs diligēter penſet hec tria Primo q̄ pdicauer̄t mūdo: qꝛ ignobiles: paupes: apl'i: imperiti ꝛ pauci. Scdo qd pdi/ carūt: qꝛ legē ꝯtrariā carni ꝛ ſanguini: pniaꝫ du ram: carnis mortificationē: ꝛ vicioꝝ refrenatōeꝫ Tertio qbus pdicauerūt: qꝛ potentib⁹ mūdi: peccato totaliter deditis ꝛ deſeruiētib⁹: ac ſapi/ entibus. Aduerte ꝙ nō niſi a deo hoc fieri po/ tuit vt tantā multitudinē mundi ſubiugarent fi dei catholice. Unde patet qꝛ fides virginitatis Marie et eius filij eſt veriſſima.

Capitulū. XII.

D uodecima ſtella dicit̄ miraculoꝝ ſympl/ citas.qd deducit Sco.vbi.ſ.talit̄ argu endo. Nō pōt de⁹ eē falſus teſtꝭ: qꝛ Pro uer.xxj.ſcriptū eſt. Teſtis mēdax ꝑibit. Sꝫ de⁹ inuocatus a pdicatoribus hui⁹ fidei: fecit op⁹ ſibi ꝓpriū: vꝫ pore miracula.ac ꝑ hoc teſtificatū ē fidē eſſe verā. Un̄ Mar.vlt̄. Illi aūt.ſ.diſcipuli chr̄i pfecti vbiqꝫ pdicauerūt dn̄o coopante ꝛ ſ/ monē ꝯfirmāte ſeqn̄tib⁹ ſignis. Sequit̄ ergo ꝙ hec fides nō pōt eſſe falſa. Propterea Aug.in. de tri.c.ij.dicit.Dn̄e ſi ē error: a te decepti ſum⁹: nā tantis ſignis ꝯfirmata ſunt ꝙ nō niſi ꝑ te fi eri potuiſſent. Nec ille. Hinc et ſaluator ait Io. v.Opa.ſ.miraculoꝝ q̄ facio: ipa teſtimoniū ꝑhi bent de me. Et eiuſdem.x. Si mihi nō vultꝭ cre/ dere.opibus credite. Si dicas. Antichriſt⁹ etiā faciet miracl'a. Rn̄det̄ qꝫ Sco.vbi ſup. ꝙ ſicut dicit Auguſtin⁹ de vtilitate credēdi. Magna ē differētia inter miracula chriſti et antichriſti: tā/ qꝫ int̄ miracula facta a deo: et facta a diabolo. Miracula quippe chr̄i ſunt talia ꝙ nullo mo/ do a diabolo fieri potuerūt: vt patet de mortuo rū reſurrectione: de raptu Pauli in tertiū celuꝫ ad videndū diuinā eſſentiā. Nulla eni creatura pōt aīam beatificare et ad videndū diuinā eſſen tiā eleuare: nec ſimplicit̄ nec ad tēpus: ſꝫ ſolus deus. Itē de cognitōe cordiū.et in multis alijs miraculis euāgelij. Miracula vero antichriſti erūt deceptoria et falſa: cui⁹ falſitas patebit ſi ei obijciant̄ hec. Si tu inquit es deus fac me vide re diuinā eſſentiā: et poſt viſionē certā memoriā habere viſiōis et certitudinē: et tūc credā. Itē ſi tu es de⁹: dic mihi qd faciā vel cogitabo vel ap/ petā ꝑ tali hora.quoꝝ nullū antichr̄s poterit.nec vere mortuos ſuſcitabit.ſicut chr̄s Lazaꝝ vere ſuſcitauit: ſꝫ pſtigijs ſuſcitabit q̄ diu n̄ pn̄t du/ rare. Preter miracula ꝟo euāgelij mlt̄a alia ſūt miracl'a fcā tā antiqtus qꝫ etiā nr̄is tꝑibus atteſtātia ⱴgitatē Marie: ex qb⁹ aliq̄ h̄ inſerūt̄.

Legit̄ qppe in glo.biblie et poſtillis vel expo ſitionib⁹: ſicut etiā Lyra dicit.ꝙ hebraice ⱴitatꝭ expoſitores tractādo illud ⱴbū Eſa.vij. Ecce ⱴ go cōcipiet et pariet fi.ꝛc̄.dicūt: ꝙ ⱴgo iuuencu/ la ſp manēs ⱴgo dicit̄ halma ꝑ h.ſed alma ſine h.dr̄ virgo iuuēcula nubilis. Un̄ apd hebreos halma et alma differūt. Idcirco Egyſippus ī li. de ſupplemēto euāgelice ⱴitatis ſup illo verbo Reſponſum accepit Symeō a ſpūſctō: refert.ꝙ iſte Symeon erat rabbi et ſacerdos apud iude os. Et dum ſemel in ſcholis exponeret dictā pro phetiā Eſaie: inuenit ibi ſcriptum. Ecce halma id ē virgo concipiet.et deleuit h.vt eſſet ſenſus.

Ecce alma .i. iuuencula nubilis cōcipiet ⁊c. ſicut ⁊ moderni iudei exponunt. Sed ſm Chryſ. ſuꝑ Matth. Homel. ix. iſta expoſitio cōdēnat̄ tanꝗ̄ falſa ꝑ illud qd̄ ꝓpheta ꝓmittit di. Dabit dn̄s vobis ſignū. Ecce ꝟgo ꝯcipiet ⁊c. Nā iuuenculā cōcipe vel parere nō eſt ſignū: ſed ꝟginē. Vn̄ ſic etiā Symeon ſicut iudei falſe intelligēs deleuit trib⁹ vicib⁹ ⁊ ſꝑ miracl'oſe idē ſcptū repꝑiens: orationi ſe dedit. ⁊ ſic reſpōſum a ſpūſctō accepit de partu ꝟginali: ⁊ nō viſurū ſe mortē niſi videret chr̄m dn̄i de ꝟgine natū. Legit̄ etiā in hiſtoria ſcholaſtica ꝙ Hieremias ꝓpheta in Egyptū deſcendens poſt mortē Godolie: regib⁹ Egypti ſignū dedit ꝙ eoꝝ idola corruerent cum ꝟgo filium pareret. Quaꝓpt̄ ſacerdotes idoloꝝ imaginē ꝟginis puerū in manib⁹ baiulant̄ in ſecreto loco templi ſtatuerunt: ⁊ eam ibi adorabant. Sed a Ptolomeo rege poſtea interrogati quid hoc ſibi vellet: dixerūt: paterne traditionis h̄ eſſe qd̄ a ſancto ꝓpheta eoꝝ maiores acceperāt. ⁊ ſic in reb⁹ venturꝝ credebāt. Et hoc impletum eſt in die natiuitatis qn̄ idola corruerūt: vt teſtatur legenda cōis. Itē Rhome vt teſtat̄ Innocenti⁹ papa tertius: pax fuit .xij. ānis. Rhomani igr̄ templū pacis cōſtruxerūt: ⁊ ibi ſtatuā Rhomuli poſuerūt. Cōſulēdo aūt Apollinem ꝙ̄diu duraret: acceperūt reſponſum ꝙ ꝗ̄uſq; ꝟgo pareret. Qd̄ q² impoſſibile putabāt: dixerūt. Ergo in et̄nū durabit. Unde in forib⁹ templi ſuꝑſcripſerūt titulū hunc. Templū pacis eternū. Sed in ipſa nocte natiuitat̄ dn̄i qn̄ ꝟgo pepit: ipm̄ tēplū fundit⁹ corruit. ⁊ ibi eſt modo eccleſia ſancte Marie noue. Item in vita ſocioꝝ bt̄i Frāciſci legit̄ ꝙ ſanctus frater Egidius erat: cuius ſanctitatē audiens quidam doctor ordinis fratrū predicatoꝝ: acceſſit ad eū vt in fide ſolidaret̄. quia titubabat ſi ꝟgo potuerit cōcipe ⁊ parere. Sctūs itaq; frater Egidius cum oraret cognouit ex reuelatione ſpūſſancti ꝙ quidā doctor ꝓ tali cauſa ad eū veniret: vnde obuiam mox eidē acceſſit: ⁊ nil alid̄ loquens ſtatim virga ꝑcuſſit terram corā eo dicens. Virgo ante partū. ⁊ mox pulcerrimū liliū ibidem excreuit. Alio ꝗ̄; loco ꝑcutiēs ait. Virgo in partu. ⁊ ibidē ſimil'r liliū excreuit. Tertio etiā loco ꝑcutiens ait. Virgo poſt partū. ⁊ ibi tertiū liliū miraculoſe ꝓdijt. Unde doctor ille deo gratias retulit ⁊ in fide ſolidus ꝑmanſit. O igit̄ virgo virginū Maria ora ꝓ nobis tuum quē virgo peperiſti natum.

Alius modus procedendi in materia ꝑſcripta breuior.

Item ſi aliter ⁊ breuius vis ꝓcedere potes ex premiſſis ſub epilogo loq̄ndo elicere .xij. genera reꝝ q̄ atteſtant̄ ꝟginitatē Marie iuxta nūerum .xij. ſtellaꝝ q̄b⁹ glo'ſa extitit. Primū ē teſtimoniū diuīaꝝ ꝑſonaꝝ. Nā ei⁹ ꝟginitatē teſtat̄ de⁹ pater in figurī antiq̄s. deus filius ꝗ̄; in euāgelicis doctrinis ⁊ miraculis, deus ſpūſſctūs in ꝓphetijs. quia ſpūſancto inſpirante locuti ſunt: vt ait Petr⁹ in canonica. Scdm̄: teſtioniū angeloꝝ. Tertiū eſt teſtimoniū oīm ſanctoꝝ veterī ⁊ noui teſtamēti. Quartū eſt teſtimoniū oīum ſcpturaꝝ etiā gētiliū. Quintū eſt teſtimoniū beſtiaꝝ. Sextū: teſtioniū auiū. Septimū: piſciū. Octauū: ꝟmiū. Nonū: teſtioniū lapidum. Decimū: plantaꝝ ⁊ floꝝ. Undecimū: oīm elemētoꝝ. Duodecimū: teſtioniū miraculoꝝ. de q̄b⁹ diffuſe in h̄ tertio articulo actū eſt.

Pars ſecūda libri octaui de ꝟginalis ſponſi btē Marie .i. ipſius beati Joſeph ſanctitate atq; dignitate qui fuit cuſtos Marie.

Ioſeph fili David noli timere accipe Mariā coniugem tuam. Matth. j. ca. Qm̄ vt ait dn̄s Bonauen. ſuꝑ .iiij. ſen. di. xlv. Nobiliſſima res eſt nobis miſeris mortalibus in h̄ mundo habere ſingularem deuotōez: nō ſolum deo eterno: ſed etiā ſuis glorioſis ſanctis. Et h̄ Primo ꝓpter nr̄am inopiā. q² nil ex nobis meremur corā deo: imo pleni peccatis demeremur ſupplicia. ꝓpter qd̄ ad ſctōs op⁹ eſt nobis refugere: q̄tin⁹ eoꝝ merit̄ deus placet̄: ⁊ qd̄ petim⁹ efficaciter ꝯſ[illegible]mur. Hinc Job. v. Ad aliquē ſanctoꝝ cō[illegible] Scdō ꝓpt̄ dei reuerentiā: q² in eis deus q̄ habitat veneraꝝ. Qui eñi ſanctis honorē tribuit: illum ſpecialiter honorat qui eos inhabitādo ꝑ grām ſanctificauit. Idcirco Damaſ. lib. iiij. ca. vij. dicit. Qm̄ ꝑ intellcm̄ in corꝑib⁹ ſanctoꝝ habitat deus: teſte aplo. Neſcitis inquit qm̄ corꝑa veſtra templū ſunt inhabitantis in vob ſpūſſcti. deus aūt ſpūs eſt. Quare ergo nō eſſent honorāda aīata tēpla dei: ⁊ aīata dei tabernacula? Hec ille. Tertio ꝓpter eoꝝ ꝟtuoſitatē ⁊ gl'iam: ꝓpt̄ quā digniſſimi ſūt honore. Nā teſte Ariſtotele. iiij. li. Ethic. Honor eſt ꝓmiū virtut̄. ⁊ ꝟtuti ꝑfecte nō fit condignus honor. Debent ḡ ſancti honorari tāq; ꝟtuoſiſſimi ⁊ glorioſiſſimi nr̄i patroni ſpūales. q² vt habetur .ij. q. vij. ca. Qualis. Qui patronū ſiue patrem ſpūalem nō honorat: plus videt̄ peccare ꝙ̄ qui carnalem patrem contemnit. Hec ibi. Sed q² Joſeph eſt vnus de glorioſiorib⁹ ſanctis paradiſi: cui dn̄s tantā grām cōtulit vt ſuā dilectiſſimā matrē ei in cuſtodiā ⁊ ſponſam daret: ideo merito ad ipm̄ deuotiōe mouemur. Vn̄ q² ipſe Joſeph ſctūs meruit ſociari btiſſime ꝟgini marie: ⁊ fore eius ꝟginitat̄ fideliſſim⁹ cuſtos: ſponſusq; ⁊ fidedigniſſim⁹ teſtis. Idcirco in hac ꝑte ſecunda incidētaliter agere decreui in hoc libro de eius ſanctitate: que multū cōfert ad teſtimonium ꝟginitatis ⁊ puritat̄ btē virginis mr̄is dei. Unde de ipſo tria myſteria notabimus que elici poſſunt ex premiſſo themate.

Primū dr̄ myſteriū ſponſalitatis.

Scōm dī myſteriū ſanctitatis
Tertiū dī myſteriū dignitatis.

Articulus ꝑmus q̄re voluit deꝰ ſuā matrē deſponſatā fore viro noīe Joſeph fabro lignario

Circa primū myſteriū vicȝ ſponſalitatꝭ vel dicā ſocietatis inueſtigandū nobis ē: Cur deus oīpotēs cuiꝰ ſapiē nō eſt nūerus: ſic diſponere voluit vt ſua mater virgo. ſ. Maria deſpōſari deberet viro noīe Joſeph fabro anteq̄ȝ impregnaret̃ ꝛ ↄciperet filiū dei. Et arguere potes ꝙ nō debuit deſponſari alicui viro. quia ipa ante deſponſationē vouerat virginitatē: vt patet ex autoritate Aug li. de ſctā ỽginitate dicētꝭ. Annunciante angelo: Maria rn̄dit. Quō fiet iſtud qm̄ virū nō cognoſco. i. nō cognoſcere ꝓpono. qḋ ꝓfecto non diceret niſi ſe ỽginem ante vouiſſet. Sȝ vt dī idem Augꝰ. Virginitatē vouentibꝫ nō ſolū nubere ſed etiāȝ velle nubere damnabile eſt. g̊ videt̃ ꝙ btā ỽgo nō debuit deſponſari: ne tranſgrederet̃ votū Item nō videt̃ rō q̄re potius viro Joſeph debuit deſpōſari. Et ratio eſt. qꝛ figuratū ꝛ figura cōuenire debent. ſed ex oībꝫ ſanctꝭ mulieribꝫ que figurauerūt in veteri teſtō benedictam ỽginem nulla eaꝝ cōiuncta eſt Joſeph patriarche q̇ figura fuit ſponſi matrꝭ dei. Nā Aſenech filia Putifari ſacerdotꝭ heliopoleos q̄ fuit vxoꝛ Joſeph patriarche Gen̄. xlj. nō ita exp̄ſſe figurauit matrē dei ſed potiꝰ alie ſancte mlr̄es: vt patet de Sara q̄ genuit filiū preter naturā in mōte imolādū. vn̄ tenuit figurā dn̄e nr̄e que genuit filiū ↄ naturā in cruce imolandū. ꝛ tn̄ Sara cōiūcta fuit viro Abraā noīe. Item Heſter figurat btām ỽginē: q̄ tn̄ nupta eſt Aſuero regi. Eodem mō patet de Rebecca q̄ fuit ↄiūcta Iſaac. ꝛ ſic de aliȷ̃s. g̊ nec mr̄ dei debuit cōiungi matrimonio ipſi Joſeph. ſed potiꝰ viro noīe Abraam: aut Aſuero: aut Iſaac: aut aliq̄ noīm eoꝝ q̄rum vxores vel ſponſe dn̄am figurarunt. Itē ſi deſpōſari debuit: potius h̄ fieri debuiſſet vt deſponſata fuiſſet alicui viro regi magno: vt ſignificaret̃ qꝛ regis eēni ꝛ excellētiſſimi. i. dei erat ſpōſa. Aut deſponſata fuiſſet potiꝰ paſtori ꝓpt̃ hūilitatem q̄ȝ fabro. Tū qꝛ paſtores gregū inferiorꝭ ſtatus ſunt ſcd̄m ſeculū fabris. Tū qꝛ naſcēte domino non fabris ſed paſtoribꝫ angelis reuelare cōgruit eiꝰ natiuitatꝭ myſteriū. Lu. j. g̊ ꝛ hoc myſteriū deſpōſatōis d̄buit fieri potiꝰ paſtori. Amplius videt̃ ꝙ debuit dei mater deſponſari piſcatori: qꝛ ſub cruce cōmēdata eſt piſcatori Joanni diſcipulo. cur g̊ in deſponſatiōe nō debuit deſpōſari piſcatori: ratio nō videt̃ cōgruitatꝭ In contrariū eſt diuina ſapīa q̄ in ſui diſpoſitione non fallit̃ nec falli pōt. ꝛ tn̄ vt euāgelicus ſonat textꝰ dei mater deſpōſata eſt cōgruentiſſime viro cui nomē Joſeph q̄ erat faber lignoꝝ. Rn̄det̃ igr̃ ad ꝑmiſſa ꝑ tres ỽitates ſeu ↄcluſiōes. Prīa eſt. Sūme decebat vt ỽgo btā viro deſpōſaret̃ an̄q̄ȝ filio dei impgnaret̃. Hec ↄcl'o claret ꝑ mltas ratōes tam ex parte ꝓlis q̄ȝ ex parte matris q̄ȝ etiā ex parte humani generis. q̄ rōes qꝛ deſcripte ſunt in hoc volumine. li. j. pte. vj. ar. iij. ca. j. ibi recurrendū relinq̄. Secūda ỽitas ſeu concluſio ē. Cōgruū erat vt vir ſpōſus mr̄is dei Joſeph noīaret̃ q̄ȝ q̄ocūq̄ȝ nomen viri aliḋ ſortiret̃. Hec ↄcluſio oſtendit̃ ꝑ rōes et autoritatē beati Bern̄. ſuꝑ Miſſus eſt que deſcṗte ſunt li. j. huius voluminis pte. ij. arti. iij. ca. xj. Tertia ỽitas ſeu ↄcluſio ē. Sūme ↄgruebat vt mater filij dei lignario fabro deſponſaret̃ q̄ȝ alteriꝰ artificij viro in ſponſam ſociaret̃. Hec patet: quia hoc pre omnibus magꝭ ↄgruebat ſignificatōi eius ſpiritualis deſpōſatōis. Naȝ ꝑ hoc ꝙ fabro deſponſabat̃: deſignari dabat̃ ꝙ deo q̇ fabricauit et creauit totū mūdū ſpūaliter ſponſabat̃: iuxta illud Oſee. ij. ca. a dn̄o dictū. Spōſabo te mihi in fide: et ſponſabo te mihi in ſempiternū ꝛc̄ Item hoc magis cōgruebat ſignificatōi diuine incarnatōis. qꝛ ex hoc ſignificabat̃ ꝙ in ipa virgīe deſpōſata fabro hūana natura ſponſaret̃ ꝛ copularet̃ ꝑ vnionē dei filio. q̇ fabricauit mūdū vna cum patre et ſpūſancto. Propt̃ea ipa btā ỽgo pulcra deſcribit̃ vt luna Canti. vj. c. qꝛ vt nobis videt̃ luna vſq̄ȝ ad. xiiij. diē continue creſcit q̄uſq̄ȝ ipa appareat imago homīs q̄ſi fabri. et vltra creſcere nō poteſt: ſed poſtea decreſcit. Ita b. virgo Maria a ſua natiuitate creuit vſq̄ȝ ad. xiiij. annū. q̄ āno ī eiꝰ vtero inteḡ imago hoīſ. i. ipē chr̄s imago dei pr̄is q̇ fuit fabricatoꝛ. i. creatoꝛ mūdi apparuit. qm̄. xiiij. anno ſue etatis credit̃ virgo chr̄m cōcepiſſe ſcd̄m hiſtoriam. Mox q̄ȝ ipa vicȝ dei mater effecta in ſua reputatōe cepit decreſcere ꝑ hūilitatē: non tanq̄ȝ matrē dei vel dn̄aȝ mūdi: ſed tanq̄ȝ ancillam dei ſe reputādo. Unde ait Lu. j. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ꝛc̄. Et ſic ī eo ꝙ deſpōſata ē fabro ſignificabat̃ ꝙ eſſȝ ſpōſa dei creatoris mūdi. vn̄ et voluit filiꝰ dei chr̄s fieri faber lignariꝰ cū Joſeph patre putatiuo exercēdo artē illā vſq̄ȝ ad etatꝭ ſue annū. xxx. ſic ſonat ſcriptura Mar. vj. Et ibidē exponēdo teſtat̃ Lyra. Deniq̄ȝ claruit in ipſa deſponſatōne nō ſolū myſteriū diuine incarnatōis: verū etiā maximū bonum hūilitatis. vt q̄nto ſit maioꝛ in oībꝫ: tāto fiat ꝛ hūilioꝛ: vt ſit mr̄ dei ꝛ vxoꝛ fabri. Itē tertio hec ỽitas ſeu ↄcl'o ꝓbat̃. qꝛ deſpōſatio fabro lignario facta ſūme cōgruebat ſignificatōni noſtre repatōis ꝛ ſaluatiōis ꝑ lignū crucis. Unde Chryſ. ſuꝑ Matth. dicit. Ideo Joſeph fabro lignario Maria dei mater deſponſata fuit: q̄niā ſpōſus eccīe chr̄s oīm ſalutē hoīm opaturꝰ erat ꝑ lignū crucis. Hec ille. Et ſic patet reſponſio ad queſitū. Ad obiecta in contrariū reſpondet̃ Ad primū: ꝙ vt dicit btūs Tho. iij. pte ſum. q. xxviij. ar. iiij. beata virgo habuit virginitatis vo

tū tribus modis. Primo in deſiderio. qꝛ anꝫ
teq̃ incarnatio filij dei ab angelo ſibi annūcia/
ret ꝟginitatē ſimplr̄ ⁊ abſolute nō vouerat: eo ꝙ
nō licebat: qm̄ in lege veteri ꝓhibitū erat ne ſteri
lis q̄s fieret in iſrl̄ Exo. xxiij. Propterea qꝛ tꝑe le
gis oportebat generatōi inſiſtere tā viros q̃ȝ mu
lieres: eo ꝙ etiam ex illo chr̄s ꝑ̄lo expectabat̃ ſ̄ȝ
carnis originē naſcitur⁹. habuit tn̄ btā ꝟgo tūc
tꝑis virginitatē ⁊ ei⁹ votū in deſiderio: vouitq̃ȝ
virginitatē ſub cōditione. ſ. ſi deo placeret: volun
tatē ſuam ⁊ deſideriū diuine cōmittens arbitrio

Scđo beata ꝟgo habuit ꝟginitatē in facto. qꝛ
poſtq̃ȝ ſibi innotuit h̄ deo fore acceptū. ſ. vt virgi
nitatem voueret anteq̃ȝ ab angelo ſibi denūcia/
retur ⁊ anteq̃ȝ Joſeph deſponſaret̃: abſolute vir/
ginitatem vouit Tertio habuit virginitatē ex
cōmuni bn̄placito. Naȝ poſtq̃ȝ fuit deſponſata:
ſimul ipſa cū ſponſo ſuo ex cōmuni voluntate ⁊
bn̄placito ac ꝯſenſu ꝟginitat̄ votū emiſit Ad
argumentū igit̃ dico cū Alb. ſuꝑ Miſſus eſt. c.
xl. ꝙ licet btā ꝟgo habuit firmū ꝓpoſitū ⁊ votum
cōtinentie: poterat tn̄ ꝯſentire in deſpōſatione in
maritalē ſocietatē: facta tn̄ diuinitus inſpiratōe
vtriq̃ȝ de altero ꝙ vellet ꝟgo permanere. ⁊ ſic cō
ſentire in cōiugalē vel maritalē ſocietatē: ⁊ nō in
copulā carnalē abſolute. Et ſic nō obſtat verbuȝ
Aug⁹. dicentis: ꝙ vouentibꝫ virginitatē nō ſolū
nubere: ſed etiā velle nubere dānabile eſt. quia h̄
intelligit̃ de nuptu carnalis copule: ⁊ qn̄ ſine cer
tificatione a deo facta vellet q̄s poſt votū virgi/
nitatis cōiugia ꝯhere. Ad ſecundū obiectum
rn̄det̃ per ſecundā cōcluſionē. Et ad ꝓbationem
dico ſ̄m Alb. ſuꝑ Miſſus eſt. c. l. ꝙ licet Sara:
Heſter: Rebecca: ⁊ plures alie ſcte mulieres pfi
gurarint btām ꝟginē Mariā: ꝓpterea tn̄ nō cō/
gruebat vt illaꝝ ſponſi vel mariti pfigurarent q̃
ad denominationē ſponſum bte Marie ꝟgis.
Cū em̄ ipſe ſpōſus vicȝ Joſeph ꝯtrahere habuit
cum virgine Maria fauctū cōiugiū ſine carna
li copula vt virgo ꝯciperet: ꝟgo pareret: ⁊ poſt par
tū ꝟgo ꝑmaneret: quā. ſ. btām ꝟginē virgo Jo/
ſeph cōiugem in ꝟginitate cuſtodiuit ⁊ miniſtra
uit eidē ac ei⁹ filio paterno affectu ſincero. Nullo
modo igit̃ decēs erat vt q̊ ad hāc deſponſationeȝ
ſpōſus btē ꝟgis Marie pfiguraret̃ ꝑ aliquē ta/
lem q̇ extiterit maritus ꝑ carnalē copulā. Vn̄ cū
inter Sarā ⁊ Abraā: inter Heſter ⁊ Aſuerum: ⁊
eodē mō inter Rebeccā ⁊ Jſaac: ac alios cōſimi/
les copula carnalis interuenerit: non decebat vt
eis noībꝫ ſpōſus Marie noīaret̃. ſed decebat vt
iſtud cōiugiū ac caſtiſſima deſponſatio Marie
pfiguraret̃ ꝑ Joſeph q̇ caſtitatē ⁊ fidelitatē erga
vxorē dn̄i ſui ſeruauit: vt patuit li. j. ꝑte. ij. ar. iij.
ca. xj. Ad tertiū dicendū ꝙ hec deſponſatio ma
tris dei taliter ⁊ tali fieri debuit vt ⁊ hūilitas cō/
mendaret̃ ⁊ nob̄ in exempluȝ ꝓponeret̃: ⁊ cū hoc
ſignificationi myſterij incarnatiōis diuīe ac nr̄e
reparatiōis cōgrueret, ſed qꝛ ſi btā virgo deſpon
ſata fuiſſet alicui regi magno: hūilitas nō clare/
ſceret. ſi ꝟo paſtori: hūilitas q̇dem clareſceret: ſed
myſterio nō ſatiſfieret ſignificatōnis p̄dicte. Si/
militer ſi piſcatori deſpōſata fuiſſ;: nō ita ſatiſfa
ctū fuiſſet ſignificationi p̄dicte ex p̄miſſis rōībꝫ
circa tertiā cōcluſionē poſitis. igit̃ ⁊c̄ Jtaq̃ȝ cō
cludit̃ ꝙ licet natiuitas ſaluatoꝛ̄ ex btā virgine
debuit manifeſtari ab angelis paſtoribꝫ ꝓpter h̄
ſ̄m Lyrā ſuꝑ Lu. quia paſtores erāt ſimplices ⁊
abſq̃ȝ cautelis malicie ⁊ occupati ī officio ſctōꝝ
patriarchaꝝ q̇ dicunt̃ fuiſſe paſtores. Gen̄. xlvij
Talibꝫ aūt ſolent fieri diuīe illumīatiōes ⁊ con/
ſolationes: iuxta illud Matth. xj. Cōfitebor tibi
pater celi ⁊ terre: qꝛ abſcondiſti hec a ſapientibꝫ ⁊
prudentibꝫ ⁊ reuelaſti ea paruulis. licet etiā con
gruebat matrē ſub cruce cōmendari Joanni: nō
q̇dem rōne eius ꝙ Joannes piſcator erat. qꝛ h̄
ad id nil ꝑtinebat. ſed rōne ꝟginitatis ⁊ hūilita/
tis: vt vicȝ humilis diſcipulus Joannes ⁊ ꝟgo
virgini ⁊ humillime matri ſue obſequiū ⁊ ſola/
cium p̄beret. Nihilominꝰ ſumme congruebat vt
virgo mater dei virgini Joſeph fabro deſponſa
ret̃: ſicut ex rōnibus antedictis in tertia ꝯcluſio
ne tactū eſt. Vere ḡ chariſſimi dei mater per oīa
cōmēdabilis nobis exiſtit: honorabilis ⁊ deuo/
te celebris ꝑ quā miro ordine diuine ſapiētie no
bis ſalus ꝓuenit. Vere ⁊ Joſeph ei⁹ ſpōſus non
immerito a nob̄ honorat̃: ⁊ deuotius ob amorē
btē virginis venerat̃ qui tantā grām meruit vt
in ſponſam familiarem matrem dei habuerit. O
vtinam huic eorum ſancte ſocietati pauper ego
⁊ humilis ſeruulus affuiſſem: ⁊ eis ſeruitia exhi
bere dignus fuiſſem

Articulus ſcđs ꝙ ipſe ſctūs Joſeph ſponſus
btē Marie debuit eſſe ſctiſſim⁹ ⁊ mūdiſſimus.
Capitulum. I.

S Ecunduȝ myſte
riū dr̄ ſctitat̄. Vbi inueſtigandū eſt
vtrum iſte Joſeph ſpōſus bn̄dicte
ꝟginis Marie fuerit inter omēs viros ſui tꝑis
vir excellētiſſime ſctitatis: vt dign⁹ habitus ſit
eligi in ſponſum ꝟginis dei mr̄is. Et pōt argui
ꝙ non. quia ſi fuiſſet hō gratioſus ⁊ magne ſcti/
tatis: non debuiſſet dubitaſſe vel ſuſpitioneȝ ha
bere de beata ꝟgine dei p̄electa matre. Cum em̄
dicat apl̄s. j. Coꝝ. xiij. Charitas nō cogitat ma/
lum. ſ. de ꝓximo ſuo. ſequit̃ ꝙ hō ꝑfectus in grā
⁊ ſctitate atq̃ȝ charitate nō poterit de altero quē
nouit eſſe ꝑfecte ſctitatis hoīem ſuſpicari ſiniſtꝝ
vel cogitare maluȝ: qn̄ eoipſo deſignet̃ veracit̃ ꝙ
ipſe nō eſt bon⁹ aut ꝑfect⁹ q̇ de alio ꝑfecto crede/
re p̄t malū. Qđ etiā ꝓbari pōt ex eo: qꝛ apud ſan
ctos maxīe: imo etiā apud alios ꝓbos ⁊ imꝑfe/
ctos hoīes dubia ſūt in meliorē partē interꝑtan/
da: vt habet regula iuris extra de re. iu. c. Eſtote.
Sed quia iſte Joſeph nouit btām ꝟgineȝ Ma/

riam eſſe ꝑfectiſſime ſanctitatis. Tum ex atteſtatione ꝟginum cum quibꝰ morata fuerat in templo dn̄i a ſua infantia: apud q̄s publicū ⁊ famoſum erat ꝙ ipam q̄tidie viſitabāt angeli dei ⁊ familiariter ei cibū ꝺportabāt e celo. Tū ex miraculo diuīo q̄ fuit coactꝰ ⁊ pōtificibꝰ manifeſtuꝫ: vt ip̄e cuiꝰ vicꝫ virga germinauit florē ⁊ in eiꝰ cacumen colūba e celo veniēs ꝯſedit deſpōſaret eā: vt patuit. ſ. ꝑ Hiero. ⁊ alios hiſtoriogꝑhos. li. j. pte. vj. art. iij. ca. j. Tum q̄ꝫ ex ſplendore diuīo in facie eiꝰ relucēte: ⁊ tn̄ ſuſpicabat̄ ⁊ dubitabat ꝺ virginali btē Marie ꝯceptu. vn̄ noluit traducere eā: ſed voluit occulte dimittere eaꝫ. Matth. j. ſequit̄ g̃ ꝙ ipſe Joſeph nō fuit ſanctꝰ nec ꝑfectꝰ: imo minꝰ bonus q̄ de tali ac tāte ꝑfectōis ⁊ ſanctitat̄ ꝟgine ſuſpicionē habuit adulterij. Itē cōfirmat̄. quia ſm ſniam doctoꝝ p̄cipue Alex. ꝺ Ales. concordat Tho. ij. ij. q. lx. ar. iij. Suſpicio mali de altero ꝯtingit ſeu ꝓuenit ex tribꝰ Primo ex lōga mali expientia in ſeipſo. Vn̄ Ariſt. ij. li. Ethi. dicit ꝙ ſenes ſt̄ maxime ſuſpicioſi: eo ꝙ multotiens experti ſunt in ſeipſis alioꝝ defectꝰ Senes em̄ inq̄t cocages ſunt. Eſt enim catogia in deterius extimare oīa. Vnde iuuēcule mulieres ſi nubant viris ſeniorībꝰ: ſꝑ ꝓpter ſuſpicionem viroꝝ turbatiōes patiunt̄ ab eiſdē. Secūdo ꝓuenit ſuſpicio mali ex eo ꝙ aliq̄s male afficit̄ ad alteꝝ. Cum em̄ q̄s ꝯtemnit aliū aut odit vel iraſcit̄ vel inuidet: ex leuibꝰ ſignis opinat̄ male de ipſo: quia vnuſquiſq̧ faciliter credit qꝺ appetit. Tertio ꝓuenit ex hoc ꝙ aliquis in ſeipſo malus eſt: ex q̄ cōſcius ſue malicie facilit̄ de alijs malū opinat̄. Propt̄ea Ecc̄s. x. Stultus. i. peccator in via ambulans: cum ip̄e ſit inſipiēs: oēs exiſtimat inſipientes. Et Seneca lib. de moribꝰ ꝺt. Hoc habet oīs affectus: vt in quo ipſe inſanit: ceteros putet inſanire. Vn̄ auarus cū ip̄e ſit aſſuetus fraudibꝰ ⁊ mendacijs in emendo: vendendo: credit oēs ementes ⁊ vendētes ſimilia facere. Sil'r luxurioſus cū ipſe videat ⁊ loquatur mulieribꝰ mala intētiōe: ita quos videt loqui vl' reſpicere hmōi malū inde iudicat Ad propoſitū. Ex q̄ Joſeph dubitauit ⁊ ſuſpicatꝰ eſt maluꝫ de btā ꝟgine ⁊ eiꝰ conceptu: ꝓpter qꝺ ⁊ voluit dimittere eā: ex q̄cunq̧ p̄miſſaꝝ cauſaꝝ hoc prouenerit: ſꝑ derogat eius ſctitati: imo ex cauſis p̄teritis ſuſpicādo arguit̄ ipſe nō bonꝰ fuiſſe vel ſaltem valde impfectꝰ. Pro huiꝰ queſtiōis ꝓpoſite rn̄ſione tripl'r ꝓcedemꝰ. Prio dictas obiectiones de eius dubitatōe vel ſuſpicione ſoluendo. Scđo ꝯcluſionē reſponſalē de eiꝰ ſctitate inferendo. Tertio rōnes ꝓbātes ſctitat̄ eius excellenciā ſubnectendo.

Capitulum. II.

p Rimo itaq̧ ſoluēdo p̄tactas obiectiones q̄ dependēt ex eo qꝺ ī euāgelio ſcribit̄: q2 cū btā ꝟgo inuēta eſt hr̄e in vtero filiū poſt deſpōſationē Joſeph noluit traducere eā: ſed voluit occulte dimittere ⁊c. Notandum eſt ꝙ de h̄ duplex eſt doctoꝝ ſnīa. Vna eſt opinio quorundā dicentiū ꝙ Joſeph vidēs beatā Mariā grauidā dubitauerit ⁊ vehementem ſuſpicionē incurrerit de ope ſiniſtro ex ꝑte ꝟgis. ⁊ idcirco voluerit dimittere eā. Et illi attribuunt hanc opinionem Auguſtino in ſermone Caſtiſſimū Marie ꝟginis vterū. vel: Vidi portā. licet a pluribꝰ aſſerat̄ ille ſmo nō eſſe Auguſtini. Ego tn̄ nullo mō credo ꝙ iſta dubitatio fuerit firma in mente Joſeph. Nec credendū eſt ꝙ Joſeph cū eſſet vir iuſtꝰ firmit̄ crediderit aliquid ſiniſtri de virgine quā ꝓbauerat de tanta ſctitate ⁊ deſponſatiōis miraculoſitate. Si q̄s tn̄ hanc opinionē ſcꝫ ꝙ dubitauerit tenere vult: hoc habet credere ꝙ hec ſuſpicio in mente Joſeph nō fuit oīno firma ſꝫ dubia. Nam ſm Tho. ij. ij. q. lx. ar. iij. Aliud eſt ex aliq̄bꝰ ſignis dubitare de malo ꝓximi. Aliud eſt illud affirmare. Primū ꝑtinet ad humanā temptationē ſine q̄ etiam ſancti vitā iſtā nō ducunt. ſꝫ illud apl'i. j. ad Coꝝ. x. Temptatio vos nō apphendat niſi humana. Affirmare ꝟo ꝑ ſignis leuibꝰ de ꝓximo malū: p̄cipue qn̄ ſt̄ plura ⁊ fortia ſigna boni: pctm̄ eſt. Vn̄ Aug. ſuꝑ illud. j. Coꝝ. iiij. Nolite ante tpus iudicare: ait. Et ſi ſuſpiciones vitare nō poſſumus quia homines ſumus: iudicia tn̄. i. diffinitiuas ſententias cōtinere debemꝰ. Hec ille. Sed alia eſt opinio verior quā tenēt Gregorius: Orige. ⁊ Joannes os aureum: qui aperte oſtendūt ꝙ Joſeph quando vidit Mariā pregnante: nō cogitauit aliqꝺ malum de ea: ſed credendo bonitati virginis putabat ꝙ deꝰ aliq̄d opatus eſſet ſecrete in ea: ⁊ ex humilitate reputauit ſe indignū eius cōſortio quā ſciebat eſſe plenā deo. Voluit ergo recedere ⁊ dimittere eam: timens ne ex preſumptione offenderet ſi tante virgini cohabitaret. ſicut in exemplo etiam Petrus ex eadem reuerentia dixit chriſto. Exi a me dn̄e quia homo pctōr ſum. Vn̄ Chryſoſt. ſuꝑ Matth. li. j. dic̄. O inextimabilis laus Marie: mag̃ credebat Joſeph caſtitati eius q̄ꝫ vtero eius: plus gratie q̄ꝫ nature. Manifeſte cōceptum videbat ⁊ fornicationem ſuſpicari non poterat. poſſibilius eſſe credebat mulierem ſine viro poſſe concipere q̄ꝫ Mariam poſſe peccare. Hec ille. Huic ſententie cōcordat Bernardus ſuper Miſſus eſt. addens ꝙ ideo occulte voluit eaꝫ dimittere: quia ſi manifeſte dimitteret: cauſa diuortij quereretur ⁊ exigeretur. Et ſi diceret id quod ſcierat et probauerat de virginis puritate: mox populus incredulus ⁊ dure ceruicis illum ſubſannarent ⁊ illam lapidarent. Quomodo enim crederent taceti chriſto in vtero quem poſtea crucifixerunt mira facientē ⁊ docentem ī templo: Hec Bernardus Itaq̧ claret ꝙ Joſeph nil ſiniſtri credidit de virgine: ſed cum vidit eam pregnantem ⁊ in facie eius diuinū ſplendorem relucentem adeo ꝙ non poterat eam intueri

vt dicūt Bern. ⁊ Hiero. partim ex ſtupore: par-
tim ex ꝟgis reuerētia: ⁊ ꝑtim ex incōprehenſione
opis. i. ꝟginalis cōcept⁹ cogitabat ſe abſentare ⁊
eam dimittere: totū hoc factū volens diuino cō-
ſilio relinquere. Et ꝓpterea angel⁹ ſibi reuelauit
hoc myſteriū dicēs. Noli timere accipe Mariā con
iugē tuā. i. nō expaueſcas cum illa habitare ⁊ ſi-
bi ſeruire: cui⁹ deus te ſociū fecit in ſctā puritate
⁊ deuotiōe caſtitatis quā vna ſimul deuouiſtis
mutua volūtate qđ em̄ in ea natū eſt: de ſpūſan
cto eſt. Et ſi q̄ras. q̄re btā Maria nō dixit ei-
dem hoc diuinū ſecretū? Dicendū ſm Lyrā ſup
Matth. ꝙ ideo: quia ſciuit ꝙ talia nō ſunt reue
landa niſi q̄ntum ſe extendit volūtas diuīa. Et
ideo btā ꝟgo tacuit: tenens firmiter ꝙ iſtđ ſecre
tū reuelaret tpe cōpetenti ex bn̄placito volūtatꝭ
diuīe. ſicut ⁊ reuelatū eſt ſancte Eliſabeth mira-
culoſe. Lu. j. Item q̄re Joſeph nō petiuit btām
ꝟginē vt diceret? Dicendū ꝙ ex reuerētiali timo
re non fuit auſus. ⁊ h̄ factū eſt ex diuīa diſpenſa
tione: vt vicȝ per reuelationē angeli ipſe Joſeph
⁊ ꝑ ꝯſequēs oēs nos ſic certificaremur ī fide ꝙ
nullo modo de cetero dubitari poſſet.

Capitulū. III.

s Ecundo ꝑncipal'r ad q̄ſtionē ꝓpoſitam
de ſctitate Joſeph ponit ꝯcluſio reſpō-
ſalis: quā ſaluo alioꝝ meliori iudicio
tutā fore decerno. Et eſt concluſio talis. Fidei
pie dictamē dat: ꝟginē chri matrē habuiſſe ſpō-
ſum talem dei ordinatiōe: vt nullus vir ſibi pa-
rem habuerit ſanctitatem aut equalem puritatē
toto ꝓtunc terraꝝ orbe. Dico notāter: ꝓtunc. q2
licet Joannes baptiſta fuerit excellentiſſime ſan
ctitatis: vt teſte ſaluatore Matth. xj. Inť natos
mulieꝝ non ſurrexit eo maior. tn̄ ipſe Joannes
nondū erat ꝓtunc. i. tpe deſpōſatiōis Marie na
tus in mūdo. ſed poſtea ſurrexit in mundo. Pro
illo aūt tpe arbitror ꝙ Joſeph fuerit ſctiſſim⁹ in
toto mūdo p̄ oīb9 hoīb9 q̄ tūc erāt. Ad qđ cre-
dendū ⁊ ꝓbandū ſubnecto Tertio rōnes quib9
claret eius ſanctitatis excellentia. Et ad id eſt rō
triplex. vicȝ phica: canonica: ⁊ theologica. Pri
mo rō phica: q2 cū iuxta Ariſtotelis ſniam: Oia
bonū appetūt ⁊ diligūt: vnūqđqȝ ens q̄ntum ha
bet de bonitate: tantū habet de eligibilitate. li. iij
Topic. Sed q2 de⁹ pre oīb9 hoīb9 mūdi hūc Jo
ſeph dilexit ⁊ elegit ſibi in patrē putatiuū ⁊ fami
liarē nutriciū: ac ſue ſctiſſime mr̄i in ſponſū ⁊ cu
ſtodem virginitatis deuotūqȝ miniſtrū. ergo ſe-
quiť ꝙ pre oīb9 hoīb9 tunc in mūdo exn̄tib9: ipſe
Joſeph fuerit melior ⁊ ſanctior. Scđa rō ca-
nonica. q2 habeť. xxiij. q. iiij. c. Obtineri. ꝙ p̄deſti
natio ita eſt a deo diſpoſita vt electi meritꝭ ⁊ pci-
bus ad ipam ꝑueniāt. Hec ibi. Sed q2 Joſeph
fuit ab eťno p̄ordinat⁹ a deo ⁊ p̄deſtinat⁹ in ſpō
ſum matris dei ⁊ nutriciū chr̄i atqȝ cetera myſte
ria diuīe incarnatiōis. ḡ deo diſponēte ipe tante
ſctitatꝭ ⁊ tāti meriti eſſe debuit vt pre oīb9 hoīb9
dignior ad hec p̄tacta myſteria redderet. Ter-
tia ratio theologica. q2 quāto ad maiorē dignita
tem ſpūalem ⁊ ſm deū exn̄tem eligit de⁹ aliquē:
tanto eundē facit bonū ⁊ meliorē. Vn̄ Aug⁹. in
glo. ſup Eph. j. dicit. Deus q̄s eligit facit bonos
ſicut ait apl's. Elegit inq̄t nos vt eſſem⁹ ſancti ⁊
immaculati in ꝯſpectu eius in charitate: q̄ pre-
deſtinauit nos in adoptionē filioꝝ ꝑ ieſum chri
ſtuȝ. Hec ille vbi. ſ. Sed quia de⁹ elegit ab eter
no hūc Joſeph ad ſummas gr̄as ⁊ maxias ſm
deuȝ dignitates: vt patuit. ergo ſane credo ꝙ ſi-
cut ſuam reuerendiſſimā matrem quā preelegit
ab eterno: vt decebat digniſſimā ⁊ ſctiſſimam fe
cit. ſicut etiam ſuuȝ precurſorem ſanctiſſimū ele
git ⁊ fecit: atqȝ diſcipulos ⁊ apoſtolos quos ele-
git vt mundi lumina forent effecit ſanctiſſimos
Ita hunc Joſeph quē in ſpecialiſſimū ſibi ⁊ ſue
matri nutricium atqȝ ſponſum elegit ita ſanctiſ-
ſimū effecit ꝙ digniſſimū pre oīb9 hoībus red-
didit. Secure igiť chariſſimi eius merito nos
cōmēdare poſſumus: merito eius ſuffragia exo
ramus. quia magnum vtpote ſanctiſſim⁹ valet
coram chr̄o efficere ⁊ impetrare beneficium ꝓ no
bis. Item ad ſanctitatis ipſius Joſeph excel-
lentiam ꝓbandam faciūt etiā priuilegia imme-
diate infra arti. iij. deſcripta: quib9 cum deus di
gnificauit ⁊ ſanctificauit.

Articulus tertius ꝙ ſanctitas Joſeph ſponſi
Marie duodecim priuilegijs eſt dignificata

t Ertium myſteriū
declarandū in hac pte dī dignitatis.
Quante nēpe dignitatꝭ ⁊ ꝑuilegiate
ſanctitatis ſit iſte Joſeph benedicte ꝟginis ma-
rie ſponſus elucidādo aduertere debem⁹: quia
quicq̄d glorie ⁊ laudis impendim⁹ ſponſo ſcȝ
Joſeph: totum eſt laudabile ſponſe. id eſt beatiſ
ſime virginis matris dei. Ad cuius gloriam
vt maiori deuotione moueamur erga hunc ſan
ctiſſimū ſpōſum Joſeph Notare poſſumus ꝙ
ſicut beatiſſima ꝟgo dei mater glorioſa exiſtit co
rona. xij. ſtellarum: iuxta illud Apoca. xij. In ca-
pite eius corona duodecim ſtellarū: Ita ſanctiſ-
ſimus eius ſponſus Joſeph inter oēs ſanctos
comprobať fore glorioſus duodecim ꝑuilegijs
ſanctitatis tanq̄ȝ duodecim ſtellis relucentibus
in corona glorie ipſius: que q̄dem ordinari poſ-
ſunt in tribus quaternarijs: quorum Primus
potiſſime ſe habet ex parte ſuipſius. i. Joſeph.
Secūdus ex parte ꝟginis benedicte ei⁹ ſponſe
atqȝ filij eiuſdem virginis chriſti ieſu benedicti.
Tertius quaternarius indifferēter ſe habet vel
teneri poteſt: vt claret in ſubſcpta quaternario-
rum diuiſione.

Primū ꝑuilegiū nobiliſſime generatōis
Scđm euangelice cōmendatiōis
Tertium digniſſime electiōis.

Quartum virginee gloriationis.
Quintū priuilegiū ſingulariſſime dilectiōis.
Sextum ſanctiſſime cōuerſationis.
Septimū meritorie auxiliationis.
Octauū ꝓmaxime honoratiōis
Nonum priuilegiū precelſe glorificationis
Decimū dulciſſime conſolationis.
Undecimū angelice frequentationis
Duodecimū potiſſime impetrationis

Capitulū. I.

P Rima itaqꝫ ſtella ſeu ꝓuilegiū ſctītatis Joſeph btīſſimi dr̄ nobiliſſime gene/ratiōis: qꝛ erat de domo Dauid ꝛ gene/ratiōe nobiliſſima: ex q̄ chr̄s deſcēſurus erat ſm carnē ſicut ꝑ ꝓphas fuerat ꝑdicatū. Nimiꝝ ad nobilitatē ſummā eiꝰ ꝑtinet ꝙ ipe Joſeph fuit d̄ eadē tribu ꝛ familia cū Maria matre dn̄i ꝟgīe nobiliſſima. Vñ ꝛ genealogia chr̄i deſcribit per Joſeph ab euāgeliſtis: licꝫ Joſeph fuerit penitꝰ alienus a cōceptione chr̄i qui de ſola virgine na tus eſt ꝛ cōceptus a ſpū ſancto. Nihilominꝰ per genealogiā Joſeph deſcriptā Mat. j. ꝛ Lu. iij. ſufficiēter ꝓbat ꝙ Jeſus Marie filius fuerit d̄ ſtirpe Dauid: vt dicit Lyra. qꝛ Joſeph fuit d̄ ea/dem tribu cū Maria. qd̄ ꝓbatur per h̄: qꝛ ſm le gem mulier ad quā ꝑtinebat hereditas paterna nō poterat ꝯtrahere matrimoniū niſi cū viro ſue tribꝫ ne fieret confuſio ſortiū. vt habet dicta ſnīa Nūe. xxxvj. Btā aūt ꝟgo Maria fuit vnica Jo achim patri ſuo ſuccedēs ei in hereditate. ꝛ ideo ex lege cogebat viro ſue tribꝫ nubere. ꝓpter hoc ꝛ iuit cum Joſeph in Bethleem ciuitatē Dauid vt ꝓfiteret cum eo. Lu. ij. Hec Nicolaꝰ de Ly. ſu/per Mat. Si aūt vis ſcire modū ꝑ quē fuerunt de eadē tribu ꝛ familia. ſ. Dauid. Damaſcenꝰ li. iiij. ca. vj. deſcribit: dicēs btām Mariā deſcēdiſ/ſe a Dauid ꝑ Nathan. Joſeph aūt ꝑ Salomo/nem. Dauid q̄ppe inter ceteros habuit duos fili os. ſ. Nathan ꝓphetā: ꝛ Salomonē ſapiētiſſimū regem: vt patet. j. Paral. iij. Scd̄m aūt ꝙ refert Lyra in poſtilla ſuꝑ Lu. licꝫ oēs ſapiētes hebreo rū cōcorditer tenerēt ex ſcripturꝭ chr̄ꝫ debere de/ſcendere de Dauid: Aliq̄ tñ coꝝ opinabant ip̄m deſcēdere a Dauid ꝑ Nathan ꝓpter excellentiam ſctītatꝭ ꝛ ꝓphetie ipſius Nathan. Alij ꝟo ꝑ Sa/lomonē ꝓpter dignitatē regiā ꝛ excellētiā ſapien/tie. ſm ꝟitatē aūt deſcēdit ꝑ vtrūqꝫ. aliter tamē. qꝛ ꝑ Salomonē deſcēdit ſm lineā naturalis ge neratiōis. ꝑ Nathan ꝟo ſm lineā generatōis le galis. qꝛ Joſeph ſponſus btē ꝟginis fuit filius Heli adoptiuꝰ ſeu legalis: ſm Hiero. Quod vt magis intelligat Nota ſm Joannē Damaſ. ꝙ ꝑ catenam Nathan ꝓphete filij Dauid deſcendit Melchi: a q̄ Melchi q̄rto gradu deſcēdit ꝛ di/ſtat in recta linea ipſe Joſeph: vt patet Lu. iij. vñ Melchi ē ipſi Joſeph abauꝰ: vulgariꝰ .i. auus aui. Jſte Melchi habuit fratrē noīe Pãthera: q̄ genuit Barpãthera, ꝛ hic genuit Joachim; q̄ ge nuit btām Mariā. Per catenā aūt ipſiꝰ Sa/lomonis filij Dauid naturaľ deſcēdit Mathan qui fuit auus ſcti ſpōſi Joſeph. Matth. j. Jſte Mathan habuit vxorem ex q̄ genuit Jacob pa trem Joſeph: vt patet Matth. j. Defuncto autē Mathan: ipe Melchi d̄ q̄ antea meminimꝰ. ſcꝫ ex catena Nathan ꝓphete: frat vicꝫ Panthere nu pſit vxori Mathan: ipſi matri vicꝫ Jacob. ꝛ ge/nuit ex ea Elij. Facti ſūt ergo fratres vterini Ja cob ꝛ Elij: ſed de duobꝫ fratribꝫ a Dauid diuer/ſimode deſcendētibus. qꝛ Jacob a Mathan ex tribu vľ catena Salomonis. Elij ꝟo a Melchi ex tribu ſeu catena Nathan. Elij aūt accepta vxo re mortuus eſt ſine ſemine. Et idcirco Jacob fra ter eius accepit vxorem fratrꝭ ſui vt ei ſuſcitaret ſemē: ꝛ genuit Joſeph. Jta q̄ Joſeph fuit filius naturalis ipſius Jacob: prout dr̄ Matth. j. ca. Fuit etiā idem Joſeph filius legalis Elij. quia fi lius qui naſcebat ex tali vxore erat q̄dem ſm na turā generantꝭ: ſm autē legem defuncti. Et ſic di cit Luc. ca. iij. Joſeph fuiſſe filium Elij. Hec ſm Joannē Damaſce. Deniqꝫ ſm Nico. de Lyra in poſtilla ſuꝑ Matth. hec ꝯtrarietas ꝙ Matthe us dr̄: Mathan genuit Jacob: ꝛ Jacob genuit Joſeph. Lucas ꝟo dic: Mathath genuit Elij: ꝛ Elij genuit Joſeph: ſic ſoluitur ꝙ Mathath et Mathan ambo deſcenderūt a Dauid. ſed Ma thath fuit filius Dauid adoptiuꝰ. Mathan au tem ꝑ Salomonē. Et iſti duo Mathan ꝛ Ma thath habuerunt vnā vxorem ſucceſſiue que di cta eſt Jeſca: ꝛ iſta a Mathan cōcepit Jacob. ꝛ a Mathath Elij. ꝛ ſic Jacob ꝛ Elij fuerūt frēs vterini: vt dcm̄ eſt. Ex his omnibꝫ aperte mon/ſtrat nobilitas tam beate virginis q̄ꝫ eius ſpon/ſi Joſeph ſanctiſſimi. quia fuerūt ꝓpinqui ſi be/ne calcularet: forte in ſexto gradu conſanguinita tis: quo gradu nō ꝓhibet ſm iura etiā matrimō niū cōtrahendi. Et q̄deꝫ quāta ſit coꝝ nobilitas generis. patet: quia Mattheus ponit tres qua/terdenas generationes ab Abraam vſqꝫ ad chri ſtuꝫ: in quibus deſcribit generatio a quattuor/decim patriarchis ꝛ q̄ttuordecim regibꝫ ꝛ q̄ttu/ordecim ducibus: ſm ꝙ dicit Nicolaꝰ de Lyra. O igit q̄ꝫ nobiliſſimꝰ eſt iſte ſpōſus q̄ vtiqꝫ ex ꝓ/pinquꝰ multoꝝ ſctōꝝ iſtiꝰ genealogie: imo ꝛ Jo annis baptiſte ꝛ plurimoꝝ apľoꝝ fratrum chr̄i Jnſuꝑ ꝛ matrꝭ dei atqꝫ ipſiꝰ chr̄i ꝑ matrē. qd̄ eſt ſummū. Sicqꝫ ꝓpinq̄tate ꝯiunctus eſt deo patri ꝛ filio ꝛ ſpūiſancto: per hoc ꝙ chriſtus dei filiꝰ carnē aſſumpſit ex eius genealogia.

Capitulum. II.

S Ecunda ſtella eſt ꝓuilegiū euāgelice cō mendatōis. qꝛ in euāgelio ipe Joſeph cōmendat iuſtꝰ fuiſſe. Mat. j. Joſeph cum eſſet iuſtus nolebat traducere ⁊c. quo ver/bo ipe cōmendātur a perfecta virtuoſitate. quia vt teſtantur doctores catholici precipue in tali/bus ſcriptis accipit: inq̄ʒtum iuſticia virtus eſt

generaꝉ oēs ꝟtutes cōprehendēs. Vñ Macro-
bius li. de ꝟtutib⁹ dr: ꝙ ex iuſticia ꝓcedūt amici-
cia: innocētia: cōcordia: pietas: religio. i. cultus
diuinꝰ: affectus. i. dilectio fraterna ⁊ hūanitas:
q̄ oīa creduntꝛ ꝑfectiſſime fore in Joſeph. ꝓpt̄ qđ
merito iuſtus noīatꝰ eſt. qꝛ vt Tullius li. đ offi-
cijs ait. Juſticia ꝟtutis ſplendor eſt maximꝰ: ex
q̄ boni viri noīantꝛ. Et Ariſt. v. li. Eth. dr. Precla
riſſima ꝟtutū. ſ. moraliū videtꝛ eſſe iuſticia. ⁊ nec
heſperus nec lucifer ita mirabiliꝛ lucet. Vñ ma
ximū eſt hoc ꝑuilegiū Joſeph vt dicatꝛ q̄ſi anto-
nomaſice. i. ꝑ excellētiā iuſtus in ſacro euāgelio
Vñ argui poteſt qꝛ in ip̄o videre potuiſſes virtu
tes oīum patriarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ. Et certe haud
dubiū: qꝛ in ip̄o erat obediētia prompta q̄ ⁊ fuit
in Abraā: patientia Joſeph patriarche: hūilitas
Dauid: deuotio ꝓphetaꝝ ⁊ ſctōꝝ patrū ⁊c. quib⁹
dignꝰ reddebatꝛ ſponſus tante ꝟginis

Capitulum. III.

Ertia ſtella eſt ꝑuilegiū digniſſime ele
t ctionis. Alij q̄ꝑpe ſancti electi ſūt: Quidā
in ſuos tm: vt ſcti angeli. de quib⁹ He
bre. j. Oēs ſūt adminiſtratorij ſpūs. Quidā in ſer
uos ⁊ amicos. ſ. dei: vt ſcti apl'i. qb⁹ Joh. xv. ſal-
uator ait. Jā nō dicā vos ſeruos ſed amicos ⁊c.
Nullus aūt ſctūs p̄ter Joſeph eſt electꝰ in hāc ꝓ-
celſam dignitatē vt fieret ⁊ ſeruꝰ ⁊ amicꝰ: ⁊ inſu
per pr̄ chr̄i putatiuꝰ ac ſponſus mr̄is dei. Unde
poſt dei matrē ſummā dignitatē ipſe obtinet.

Capitulum. IIII.

Uarta eſt ꝑuilegiū ꝟginee gloriatōis:
q quia refulget gl'ia ⁊ aureola ꝟginitatꝭ
Fuit em̄ ꝟgo incorruptꝰ: quā ꝟginita
tē vouerat mutuo ꝯſenſu vna cū bn̄dicta ꝟgine:
ſicut ſup̄ patuit. Hoc aūt ꝓbatꝛ autoritatib⁹ vicꝫ
doctoꝝ: ⁊ rōib⁹ atq̄ſimilitudinib⁹ Prio in-
quā doctoꝝ autoritatib⁹ qb⁹ ⁊ cōuincitꝛ: qꝛ liber
infantie ſaluatorꝭ qui dr̄ ꝙ Joſeph de alia vxore
habuerit filios: in hoc dicto nō eſt tenendus. qꝛ
falſum dr̄. ſicut ⁊ in quibuſdā alijs certis locis:
vtpote ꝙ obſtetrices btā ꝟgo habuerit in partu
⁊ ſil'ib⁹: quib⁹ reprobatꝛ. Ad id aūt ſcꝫ ꝙ Joſeph
ꝟgo fuerit incorruptus ⁊ ꝑpetuus eſt Primo
autoritas Hieronymi cōtra Heluidiū dicentꝭ
ſic. Grata inqt gr̄a ⁊ florida fuit virginis matrꝭ
⁊ Joſeph ſocietas. ⁊ ſicut amatores puritatꝭ in
mr̄imonio ꝟginitatꝭ fuerūt a ſpūſctō electi. Nec
ille. Vñ credo poſt ꝟginē matrē fuiſſe hunc Jo-
ſeph puritatꝭ maximū amatorē Ad idē eſt Au
toritas etiā Aug. li. đ cōiugali bono expſſe dicen
tis: ꝙ Joſeph niſi virgo fuiſſet: virgo mr̄ dei ne-
quaq̄ in ſponſam ſibi a deo data fuiſſet. al's ꝯ
ſanctū cōiugiū claudicaſſet. Nicolaus quoq̄ đ
Lyra ſup̄ Matth. ca. j. in poſtilla hoc credendū
aſtruit ⁊ dr̄: ꝙ cum Maria eſſet deſponſata Jo
ſeph: iam erat ī domo ipius Joſeph ſcd̄m Chryſ.
Et quia modus erat iuſtoꝝ nō ꝑficere matrimo
nium ꝑ carnalē copulā niſi ꝑus vacarēt oratiōi
per aliqđ tp̄s implorando diuinā miſcđiam: vt
patet Tob. viij. Et tunc inqt creditꝛ reuelatū eſſe
ipſi Joſeph ꝓpoſitum Marie de obſeruāda vir-
ginitate: tūc q̄ꝫ ex cōi ꝯſenſu vouerūt ꝟginitatē:
quā quidē ꝟginitatē ipſe Joſeph habebat etiaꝫ
antea ī deſiderio ⁊ ꝓpoſito: ſed votū nō expreſſe-
rat. Cōtraxit igitꝛ matrimoniū coactus ꝑ mira-
culū virge germinantꝭ ⁊ colūbe de celo venientꝭ
⁊ ꝯſidentis: cōmittens ſe diuine voluntati. ⁊ tūc
ex reuelatione diuina cognoſcēdo ꝓpoſitū Ma-
rie: ex cōi cōſenſu vouerūt ꝟginitatē. vñ Joſeph
adhuc ꝟgo erat Scđo ad id ꝓbandū idē Ni-
co. de Lyra adducit rōnem talem. Quia cū chr̄s
in paſſiōe ſua nulli matrē ſuā ſeruandā tradidit
niſi ꝟgini: nō eſt ꝓbabile ꝙ ante conceptū dum
adhuc eſſet iuuencula traderetꝛ alicui niſi virgini
cuſtodienda. Tertio ꝓbari pōt ſiſitudinibus.
qꝛ cum de ſil'ibus idē ſit iudiciū vt dictat regula
logica. ex quo chr̄s in oīb⁹ maiorē quā habuit ⁊
ſpecialiorē ſocietatē ac familiaritatē: ſꝑ cū virgi-
nibus habere potiſſime voluit. iuxta illud Cañ.
vj. Qui paſcitꝛ inter lilia. ſ. virginitatis. Unde et
matrē ꝟginē eligere voluit: ꝟgineo lacte nutriri
voluit: in ſinu ꝟgineo recūbere. Sed ⁊ diſcipu-
lum ꝟginē. ſ. Joannē familiarius dilexit: ⁊ in pe
ctore ſuo reclinari cū voluit ī cena. Item p̄cur-
ſorem ꝟginē habere maluit. ſ. Joannē baptiſtā.
Juxta q̄ꝫ crucē ꝟginē matrē ⁊ virginē diſcipulū
aſtare voluit. ſed ⁊ in ſepulchro quaſi virgineo. i.
in quo nondum quiſq̄ poſitus fuerat locari vo
luit. Deniq̄ a ꝟgine Martha miniſteriū ſibi et
hoſpitiū exhibitū plus placuit. Preterea in celo
ſemꝑ virgines in comitatu habere vult qui cuꝫ
ſequuntꝛ q̄cū q̄ ierit. Apo. xiiij. Sane ḡ iudican-
dū ⁊ credēdū eſt ꝙ patrē putatiuū ⁊ nutriciū at-
q̄ miniſtrū ſuuꝫ ⁊ ſue matrꝭ ſpōſum nō niſi vir-
ginē habere voluerit: vt virginū ſocietatē ab in-
ſtanti ꝯceptionis vſq̄ ad tempus ſue manifeſta
tionis ⁊ p̄dicationis ſemꝑ habuerit ⁊ inter virgi
nes conuerſatus fuerit.

Capitulum. V.

Uinta ſtella eſt priuilegiū ſingulariſſi
q me dilectiōis. qꝛ intꝛ Mariā ⁊ Joſeph
fuit amor ſctiſſimꝰ ⁊ ſingulariſſimꝰ. ⁊
Maria poſt filiū magꝭ amauit Joſeph q̄ꝫ aliū
ſctm̄: qꝛ fuit ſpōſus eius ⁊ ei ī oīb⁹ neceſſitatib⁹
ꝓuidēs. Hic ei creditꝛ ꝙ ſpūſſctūs ꝟginē mariā
⁊ Joſeph ſctō amore mutuo vniuit. ⁊ niſi iſte a-
mor a ſpūſctō inter eos caſtus ⁊ ſctūs ꝓceſſiſſet:
mr̄imoniū eoꝝ ꝯtractū nō fuiſſet. Dilexit igitur
ꝟgo Maria ioſeph tāq̄ ſponſū ſuū ſctiſſimū a
deo ſibi miraculoſe datū. Et ſcd̄m mgr̄m Uberti-
nū de Caſſali. li. q̄ intitulatꝛ Arbor vite crucifixi
ieſu. Credendū eſt inqt ꝙ btā ꝟgo q̄ in omibus
a ſpirituſancto agebatur: fuit ab eodem ſpiritu-
ſancto certificata de ſanctitate Joſeph ⁊ đ diui-
na protectiōe: ita ꝙ non dubitauit imo certa fu-
it ꝙ Joſeph nunq̄ vellet eā carnaliter amare vel

cõcupiſcere:ſed puriſſimo amore ex diuina dilectione deuote ſibi ſeruire. ⁊ ideo non mirũ ſi plene in Joſeph cõiugiũ cõſenſit vt verꝫ mr̃imoniũ fuerit int̃ eos:nunq̃ȝ habẽdo reſpectũ ad carnale ꝯcupiſcẽtiã vel actũ. Vñ patet q̃ʒ ſingulari diuino amore⁊ caſtiſſimo ſe mutuo dilexerũt

Capitulum.VI.

s Exta ſtella dr̃ p̃uilegiũ ſctiſſime ꝯuerſationis. Jſta em̃ eſt regula generalis.q̃ʒ cũ ſctõ ſctũs eris:⁊ cũ ꝑuerſo ꝑuerteris: teſte Pſ. Vñ q̃ malã hñt ſocietatẽ in h̃ mundo male agunt.⁊ ecõuerſo:q̃ bonã hñ. Erit enim ꝙ vnus malus malã habet voluntatẽ ⁊ in ſocietate bonoꝝ ſi fuerit:vnꝰ bonus ſuis exhortatõibꝰ prohibet ⁊ retrahit illũ ⁊ ecõuerſo. Jtaq̃ʒ cũ Joſeph habuerit ſanctã ſocietatẽ Marie:de q̃ Ambro. Virgo fuit ſanctior alijs: plena ſpiritu ſctõ. Et ꝑpterea q̃d credis ꝙ agebat Joſeph qñ videbat ſponſam ſuã in nocte ſurgentẽ ad oratiõe: ⁊ plorantẽ ac deũ collaudantẽ: An non credis ꝙ ad bñ agendũ inflãmaret̃: Arbitror ꝙ ſepe orabat cũ orante:⁊ cũ ṽgine pariter bñdicebat deũ Cõſidera q̃ntum erant deuota coꝝ colloq̃a.⁊ qñ Maria loquebat̃ de deo ille ſtupebat. Jtẽ conſidera q̃ñ brã ṽgo oĩa ſecreta myſteria diuĩe icarnatiõis ei pandebat: ⁊ pariter conferebant q̃ñ chr̃s de ea natus ẽ ꝫ ꝓphetias deberet in mundo viuere ⁊ ꝑ hoĩbꝫ pati ⁊ mori. Jtem cõſidera q̃ntum ſtetit cũ Maria:q̃ʒ fere.xxx.annis. Licȝ em̃ de morte Joſeph in ſcꝑtura nõ repit̃. ſed conſtat q̃m parũ añ baptiſmũ chr̃i mortuꝰ fuerit. Nam qñ chr̃s diſputabat in tẽplo:viuꝰ erat. Tpe aũt paſſiõis nõ fit mentio de eo. Cũ ḡ tot annis ſteterit cũ ṽgine in ſcrã conuerſatione: ſequit̃ vtiq̃ʒ ꝙ magni meriti fuit ⁊ magne ſanctitatis

Capitulum.VII.

s Eptima ſtella ẽ p̃uilegiũ meritorie adquiſitõis auxiliatiõis. q̃ʒ ipe meruit ĩ oĩbꝫ laboribꝫ ⁊ in oĩ negocio ṽgis marie ⁊ chr̃i auxiliũ prebere. vt patet quãdo ṽgo in Bethleem ad pariendũ aſcẽdit: qñ in Egyptum aufugit:⁊ in exitu de egypto:atq̃ʒ in q̃rendo paruulũ chr̃m ꝑditũ. Lu.ij. Quis in oĩbꝫ his eã ſociauit ei niſi Joſeph:q̃ cũ plorante ṽgine plorauit:⁊ cũ dolẽte doluit. Vñ Maria ait.Ego ⁊ pr̃ tuus dolentes querebamus te.

Caplm̃.VIII.

o Ctaua ſtella:p ermaxime honoratiõis. Quere quẽ volueris poſt ṽginẽ in terris cui chr̃s tantũ honorẽ exhibuit ſic Joſeph:cui vt dicitur Luc.ij.erat ſubditus deſcendens in Nazareth. Jſta aũt ſubiectio erat vt volunt doctores ꝙ illa diuinitas aliquando familiariter miniſtrabat Joſeph: dabatq̃ʒ ſibi tobaliam ſeu manutergium ad tergendum manus:aquam ad lauandum:ſedile offerebat ad reſidendum. nec dubites ꝙ multa obſequia fecit deus ipſi.ergo ⁊c.

Capitulũ.IX.

n Ona ſtella eſt p̃uilegiũ ꝑcelſe ḡtificationis. Nã q̃s ſctõꝝ tantã grãꝫ ꝓmeruiſſe cernit̃ ſicut Joſeph:ſi aduertimꝰ rõnem electõis atq̃ʒ rõnem meritorie ſue ſeruitutis. Nimiꝝ ſi pẽſamꝰ rõnem electiõis: vtiq̃ʒ ipſe magnã grãm hr̃e debuit. q̃ʒ qñ aliquẽ deꝰ eligit ad tantã grãm vt ſit ſibi tãfamiliaris ſicut patuit:ſꝑ ſibi dat maxias grãs. Et ꝑpterea eligẽdo ipꝫ Joſeph ad tantũ myſteriũ: q̃ntas ſibi grãs dedit cogita. Jtẽ ſi penſamꝰ eius ſeruitutẽ: q̃s repit̃ qui tantũ ſeruierit ṽgini Marie atq̃ʒ chr̃o ſicut Joſeph. Modo chr̃s dixit Jo.xij. Si q̃s mihi miniſtrauerit honorificabit eũ pater meus. Quantum ḡ putas honoris ⁊ grẽ deus pater exhibuit pro tanto ſeruitio Joſeph. Jtem ſi bñdicta ṽgo eſt tãgratioſa ꝙ qui d̃t ad eius reuerentiã vnuꝫ Aue Maria:facit ſibi grãm.quanto magis credis quid fecerit Joſeph q̃ tanto tꝑe ⁊ in tantis eidem ⁊ filio ſeruiuit.

Caplm̃.X.

d Ecima:eſt p̃uilegiũ dulciſſime ꝯſolationis. Reuera nullꝰ ſctõꝝ habuit vl' habere potuit tantã ꝯſolatiõeꝫ de chr̃o ſic Joſeph h̃ in terris q̃ vidit oĩa q̃ prophe ꝑdicauerunt de ṽgine ⁊ de ṽbo incarnato: quẽ ⁊ portauit manibꝫ ac tetigit.fide ſenſit.oſculatꝰ ẽ.⁊ multoties amplexatꝰ eſt. Si ḡ Abraã exultauit vt videret diem chr̃i:vidit ⁊ gauiſus eſt. Joh.viij. q̃nto magis Joſeph gauiſus eſt q̃ vidit ⁊ tetigit ꝑ experientiã. Deniq̃ʒ ꝯſolationẽ habuit Petrꝰ qñ vidit faciem ⁊ glĩam chr̃i in transfiguratõe adeo vt efficeret̃ q̃ſi fatuus:neſciens q̃d diceret. Dñe inquit bonũ eſt nos h̃ eſſe. Matth.xvij. Cõſolationẽ habuit Joannes qñ dormiuit ſuꝑ pectus ieſu. Oẽs etiaꝫ apl'i cõſolabant̃ q̃ manducabant ⁊ bibebant cũ ṽbo vite. Magna vtiq̃ʒ dulcedĩe tenebat̃ Magdalena qñ iuxta pedes ieſu ſedẽs audiebat ṽbũ illius. Btũs Frãciſcus dũ ſemel oraret:apparuit ei chr̃s quaſi crucifixꝰ di. Franciſce amice tolle crucẽ tuaꝫ ⁊ ſeq̃re me. Et mox ꝑ maxima dulcedine eius effectus fuit q̃ſi fatuꝰ et ſpũ ebrius. Fratri Ruſino apparuit btã ṽgo cũ filio in brachio tenendo: ⁊ tantã ꝯſolationeꝫ habuit ipe frat̃ Rufinꝰ ex illa viſione ꝙ q̃ſi aĩa exiuit de corꝑe. Quid tũc Joſeph habuit ꝯſolationis qui tanto tꝑe habitauit cũ chr̃o ⁊ virgĩe matre:comedit in vna mẽſa:cum eis dulciſſima colloquia habuit multoties ⁊ q̃tieſcũq̃ʒ voluit. Et vt pie credo chr̃s ſepiſſime oſculabat̃ ipſum Joſeph:ſicut ſolent facere filij paruuli ſuis patribꝫ O igit̃ Joſeph ſctiſſime. o quãta fuit conſolatio tua qñ chriſtũ natũ quẽ filiũ dei credidiſti: in vlnis tenuiſti:qñ angeli cecinerũt. Gl'ia in excelſ. Et in multis alijs actibꝫ eiꝰ felicibꝫ. Vere dicere poteras cũ Pſ. Cõſolatõẽs tue dñe letificauerũt aĩam meã. O aĩa mea q̃d faceres ſi ſaltem ſemel oſculari a chriſto mereteris

Capitulum XI.

us attinet ei q̃ꝫ angelus: cũ chr̄s ieſus ei⁹ filius
homĩes adoptauerit in fratres. Joh. xx. Vade ꝛ
dic fratrib; meis qꝛ p̄cedã vos in galileã: atq; in
amicos chariſſimos. Joh. xv. Jã nõ dicam vos
ſeruos ſed amicos. Sed nuſq̃ꝫ legitꝰ ꝙ chr̄s an-
gelos fratres ꝛ amicos noĩauerit: ſed tm̃modo
ſeruos ꝛ miniſtros g̈ ꝛc̄. Hinc dicit Berñ. Jã me
ſpernere nõ poterit chr̄s deus ꝛ ſctiſſima. ſ. matꝰ
eius: os caro ꝛ frater meus. Scđo rõne am-
plioris dignificatõis. qꝛ hõ p̄ gr̃am diuĩe incar
natiõis amplius ẽ dignificat⁹ ꝛ exaltatus q̃ꝫ an-
gelus. Quid em̃ ſublimi⁹ ꝛ dignius q̃ꝫ ꝙ natu-
ra hũana vnita ẽ deo in vnitate p̄ſone: vt. ſ. ſit hõ
deus: ꝛ de⁹ hõ. qꝛ ꝟbum caro factũ ẽ. Joã. j. qð
nõ ẽ p̄ſtitũ angelice nature: imo oẽs angeli ado-
rant hũanaʒ naturã in chriſto adoratione latrie
ꝓpter verbi vnionẽ. nunq̃ꝫ autem exhibetꝰ angelo
adoratio latrie ab hoĩe vel aliq̃ creatura. g̈ ꝛ btã
virgo amplius reueretꝰ ꝛ diligit hoĩes q̃ꝫ ange-
los: imo ſicut ſe ipam. iuxta illud Mat. xxij. Di
liges ꝓximũ tuuʒ ſicᷓ teipm. Tertio rõe duplicꝭ
gl'ificatiõis. qꝛ angel⁹ hʒ ſimplicẽ gl'am eſſentia-
lem in celo. homo ꝟo duplicẽ glorie ſtolã conſe-
cuturus eſt: ꝛ duplici oculo p̄fruetꝰ viſione cele-
ſtis gl'ie. qꝛ in aĩa p̄fruetꝰ viſione diuinitatis ſi-
cut ꝛ angel⁹. ꝛ inſup corp̄ali oculo videbit faciẽ
chriſti in quã deſiderãt angeli proſpicere. j. Pe-
tri. j. Sil'r ꝛ gl'ioſiſſimã dei matrem videbimus
in corp̄e gl'ioſiſſimo ꝛ aĩa ſanctiſſima. ꝛ in vtro-
q; ac fm̃ vtrũq; videbimur ab ipa. ꝛ qm̃ in celo
q̇libet ſctũs tantũ gaudet de bono alteri⁹ ſicut d̄
ꝓprio: vt d̄r Greg. q̇s g̈ mẽſurare poterit quanta
charitate ipa dei pijſſima mater de noſtro bono
gaudeat: quanto amore erga nos ferueat quos
opti̇e nouit tam p̄cioſiſſimo filij ſui ſanguĩe fore
redẽptos ꝛ in tantũ a deo dilectos ꝛ tanta gloria
ſublimãdos. O aĩa fidelis. o cor chriſtianũ: vti-
nam ſp̄ in mente haberes ꝛ penſares q̃ntũ te
dñs Jeſus amauerit q̇ ꝓ te incarnari pati ꝛ mo
ri voluit. ꝛ q̃nta charitate eius ſctiſſima mr̃ tuã
ſalutẽ optauit q̇ tale ꝛ tantũ ſacrificiũ. i. ſangui-
nẽ chr̄i ꝓ te offerri deſiderãter ſuſtinuit: imo nõ
tm̃ eius p̄dulciſſimũ natũ: ſed ꝛ ſuaʒ aiam ꝓpriã
in cõpaſſionis dolore vulneratã ꝓ te obtulit do
ſub cruce. O chr̄iane penſa q̃ꝫ care es redempt⁹:
q̃ꝫ marie a chr̄o ꝛ eius mr̄e es dilect⁹. ꝛ ſtude gra
tias agere. ſtude chr̄o ac ei⁹ matri deſeruire. diſce
miſer ꝓ tanto amore amorẽ non odiũ rependere
vt valeas cũ vtroq; in celo conregnare

Articulus terti⁹ ꝙ btã Maria certitudialiꝰ
nos diligat oſtenditꝰ ex. xij. ſignis dilectiõis

Circa tertiuʒ my-

ſteriũ ſcʒ effectualis certitudinis vi-
dendũ nobis reſtat quib; effectibus
ꝛ op̄ibus charitatis ac ſignis dilectiõis ipa btã
virgo certos nos reddiderit de ſua ſũma ꝛ ma-
terna charitate ſeu affectuoſitate. qꝛ vt ait Gre-
go. homel'. xxij. Probatio dilectionis eſt exhibi
tio op̄is. Notare g̈ poſſum⁹ hic iuxta numeꝝ. xij
ſtellarũ in corona capitis bñdicte ꝟgis Apoca.
xij. deſcripta effectus ꝛ ſigna. xij. charitatis. ma-
xime erga gen⁹ humanũ exhibita p̄ eandẽ quib;
certificamur de eius dilectiõe. ꝛ hos effectus vl'
ſigna charitatꝭ in tres quaternarios diuidem⁹:
vt patebit intuenti proceſſum figure.

Primus effectus materne adoptiõis
Secũdus ſtudioſe educationis.
Tertius prouide cautionis.
Quartus auide promotionis.
Quintus pijſſime miſerationis.
Sextus ſollicite ſubuentionis.
Septimus doloroſe amiſſionis
Octauus amoroſe reconciliatõis
Nonus proprie expoſitionis
Decimus p̄cioſe redemptionis:
Vndecimus celice hereditationis
Duodecimus ſedule interceſſionis.

Rim⁹ itaq; effect⁹ ꝛ p̄mũ ſignũ charitatꝭ
bte ꝟgis eſt materne adoptõnis op⁹ ſeu
gr̃a. Diuiſionẽ breui⁹ cape iuxta litteras
a b c d ſignatas iuxta autoritates p̄poſtere. A
Quia nẽpe ipa eſt mater nr̃a adoptata: quam
adoptionẽ fecit dñs Jeſus ſumm⁹ ſacerdos cũ

pependit in cruce ꝛ ait ad matrē. Mulier ecce fi/
lius tuus. Quo ṽbo oēs fideles ſibi tāq̄ȝ filios
adoptiuos recōmēdauit: vt ſup̄ patuit. ꝓpt̄ qđ
oīno nos tenet̄ diligere. nec pōt nos odire dum/
modo nos obicem ſue gr̄e nō ponam⁹. qđ oñdit̄
Pꝛio ex fortitudīe gratie. qꝛ nouim⁹ ꝙ oīs ma
ter naturalit̄ diligit filios etiā ī feris ꝛ irrationa
libꝫ aīalibꝫ. ſed qꝛ mľto fortioꝛ ē gr̄a q̄ȝ natura.
ḡ ex plenitudīne gr̄e nō valet ſe continere q̄n co
gatur nos diligere. vñ Oꝛige. ī q̄dā ſmōe. Scio
inq̄t ꝙ ſi b. ṽgo pulſata fuerit neceſſitati nunq̄ȝ
deerit. miſericoꝛs em̄ eſt ꝛ plēa gr̄a. ꝛ ideo cōtinere
ſe nō poterit q̄n miſereatur inuocanti. Hec ille.

Scđo oſtendit̄ ex obligatiōe recōmēdatiōis
diuie. Naȝ q̄re dñs Jeſus ver⁹ de⁹ voluit ꝛ de/
creuit tā aptiſſimo tp̄e. ſ. ſue paſſionis ī cruce cū
maximā charitatem erga nos exhibuit nos ſue
matri recōmendare: niſi vt ex loco opeꝗȝ ꝛ tp̄e
ipam recōmendationem coꝛdi ei⁹ ꝓfundi⁹ ꝛ ar
dentius indagaret. ꝛ etiā vt q̄n iuſto iudicio ira
dei ī nos ad puniēdū ꝛ damnādū deberet exar/
deſcere: ipa dei pijſſima mater memoꝛ loci ꝛ tem
poꝛis ac charitatis chꝛi in cruce exhibite: ꝓ nob
affectuoſius īterpellādo mediaret. ac ſi dñs Jeſ⁹
videret̄ dixiſſe in cruce. Mulier ecce filius tuus
Ecce inq̄ȝ vide ocuľ ꝛ cōſidera mēte q̄lia ꝛ q̄nta
ꝓ hoībꝫ patioꝛ. Ecce q̄t vulneribꝫ īciſus ſangui/
nem ꝓ eis q̄ȝ abūdantiſſime effundo. Ecce q̄nta
charitate acerbiſſimā moꝛtē tolero. Ecce ſpinea
coꝛona ꝛ caput ꝑfoꝛatū. Ecce coꝛp⁹ totaliter fla/
gellatū ꝛ cruoꝛe ꝑfuſum. Ecce claui ꝛ lancea: fel
acetū ꝛ oīs paſſio mea. Hec igit̄ cōſiderādo O
mr̄ dilecta. O mľier ṽgo electa. habe ꝛ tu ipſos
peccatoꝛes ad te cōuerſos tanq̄ȝ filios ꝑ me tibi
recōmēdatos: vt eos foueas: coꝝ ſalutē ꝓcures.
ꝛ eos pijſſima tua interceſſiōe ſalues Hic Anſ.
exclamās dicit. O btā fiducia O tutū refugium:
mater dei eſt mr̄ nr̄a. ambo filij Marie fuerūt
moꝛtui ī paſſione: vn⁹ cruc̄ʒ acerbitate: alter mē/
tis infidelitate. ꝛ ideo viſcera Marie plena fue
runt amaritudine. Hec ille. B Scđus affe
ctus ſtudioſe educatiōis. Nimiꝝ matern⁹ amoꝛ
facit vnāquāq̄ȝ matreȝ nimis ſtudioſe educare.
lactare ꝛ nutrire ſuū filiū: adeo ꝙ ſicut cernim⁹
ploꝛātem filiū cōſolari ſtudeat. nec ꝯtinere ſe va/
let q̄n etiā in nocte ad ploꝛatuȝ filij aſſurgat ꝛ ei
lac ꝓpꝛiū poꝛrigat. qđ q̄de lac de ſui ſanguis fon
te generat̄ ꝛ manat ſm̄ phos. vñ mr̄ ꝓpꝛio lacte
tanq̄ȝ ſanguine filiū educat. Inſup̄ panē maſti/
cādo mr̄ filio eſibilē reddit vt eū enutriat. Talē
ꝑ oia charitatē nobis b. ṽgo Maria ſpūalit̄ mi/
ſtrat ꝛ exhibet. Naȝ ipa nos pctōꝛes flētes. ſ. pꝛo
pctis. ꝛ in nocte viencioſe tenebꝛoſitatis ad eā con/
uerſos parata eſt cōſolari ꝑ gr̄e dulcedinē ac de/
uotiōis infuſionē. Eſa. vl. Quō ſi blādiatur mr̄
filio ita conſolaboꝛ vos. Itē ipſa panē vite eter/
ne. i. coꝛp⁹ et ſanguinē chꝛi filij dei nobis eſibilē
reddidit in ſacro. ꝛ hūc panē angeloꝛuȝ de ꝓpꝛio

ſuo ꝛ puriſſimo ſanguine generatū ac virgineō
ſuo lacte enutritū nobis ꝑpꝑit ꝛ pꝛebuit: vt nos
alat ꝛ educare ad eternā vitā valeat. Vñ Jo. vj.
Ego ſū panis vite q̄ de celo deſcēdi. Si q̄s man
ducauerit ex h̄ pane viuet in eternū. O igit̄ bea/
ta viſcera marie ṽginis q̄ genuerūt nob̄ hunc ci
bū patrie celeſtis. O btā eius vbera ṽginea q̄ la/
ctauerūt chr̄m vt ipm̄ panē angeloꝝ habeamus
quotidie eterne vite alimentū. C Terti⁹ effe
ctus ꝓuide cautiōis. Matern⁹ q̄ppe amoꝛ affe/
ctuoſius ꝓpꝛiū habet ꝓuidere vt caueat ſollicite
ꝑicula ꝛ queq̄ȝ mala ſui filij: adeo vt ſeſe ꝓ natis
matres exponant moꝛtis ꝑiculis: ſicut videm⁹
certa experiētia in bꝛutis ꝛ beſtijs: auibꝫ ac aia/
libus alijs. Etem̄ cerua tp̄e venatiōis cōfugit ad
pullū ꝛ interponit ſe canibꝫ: ne amittat filiuȝ. Sic
ſimie: ſic leones: ſic gripbes: ſic celi aues. imo et
hoīes. Propt̄ea ſapiens Salomon cum ad eū
veniſſent due mulieres meretrices litigādo ꝓ fi/
lio. vna dicēte ꝙ hic viu⁹ fili⁹ eſſet ſu⁹. altera ecō
trario ꝙ nō inq̄t: ſed fili⁹ meus viu⁹ hic eſt. tu⁹
aūt moꝛtu⁹ eſt. Voluit rex ipe ꝑ h̄ ꝓbare cuius
eſſet fili⁹ ille viu⁹. ſi q̄ illaꝝ nō poſſet velle moꝛtē
ſeu malū filij ſui. vñ ait rex. Diuidite infantē vi/
uū in duas ꝑtes: ꝛ date dimidiā partē vni: ꝛ di/
midiā alteri. Et mox mulier cuius erat filius qꝛ
cōmota ſunt viſcera ei⁹ ſup̄ filio dixit ad regem.
Obſecro dñe date illi infantē viuū ꝛ nolite inter
cere eū. Ecōtrario altera dicente. Nec mihi nec ti
bi ſit: ſed diuidat̄. ſnīam tulit rex. Date huic inq̄t
infantē viuū ꝛ nō occidat̄. hec eſt em̄ mr̄ eius. iij
Reg. iij. Hunc certe affectū dilectiōis erga nos
btā ṽgo oñdit ꝛ exhibet cū ſollicite cauere ſtudet
ſua interceſſiōe coꝛā iudice deo ne pericula moꝛ/
tis eterne īcurram⁹: ne ſnīa dānatōis data per/
eamus. Vñ canit eccleſia. Sub tuū ꝑſidiū cō/
fugimus ſctā dei genitrix: nr̄as depꝛecatiōes ne
deſpicias in neceſſitatibꝫ: ſed a ꝑiculis cunctꝭ li/
bera nos ſp̄ virgo gľioſa ꝛ bñdicta. Nam ꝓfecto
ſicut q̄n pr̄ vult coꝛrigere ꝛ flagellare filiū: accur
rit filius ſub pallio mr̄is. mater q̄ȝ ſe interponit
ꝛ ꝓtegit euȝ a flagellis. Sic btā ṽgo facit nob̄
q̄n deus pr̄ ꝓpter pctā vult nos caſtigare penis:
ꝓpterea oꝛando Ignacius in ep̄ľa ad btām vir/
ginem dicit. Nunc claude me in gremio pietatꝭ:
tu mr̄ ſūme deitatꝭ: vera mr̄ ſaluatoꝛꝭ: mat̄ ado/
ptata pctōꝛis. Hec ille. Hinc in q̄buſdā picturꝭ
ſolet ſub pallio imaginis bñdicte ṽginis depin
gi multitudo ꝑpľi chꝛiſtiani diuerſi generꝭ ꝓpter
hui⁹ ſignificationē. D Deſideratōis Quar/
tus effect⁹ auide ꝓmotiōis. Matern⁹ nēpe affe
ctus auidus eſt ꝛ anioſus ad filij ſui ꝓmotiōeȝ.
vñ mľtū gaudet cū videt filiū ꝓerari in regē vľ
militē aut p̄ncipē. Qđ clareſcere pōt in exēplo de
mr̄e filioꝝ Zebedei. Mat. xx. q̄ a chꝛō optabat ꝛ
petebat vt filij ſui in regno eius ſederent: vnus
ad dextrā: ꝛ alius ad ſiniſtrā Hūc talē effectū
charitatꝭ habuit btā ṽgo ꝛ exhibet erga nos. qꝛ

ſummo deſiderio optat ⁊ pro nobis laborat vt
adipiſci valeam⁹ coronã regie dignitatis patrie
celeſtis: q̃ talis eſt ſublimitatis ⁊ tã ineffabilis glo
rioſitatis: vt ſicut dr Apl's. j. Cor. ij. Nec ocul⁹
vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs aſcẽdit
que p̄parauit deus diligentib⁹ ſe. Unde de ipſa
glorioſiſſima dei mr̃e ſcribit̃ Eccl. xv. Obuiabit il-
li. ſ. hoĩ quaſi mater honorificata: ⁊ exaltabit illũ
apud proximos ſuos: ⁊ ſtola glie veſtiet illum:
iocunditatẽ ⁊ exultationẽ theſaurizabit ſup eũ:
⁊ noĩe eterno hereditabit illũ. Hec ibi. Quin-
tũ charitatis ſignũ eſt pijſſime miſeratiõis. q2 cũ
mater q̃nto pietate plena: tãto charitate affectuo
ſa: eo q᷑ pietas ex fonte eſt charitatis dulciflue.
Sʒ btã virgo mater eſt miſcdie ⁊ regina clemen
tie: vt canit eccleſia. Unde ipſa plena eſt miſcdia
⁊ charitate ad hoĩes tripliciter.

Primo ex natura
Secundo ex gratia.
Tertio ex obligatiõe diuina

Primo ex natura: q2 ſic eius aĩa a deo eſt diſpo-
ſita ⁊ ordiata vt ſic ei diuinit⁹ inſita pietas ⁊ mi
ſericordia ac charitas plena. Job. xxxj. Ab infan
tia mea mecũ creuit miſeratio: ⁊ de vtero matris
mee egreſſa eſt mecũ. Scđo ex grã: q2 vbi ple-
na ẽ grã ſpũſſcti: eſt plena dilectio ⁊ pietas q̃ at-
tribuũtur ſpũiſctõ. iuxta illud apl'i Charitas dĩ
diffuſa eſt in cordib⁹ nr̃is p ſpm̃ ſctm̃ ⁊c. Ipã ãt
virgo plena ſpũſctõ ab angelo nunciat̃. Lu. j.

Tertio deniq3 ex obligatiõe diuĩa q̃ deus ab
eterno ipam ad h̃ p̄elegit ⁊ p̄ordinare ac p̄parare
voluit: vt vicʒ ſit tã plena charitate q᷑ ex eius mi-
ſericordia ac pietate toti mũdo ⁊ cuilibet ad eam
ↄfugienti hoĩ ſubueniat. Uñ p̄phetatũ fuit d̃ ea
Eſa. xvj. Preparabit̃ in miſcdia ſoliũ dei. i. ꝟgo
Maria. Sextũ ſignũ eſt ſollicite ſubuẽtiõis:
qm̃ ipa tanq3 mat̃ amoroſiſſima omibus inuo
cãtib⁹ ſubuenit: adeo q᷑ a p̃ncipio vſq3 i finẽ ſecu
li nunq3 aliquis hoĩm cuiuſcũq3 ſtatus ad eam
deuote recurrentiũ vt debet eſſe potuit q̃n ei bea
ta virgo mox ſuccurrerit tanq3 mat̃ pietate ⁊ cha
ritate plena que ſe cõtinere pre amore nequit q̃n
filio nõ miſereat̃. iuxta illud Eſa. xlix. Nunq̃d pt
obliuiſci mater vt nõ miſereat̃ filio vteri ſui? q.
d. nõ. Et per ↄſeq̃ns vt ait Amb li. p̄fationum
Iã inq̃t nõ poterit nos odiſſe deus dũ inuocata
fuerit deuote mr̃ ei⁹. Et Ber. ait Non eſt fas te o
dñã poſſe deſerere q̃ ſpem ponit in te. Idẽ in ſer-
mone q̃ incipit In lectiõe: dr ſic. O maxime pia.
o multũ admirabilis Maria: tu nec noĩari po-
tes q̃n accẽdas: nec cogitari q̃n recrees affectus
diligentiũ te. nec inuocari q̃n exaudias ⁊ ſubue
nias. Hec Bernar. F Facilis exauditionis

Septimũ ſignũ doloroſe amiſſionis. Nam ⁊
ipa cum dolore req̃ſiuit filiũ perditũ. Luce. ij. ſi-
cut ⁊ alie matres. Hunc ſimilẽ affectũ charita-
tis erga nos exhibet: quoniã multũ condolet de
amiſſione aĩe nr̃e p peccm̃ mortale. Uñ ipſa ſub
cruce filij ſui patientis ⁊ deflentis pctã nr̃a aſtans:
pariter defleuit condoluit ⁊ cõpaſſa extitit. Imo
qđ mirũ ⁊ memoria dignũ eſt. ſic ipe chr̃s eius fi
lius plus doluit in cruce ſup nr̃a ingratitudine
⁊ offenſione q̃3 ſup p̄prie paſſionis acerbitate et
dolore. ſicuti vult Bern. in lib. meditationũ. ita
⁊ btã virgo plus doluit ſup nr̃is culpis ⁊ pctis
q̃3 ſup filij p̄prij corp̃alib⁹ penis atq3 ſuis p̄prijs
dolorib⁹ internis. Hic erat ille gladi⁹ acerbiſſi-
mi doloris q̃ vulneratũ ⁊ ptranſitũ erat cor ꝟgĩs
iuxta p̄phetiã Symeonis. Lu. ij. Deniq3 ipſa
ex pietate nimia pl⁹ doluit in hac vita de. pctõr
hoĩm miſeria q̃3 q̃cũq3 pctõr dolere potuerũt d̃
propria miſeria vel pena. Qđ teſtat̃ Hierony. in
ep̃la ad Euſtochiũ di. Nullum in hac vita adeo
pene torſerũt p̄prie ſic Mariã miſerie aliene. q᷑
ſi in vita hac multo magis ⁊ in patria q̃ſi cõdo
let de nr̃o malo ⁊ morte ſpũali. q2 vt dr. j. Corin.
xiij Charitas nõ excidit in p̃ria q̃n potius ↄſum
mata eſt. Uñ ipſa in canticis d̃ ſe dr. Uulnerata
charitate ego ſum. Et ſi obijcias. In p̃ria non
põt eſſe dolor vel triſticia. Rñdeo q᷑ ibi itelligo
dolorẽ nõ ſenſibilẽ vel affectiõis: ſed voluntatis
qua oĩno vult ſctũs in p̃ria vt hõ non peccaret ⁊
nõ periret. Tali dolore q̃ cõpatiẽs nob ex charita-
te btã ꝟgo dũ videt nos mortuos in pctis orat
p nob apđ filiũ vt reſuſcitemur. Hinc ipa figu-
rata extitit p illã mliere plorantẽ cui⁹ fili⁹ vnic⁹
efferebat̃ defunctus: quam videns dñs Jeſus
miſcdia motus reſuſcitauit filiũ eius ⁊ dedit eũ
matri ſue. Lu. vij. Sic cõpaſſio ⁊ pces btẽ Ma
rie apud chr̃m impetrant nobis reſuſcitationẽ a
pctis. Idcirco Anſ. ait. O benedicta Maria tu
pctõrem toti mũdo deſpectũ ⁊ ad te ↄuerſum ma
terno affectu amplecteris nec ipm̃ deſeris q̃uſq3
de⁹ p te placat⁹ ipm̃ ſue grẽ reformabit. Hec ille
G Gratioſe placatiõis Octauũ ſignũ amo
roſe recõciliatiõis. q2 ipſa veluti pijſſima mr̃ nõ
ſinit hoĩem ad ſe cõuerſum ſtare in diuine ire vl-
trice ſententia: ſed reconciliabit in dei amorem ⁊
grãm atq3 clementiſſimã miſcdiam ⁊ auertet dĩ
irã ⁊ vindictã. vñ Ber. in ſer. quodã de btã ꝟgĩe
ait. Ecce corã tremẽdo iudice pctõres aſſiſtimus:
cui⁹ man⁹ terribil' gladiũ ire ſue vibrat ſup nos:
⁊ q̃s auertet eã niſi tu dei amãtiſſima mr̃: p quã
p̃mã ſuſcepim⁹ grãm ⁊ miſcdiam. Idẽ ait. O fe-
lix Maria tu mr̃ regis: tu mr̃ exulis: tu mr̃ rei: tu
mr̃ iudicis: tu mr̃ dei ⁊ hoĩs. cũ ſis mr̃ vtriuſq3:
diſcordiã inter tuos filios ſuſtinere nẽq̃s. O bñ-
dicta maria q̃ntũ tibi debem⁹ p quã talẽ fratrẽ. i.
dei filium habem⁹. Quas tibi laudes ⁊ gratias
agem⁹ cũ p te ⁊ ex te oĩ bono valem⁹. Hec Ber.
E Expoſitiõis. Nonũ ſignũ p̄prie expoſitio-
nis. In q̃buſdã nẽpe matrib⁹ cõperit̃ tantus af-
fect⁹ dilectõis vt ſeipas exponant morti p filijs
vt eorũ vitã ſaluent ſeu viuificent. Patet i pelica
no de quo dr Iſido. lib. ethymol'. q᷑ roſtro ſe vul-
nerat: vt ſanguie ſuo pulli aſperſi viuificent̃. Ta

lem charitatē exhibuit btā virgo nobis q̄ maior
eſſe nō potuit. iuxta illud Jo.xv. Maiorē chari
tatem nemo habet vt aīam ſuā ponat q̄s ꝑ ami
cis ſuis. Nā ipa b.ꝟgo nō vnā tm̄ mō ſed dupli
cem aīam ꝑ nob̄ expoſuit. q᷑ vicȝ ꝓpriā aīam po-
ſuit cū obtulit cōpaſſioni. Lu. ij. Tuā ipi⁹ aīam
gladius doloris ꝑtrāſibit. Et inſuꝑ aīam filij ꝛ
ipm filiū ꝑ ꝓximo.i.ꝑ nob̄ poſuit: quē ꝛ plus q̄ȝ
ꝓpriā aīam dilexit. ꝛ ſic effectū dilectōis duplica-
uit. K Care redemptiōis. Decimū ſignuȝ
precioſe redemptiōis. Solēt pie mr̄es oēm the-
ſaurū quē habere pn̄t dare ꝑ filij redemptione ſi
fuerit in captiuitate mortali poſitus. Talem cha
ritatem exhibuit nob̄ btā virgo: q᷑ ꝑ noſtra re-
demptiōe ex captiuitate diabolica dedit oēm p-
cioſiſſimū theſauꝝ quē habuit ꝛ quē ſup̄ totum
mūdū amauit. vicȝ corp⁹ ſanguinē ꝛ aīam ſui fi
lij. Nō pōt g̈ nos repudiare q̄s tā caro precio no
ſciꝫ emiſſe. Jdeo dꝛ aplꝰs. Empti eſtis ꝑcio ma
gno: glꝛificate ꝛ portate deuȝ in corꝑe vr̄o. Hinc
Bern̄. O diues in oēs ꝛ ſuꝑ oēs Maria: de cu-
ius btā carne modica pars aſſumptiōis totius
mūdi ſuffecit ſoluere debita. H Heredita-
tiōis. Undecimū ſignū celice hereditationis
ꝛ fructificatiōis. Jpſa q̄ppe nō ſolum amat nos
materna dilectōe q̄ eſt maxima naturalꝛ p̄ alijs
affectib᷒: vt vult Ariſt. viij. ꝛ. ix. lib. Eth. vbi q̄rit.
Utrū mr̄es pl⁹ diligāt filios q̄ȝ patres: ꝛ vtruȝ
mr̄es plus diligāt filios q̄ȝ ecōuerſo. Et conclu-
dit ꝙ matres diligūt teneri⁹ q̄ȝ pr̄es ꝛ etiam q̄ȝ
ecōuerſo filij diligant mr̄es. Maior g̈ dilectio ē
materna: ꝛ tali diligit nos beata ꝟgo Maria.
Jmo inſuꝑ ipa ſua mr̄nitate celeſti pr̄ia nos he-
reditauit. q᷑ ſm̄ dcm̄ Bern̄. in ſmone ſuꝑ euan
gelio: Stabat aūt iuxta crucē ieſu ꝛc̄. ex btē ꝟgi
nis Marie mr̄nitate hereditatꝭ celeſtis fructuȝ
multiplicē adquiſiuim⁹. Per hāc eius materni-
tatē em̄ habem⁹ nobiliſſimū fratrē chr̄ȝ: miſeri-
cordiſſimū q̄ȝ pr̄em deū: ꝛ hereditatē regni celo-
rū theſauꝝ habem⁹ oēm gr̄am Marie: ꝛ ſinum
miſcdie eius aptū in oī neceſſitate. Un̄ dꝛ Ber̄.
ibidē. O ꝟbum omni acceptiōe dignū.ſ. verbuȝ
dn̄i Jeſu: di. Ecce mr̄ tua. Si Maria eſt mater
tua o hō. g̈ Jeſus eſt frat tu⁹. g̈ pr̄ eius pat tu⁹.
g̈ regnū ei⁹ hereditas tua. g̈ gra Marie eſt the-
ſaurus tu⁹. mr̄es em̄ theſaurizant filijs. g̈ oīs
neceſſitas tua ad cor ei⁹ aſcēdit. cōmota em̄ ſunt
viſcera eius ſuꝑ filio ſuo. Accipe ergo eā in tuaȝ.
Hec Bern̄. Unde claret ꝙ btā ꝟgo data ē no
bis in matrē ꝓpterea vt etiā qui damnationē de-
meremur ſm̄ dei iuſticiā ſaluari poſſimus cōfu
giendo ad beate Marie miſcdiam. Qđ teſtatur
Chryſ. de ꝓrogatiua Marie ita dicēs. Jdeo tu
mr̄ dei p̄ordinata fueras ab eterno: vt quē de⁹
ꝑ ſuā nō poſſȝ ſaluare meriſſimā iuſticiā: tu per
tuā ſaluares pietatē ꝛ miſcdiam dei infinitam.
Hec ille. L Liberatiōis. Ad id faciūt plu
ria miracula in libro đ miraculis beate ꝟginis:
e quib᷒ vnū hic inſerere dignū duxi qđ ꝛ fertuꝛ
in legēda cōi ſcti Laurētij martyrꝭ. vicȝ Qꝛ qui-
dam iudex Stephan⁹ noīe erat Rhome q̄ mu-
nera libēter accipiens multoꝝ iudicia ſubuerte-
bat. hic tres domos eccl'e ſcti Laurētij ꝛ vnū hor
tū ſctē agnetꝭ violenter abſtulit: ꝛ ablata iniuſtē
poſſedit. Accidit vt moreretꝛ ꝛ ad iudiciū dei du-
ceretꝛ: cuius brachiū ſctūs Laurētius duriſſime
ſtrinxit ꝛ dolor eū nimius inuaſit. Sctā quoq̄ȝ
Agnes faciē ab eo auertit. Tūc iudex ſniam ꝓ-
tulit dicens. Qm̄ aliena rapuit ꝛ veritatē vendi
dit munera accipiens: in locū Jude ꝓditorꝭ tra-
datꝛ. Ecce auteȝ btā virgine ꝛ ſctō Proiecto quē
Stephan⁹ in vita valde dilexerat ꝑ eo orantib᷒
ꝯceſſum eſt vt ei⁹ aīa ad corp⁹ rediret: ꝛ. xxx. die-
bus pn̄iam ageret. Accepit inſuꝑ in mandatꝭ a
btā ꝟgine vt pſalmū Btī īmaculati: in vita ſua
ſingulis dieb᷒ diceret. Cumq̄ȝ ad corpus rediſſet
brachiū e⁹ ita erat aduſtū ꝛ liuidū acſi hec ī cor-
pore paſſus eſſet q̄ad vixit. Male g̈ ablata reſti
tuens ꝛ pn̄iam agēs die. xxx. migrauit ad dn̄m.
Ecce igitꝛ pȝ ꝙ hic q̄ ſȝ dei iuſticiā erat dānand⁹:
ꝑ miſcdiam btē ꝟginis eſt liberat⁹ J Inter-
ceſſionis. Duodecimū ſignū ſedule inꝛceſſio-
nis. Nam ipa ardentiſſima charitate non ceſſat
intercedere ꝑ nob̄ apđ patrē ꝛ filiū vt ꝯſequanꝛ
pctōres veniā. iuſti gr̄am. ꝛ quiq̄ȝ hoīm miſeri-
cordiā. Un̄ deuot⁹ Ber̄. inq̄t. O hō ſecuꝝ acceſ-
ſum habes ad deū vbi habes matrē ante filiū.
filiū ante patrē. filius oñdit pr̄i latus ꝛ vulnera.
mater oñdit filio pectus ꝛ vbera. nulla g̈ poterit
ibi eſſe repulſa vbi tot cōcurrūt charitatis inſi-
gnia. Hec ille. Sȝ diceres. Dolere nō poſſum
de pctīs: alligat⁹ ſum in eis. coartor cōſuetudinē
mala. Quid faciā? Noli deſꝑare pctōr: vade ad
ꝟginem: audi Bern̄. qđ iterū dicat. Si criminū
immanitate turbat⁹. ſi iudicij horrore ꝑterrit⁹.
ſi barathro deſperatōis aſtrict⁹. Mariā cogita.
Mariā inuoca: nō recedat a corde: non recedat
ab ore. Nā ipſam cogitās nō erras. ipam rogās
nō deſperas. ipa te tenente non corruis. ipa ꝓte-
gente nō metuis. ipa duce nō fatigarꝭ. ipa ꝓpitia
ꝑuenies. Hec ille. Recurram⁹ g̈ ꝯfidēter ad vir-
ginē tanq̄ȝ ad gratioſiſſimā ꝛ amoroſiſſimā ma
trē: vt ipa intercedēte ꝯſeq̄mur gr̄am in p̄ſenti et
glꝛiam in ſecula ſeculoꝝ Amen. Ultimū adde
Mortis in hora ſuſceptiōis: vt canit eccleſia.

Incipit liber decimus de Aſſum-
ptione beate Marie.

D Ecimus liber de

myſterio glorioſiſſime aſſūptōnis
beatiſſime virginis Marie agens
continet plures principales ꝑtes:
quaꝝ Prima eſt de tranſitu ei⁹ ſctiſſimo ꝛ glo-
rioſiſſima corꝑis ꝛ aīe aſſūptōe. Scđa de ei⁹
ꝓcellēti ſublimatiōe feliciſſimaq̄ȝ inthronizatōe.

Tertia pars ſub alio ꝓceſſu de eius dignifi-
ca exaltatiõe ꝛ coronatiõe Quarta erit inciden
taliter de euãgelio qđ legiť in ſolẽnitate hui⁹ aſ-
ſumptiõis. Quinta erit ſub ꝓceſſu hiſtorico đ
modo huius aſſumptiõis.

Pars prima de trãſitu ſeu morte beate Ma-
rie ꝛ eius corporꝫ ac anime perfecta aſſumptio-
ne glorioſa.

q Ve eſt iſta que

aſcẽdit de deſerto delitijs affluẽs
innixa ſup dilecto ſuo. Verba hec
ſcribunť originalr Cañ.ca.vij.ꝛ pñt accipi tanq̃
ſint ꝟba ſctõꝝ angeloꝝ: q̃ admirãtes ſup tãglo-
rioſiſſima aſſumptiõe btẽ virginis ꝛ admirãdo
canẽtes in laudẽ eiuſdeꝫ bñdicte ꝟginis depro-
mebãt ĩ hac aſſũptiõe. Que eſt inquĩt iſta.ſ.vir
go ſup beatiſſima q̃ aſcendit ꝑ aſſũptiõeꝫ glorio-
ſiſſimã de deſerto.i. mundo iſto inferiori: q̃ noĩe
deſerti ſcať.vt đr Bern. qꝛ deſert⁹ ꝛ derelict⁹ eſt
a deo ꝛ angelis: ꝓpterea qꝛ totus eſt poſit⁹ in ma
ligno.j.Joã.iij. ꝛ plenus multꝫ miſerijs. vtpote
ergaſtulũ exulat⁹ ꝛ carceris: delitijs glĩe affluẽs
ꝛ innixa ſup dilecto ſuo.i.filio chr̃o Jeſu per ſin
gularis amoris ꝛ fruitionis familiaritatẽ Et
ſi petas: Vñ oriebať iſta admiratio angeloꝝ de
btẽ ꝟginis aſſumptiõe. Dicim⁹ reuera qm ex tri
bus: ſm q̃ tria ſunt precipua que ſunt in hoĩbꝫ
admiratõis cã.vt notat Fran.maro ex ꝟbis btĩ
Aug. Primo qñ res eſt magna. Secundo
qñ res eſt noua ꝛ inſolita. Tertio qñ rei cã eſt
occulta. Nimiꝝ qñ res geſta eſt magna: merito
eſt admiranda. vt claret de diluuio tẽpore Noe
Gen.vij. qđ qꝛ fuit tãmagnũ vt totã terrã inun-
daret ꝛ ſupabundaret: valde fuit admirandũ.
Silr in marꝫ rubri diuiſione: ꝛ iordanis retror
ſum conuerſione. Preterea qñ res eſt noua ꝛ in-
ſolita: vt claret de mãna qñ ꝑma die pluit dñs
ſup terrã. vñ admirãtes filij iſrael dixerũt. Man-
hu.i.qđ eſt h. Deniq; qñ cauſa rei eſt occulta: vt
patet in eclipſi tẽpore mortis chriſti. Nam licet
freq̃ñter eclipſis acciderit: tñ qꝛ illi⁹ eclipſis.ſ.
tpe mortꝫ chr̃i facte cãm phĩ athenienſes ĩueni-
re nõ potuerunt: plurimi ſt admirati. ſicut refert
btũs Diony.in ep̃la quadaꝫ.imo vt ferť ipe Dio
nus h⁹ eclipſis cãm ignorãs cũ ꝓtũc nondũ in
chr̃m credidiſſet: diſcipulis ſuis dixit hec ꝟba.
Aut deus nature vim patiť: aut tota mundi ma
china deſtruiť. Ad ꝓpoſitũ: quia in aſſũptiõe
glorioſe ꝟginis hec oĩa cõcurrebãt. Nam res ita
fuit magna ꝛ magnificentiſſime facta: quia tunc
maiora dona ſunt data btẽ ꝟgini q̃ vnq̃ alicui
pure creature. vtpote q̃ ipa dei mr̃ electa ſup to-
tã celeſtẽ curiã ſit exaltata: atq; oĩbꝫ creatꝫ ꝑpoſi-
ta ꝛ regina ꝑfecta: in ſũmis bonis glĩe collocata.
Jurta illud etiã ps. Elegit eã de⁹ ꝛ ꝑelegit eã: in
tabnaculo ſuo habi. facit eã. Jtẽ hec aſſumptio
fuit noua ꝛ inſolita: eo q̃ nunq̃ viderant angeli
vnã purã creaturã femineã ſupra oẽs angelos:
ſctõs ꝛ celicos ad dextrã filij dei collocari ſicut ho-
die viderũt ipam. iuxta illđ.iij.Reg.ij. Poſitus
eſt thron⁹ mr̃i regis q̃ ſedit ad dextrã eius. Deni-
q; cã huius erat occulta: qꝛ de incõprehẽſibili
abyſſo diuine ſapĩe ordinata: necdũ oĩbꝫ angelꝫ
reuelata. Et ideo multũ admirantes angeli ceci-
nerunt: đi. Que eſt iſta q̃ aſcen.ꝛc. Jn q̃bꝫ ꝟbis
cõmẽdãt ꝛ admirãť in btã ꝟgĩe. Prĩo ſctitatꝫ ex-
cellẽtiã. Jbi: Que ẽ iſta q̃ aſcen.ꝛc. Scđo felicita
tis ſupabũdantiã. Jbi: delitijs affluẽs. Tertio:
dignitatꝫ ꝛ honoris ꝑeminentiã. Jbi: innixa ſup
dilecto ſuo. Vñ hic elucidabimus tria myſteria
ad iſtã ꝟginis glĩoſiſſimã aſſumptionẽ ꝑtinen-
tia: alia alibi declarando

Primũ myſteriũ de ei⁹ ſctiſſima morte.
Scđm de graꝝ eius honore.
Tertiũ đ ei⁹ feliciſſima corꝑis ꝛ aĩe glĩficatõe

Articulus ꝑmus de ſctiſſime mortꝫ tranſitu
ipius btẽ ꝟginis Marie: vbi tria declarantur.
vicꝫ quõ cognouerit mortis horã ꝛ ſe ꝑparaue-
rit ac verum teſtebatur mori.

p Rimo de morte

btẽ ꝟgis: de q̃ đr Damaſ. q̃ non eſt
dicenda mors ꝓprie. Dicit quippe in
ſermone ſic. Sacra tua obdormitio a nullo eſt
appellanda mors: quia non abſorbuit nec dolo-
rem intulit. ſed qꝛ improprie vnum hic pro reli-
quo accipiť: ꝓprie tñ đr tranſitus vel trãſmigra
tio ꝛ ꝓpriiſſime aſſumptio. De qua ſic nominan
do ꝓpter ſimplices oriť queſtio.

Prima de eius ꝑcognitione.
Scđa de eius preparatione.
Tertia de eius obligatione

Primo igiť de ꝑcognitiõe ſue mortꝫ q̃riť: Vtrũ
btã ꝟgo ꝑſciuit ſuã mortẽ certitudinaliť. Nã de
cõi lege hoĩes ſunt incerti de mortꝫ tpe ꝛ loco et
mõ atq; etiã ſtatu: qꝛ neſciũt ſi in ſtatu grẽ vl ex-
tra ſint morituri. Vñ Eccli.ix. Neſcit hõ finẽ ſu
um: ſed ſicut aues laq̃o ꝛ piſces hamo: ſic hoĩes ca
pienť in tpe malo. Vñ Beda ſup Mat. Certuꝫ
eſt q̃ morieris: incertum eſt aũt qñ aut quõ aut
vbi. qꝛ vbiq; te mors expectat. tu q̃ꝫ ſi ſapiẽs fu-
eris vbiq; eaꝫ parat⁹ expectab. Hec ille. Et Se-
neca ad Luciliũ đr. Incertum eſt q̃ loco te mors
expectat: tu illã in oĩ loco expecta: in oĩ loco eque
time. Hec ille. Ad q̃ſitũ rñdeť ſꝫ magnũ Alb.
ſup Miſſus eſt. cap.clxxiij. q̃ btã virgo certiſſi-
mã precognitionẽ habuit de ſua morte. ꝛ h cla-
reſcit triplici rõne. Prĩo arguẽdo a minori: q̃a
multꝫ ſctis h conceſſum eſt: vt patet de Petro q̃
preſciuit q̃ velox eſſet depoſitio tabernaculi ſui.
Jtẽ de Joãne: de ſctõ Martino: ꝛ multis alijs.
ḡ multo magis btã ꝟgo oĩum dña preſciuit ſui
obitus diem ꝑ illã maximã topicã. Si ei cui mi-

n⁹ videt̃ ieſſe ineſt: ⁊ ei cui mag̃. Sc̃do rõe cauſalis meriti. Naꝫ q̃ eſt cã q̃re aliq̃bꝫ reuelat̃ dies obitus. Si dignitas ſctitatis: ipſa eſt vtiq; digniſſima. ſi charitas: ipſa ē charitate pleniſſima. ſi deſideriũ: ipſa ſũme cupiebat diſſolui ⁊ eſſe cũ chr̃o. His q̃ppe cauſis meret̃ q̃s vt reuelet̃ ei dies obitus. Et quecũq; alia cauſa põt aſſignari: illa in btã ꝟgine eſt excellẽtiſſime p̱ alijs. g̃ ⁊c̃.

Tertia rõ optati. q̃ꝛ oĩs hõ libẽter optat ⁊ vult preſcire diẽ obit⁹ ſui. Unde Prouer. xiij. Spes que differt̃ affligit aĩam. g̃ ipa incertitudo tp̃is pene finiende hui⁹ miſerie ⁊ glĩe ꝯſequende anxioſa eſt aĩe. Uñ ipa b. ꝟgo ſicut ⁊ alij optauit p̄ſcire morte. ſ; q̃cq̃d optauit ſcire fili⁹ ei reuelauit: niſi aliqua rõ impediret. iſtã nulla rõ impediuit vt patuit. g̃ ipa hãc gr̃am accepit ꝙ vicꝫ ſuam mortẽ determinate p̄ſciuit. Et huic ſn̄ie concordat hiſtoria aſſumptionis: vbi habet̃ ꝙ ante eius mortẽ angel⁹ palmã ſibi d̃ paradiſo afferẽs apparuit ⁊ ei diẽ obitus p̄dixit: de q̃ habet̃ vltima p̱te hui⁹ libri Sc̃do querit̃ de p̄paratõe. Utꝝ ſcꝫ btã ꝟgo p̄parauerit ſe ad mortẽ p̱ ſacramẽtorũ ſuſceptionẽ. Ad qd̃ ꝓtinus rñdet̃ ꝙ ſic. ⁊ aſſignant̃ plures rõnes q̃s etiã notat Alber. vbi. s. ca. lxxi. Prĩa rõ propter ſui humiliationeꝫ.

Sc̃da ꝓpter p̄cepti impletiõeꝫ. q̃ꝛ ipa oĩa p̄cepta euãgelica ⁊ ꝯſilia p̱fectiſſime tenuit: ſ; chr̃s multis in locis ⁊ paſſibꝫ euãgelicis p̄cepit ⁊ cõſuluit hoĩbꝫ vt ſe p̄pararẽt ad morte di. Eſtote parati: q̃ꝛ q̃ hora nõ putatis fili⁹ hoĩs veniet. ſ. ad mortis iudiciũ. vt p̱ꝫ Matth. xxiiij. ac Luc. xij. g̃ ipſa hec impleuit Tertia ꝓpter nr̃am inſtructionẽ. vt q̃ ſctũs eſt ſanctificet̃ adhuc. Apoc. xxij. ⁊ q̃ pctõr eſt ꝓuocet̃ ad expiationẽ per ſacr̃a. Has ⁊ plures alias rõnes habes. s. li. vij. p̱te. j. ar. ij. ca. ij. Sed q̄m vt dĩc Aug⁹. li. de viſitatõe infirmoꝝ quẽ ſcripſit ad nepotẽ ſuũ: tria ſunt ſacr̃a p̱ q̃ debet q̃libet hõ potiſſime p̄parare ſe ad morte. vicꝫ ſacr̃m pn̄ie ⁊ ſacr̃m euchariſtie qd̃ eſt viaticũ noſtre ſalutis: vt patet di. l. c. his ꝟo. ⁊ c. penitẽtes. Necnon ⁊ ſacr̃m vnctionis extreme. Idcirco hic reſtat inueſtigandũ vtrũ btã virgo circa mortem ſuſcepit hec ſacr̃a p̄paratoria. Primo q̃dẽ de ſacr̃o pn̄ie ſi queris. Dico ꝙ cum ipſa in ſua vita acceperit hoc ſacr̃m. ſicut patuit lib. vij. p̱te. j. ar. ij. ca. iij. vbi ⁊ habet̃ ꝙ ipa in vita ſua ſacr̃a accepit. ⁊ ꝙ cõtrita ⁊ cõfeſſa eſt: nõ quidẽ peccata q̃a nullũ habuit: ſed ꝙ nõ fuerit digna tãtis beneficijs ſua virtute. Silr̃ euchariſtiã vt patuit ibidẽ in vita frequẽtauit. ſequit̃ g̃ magis in mortis articulo ꝙ ita tunc ſacr̃a ſuſcepit. Sed de ſacr̃o vnctiõis extreme dubitat̃ vtrũ ſuſceperit. Et videtur ꝙ nõ. q̃ꝛ ſacr̃m vnctiõis nõ cõfert̃ niſi infirmantibꝫ. Jacob. v. Infirmat̃ q̃s ex vob inducat preſbyteros eccl̃e ⁊ orẽt ſup̱ eo: vngẽtes oleo i nomine dñi. Sed btã virgo nõ p̱ infirmitatẽ fuit mortua. g̃ inungi nõ debuit In contrariũ arguit̃ p̱ illud Jacob. ij. Si q̃s totã legẽ ſeruauerit offendit aũt in vno fact⁹ eſt oĩm reus. g̃ ipa ſicut ⁊ ceteri tenebat̃ ad totã legẽ. Sꝫ extrema vnctio fuit de lege a dño inſtituta ⁊ eccl̃ia. vñ ⁊ ĩ Mattheo legit̃ ꝙ apl̃i circũibãt caſtella oleo curãtes infirmos. g̃ tenebat̃ ꝟgo btã ad extremã vnctionẽ. ⁊ p̱ ꝯſequẽs ſuſcepit eã. Ideo dicẽdũ ſm Alber. vbi. s. ꝙ btã ꝟgo etſi nõ indiguerit: tñ ſacr̃m vnctiõis accepit: in q̃ complete victorie preterite ⁊ plene glĩe future ſuſcepit ſignationeꝫ. Nec obſtat ꝙ ipa nõ indiguit ꝓ venialiũ remiſſione ⁊ infirmitatis alleuiatione: eo ꝙ ipa nec venialia habuit nec infirmata extitit. ꝓ q̃bꝫ cauſis vnctiõis ſacr̃m extitit ordinatũ: q̄m ꝓ venialiũ remiſſiõe ⁊ infirmitatis alleuiatiõe ipa ꝟgo accepit totius doloris mortis (quod maius erat) remiſſioneꝫ: atq; totius aĩe ⁊ corp̱is glorificationeꝫ. Unde licet ipa potuit vt h̃ ſacr̃m nõ reciperet: excepta p̱ priuilegiũ qd̃ cõfert dñs his q̃s ſine infirmitate et mortis dolore dignat̃ euocare. q̃ vt videt̃ nõ tenent̃ ad vnctionẽ extremã cũ oleo pro infirmantibꝫ inſtituto. tñ videt̃ veriſil̃e ꝙ btã ꝟgo iſti priuilegio ꝓpter hũilitatẽ abrenũciauerit ſicut ⁊ alia priuilegia ſua dum viueret occultauit: ⁊ ſacr̃m iſtud pro peccatoribꝫ inſtitutum humil̃r ſuſcepit: vt humilitatẽ quã per totã vitã ſuã tenuerat etiam in extremo vite articulo ꝯſummaret. Hec Alber. Tertia principalis queſtio de mortis obligatione Utruꝫ beata virgo debuit mori neceſſario ⁊ obligata fuerit mortis legi ſicut ⁊ ceteri hominum. Et argui poteſt ꝙ non congruebat nec debebat mori: quia non obligabat̃. q̃ꝛ mors debetur ⁊ inflicta eſt pro peccato originali. ipſa aũt ꝟgo eſt preſeruata a peccato originali: vt ſolẽnes aſtruũt doctores nr̃i. ⁊ pie credẽdũ ſtatuit eccleſia in concilio Baſilieñ. Si g̃ caruit omni pctõ: caruit etiã merito mortis. ergo iniuſticia ei facta eſt cũ eſt mors ſibi inflicta: q̄m dicente Augu. in. ij. ſentẽtiaꝝ. diſt. iiij. Deus non p̱us eſt vltor q̃ꝫ quis ſit peccator. Itẽ homo in ſtatu innocentie ſi perſtitiſſet: viuus fuiſſet tranſlat⁹ ad glĩam ſine morte. g̃ mr̃ dei que fuit ſũme ꝓxima ſtatui innocentie debuit h̃ priuilegium habuiſſe vt viua fuiſſet tranſlata. Item de Joãne euãgeliſta plurimi tenent ꝙ ſit viuus tranſlatus g̃ ipſa hoc priuilegiuꝫ magis debuit habere Ad queſitum igitur reſpondetur per tres veritates ſeu concluſiones. Prima eſt ꝙ mater dei congruẽter debuit mori. Ratio: ne chriſto maior fore videret̃. ⁊ vt hereſis quorundã confutaretur qui aſſerebãt ipam non hoiem eſſe ſed angelũ. et vt eſſet materia exercende ꝟtutis. q̃ꝛ mat̃ dei ſm Fran. maro. p̱ patientiã penalitatũ huius mundi atq; mortis ſuſceptioneꝫ merita cumulauit ad p̱fectiõem gr̃e. Sicut em̃ Job fuerũt pene p̱miſſe ⁊ inflicte ad exercendam eius patient amica virgini ad p̱ficiendaꝫ gr̃am. Uirtus nempe i infirmitate p̱ficit̃: vt ait Apl̃us. ij. Cor. xij. Secunda ꝯcluſio. Licet mater dei fuerit preſeruata

ꝑ ſanctificatōis grām a pcti originalꝫ macula: tn̄ a pcti origialꝫ pena nō fuit totalꝛ libata. vn̄ ſuſtinuit morte ⁊ alias penalitates huiꝰ miſerie. Rō ſm̄ Fran. maro. qꝛ grā ſanctificatōis nō obuiat ꝑene ſed tm̄modo culpe. qđ patuit. Nam Joannes baptiſta fuit ſanctificatꝰ ⁊ a pctō originali plene purgatꝰ. etn̄ a pena pcti origialꝫ nō extitit liberatꝰ: imo ⁊ mortē acerbi doloris in decollatione paſſus. Silꝛ ⁊ aīa pueri in baptiſmo abluit a pcti maclꝫa: ⁊ nō liberat a pena ſeu miſeria Sꝫ ⁊ chrs dn̄s ſine vllo reatu fuit: etm̄ penalitates ſuſtinuit licet voluntarie. Non mirꝫ ergo ꝙ btā virgo ab oī pctō aliena penas huiꝰ miſerie ⁊ mortē ipam ſubire debuit. Tertia cōcluſio ꝙ mr̄ dei ex debito modi naturalis ortus ſui obligata fuit ⁊ debuit mori nō obſtāte grā pſeruationis a pctō originali. Rō: qꝛ licet diuīa grā pſeruauit pueniēdo aīe infectionē in btā vgine: non tn̄ iſta grā puenit carnis feditatē: qꝛ naturalit ſm modū ꝓpagatiōis hūane ab Adā ꝑ ꝯcubituꝫ ꝯcepta ē. Et iō rōne iſtiꝰ naturalꝫ origīs ⁊ ꝓpt carnis naturalē feditatē ex pmis parentibꝫ cōtractā iuſte in ea remāſerūt oēs ille penalitates qs in hac vita paſſa eſt. ⁊ ꝑ ꝯſeqns etiam ipa mors ſeu mortis obligatio. Ex pmiſſis infert corollaria veritas: ꝙ vicꝫ btā vgo aliter eſt mortua et mortē alit ſuſcepit qꝫ dn̄s chrs. Rō: qꝛ chriſtus mortē ſic ⁊ alias penalitates voluntarie aſſumpſit ꝓ redēptiōe hūani generꝭ ⁊ ſalute: nec ex origine naturali cōtraxit. qꝛ ſupnaturalꝛ de virgine eſt conceptus, ſed btā virgo mortis extitit debitrix ex naturalis originis cōtractiōe ab Adam. Vn̄ ad obiecta patet rn̄ſio. Ad primū patet per ſcđam ꝯclōem ⁊ tertiā. Ad ſcđm vo obiectum ꝙ ipa nō debuit pulegiata in hoc eſſe. patet ꝑ primā concluſionē. Licet ꝙꝓpe ipſa fuerit ꝓpria ſtatui innocētie. nihilo minꝰ ipa in h ſtatu miſerie nō debuit h pulegiū habere vt viua transferret ꝓpter rōnes circa dictā concluſionē primā pretactas Nec illud de Joāne euangeliſta obſtat: qm̄ etiāſi illa opinio ponat ꝙ viuus ſit trāſlatꝰ: nō eſt qđ h ſingulare. qꝛ credit fore ſm illā opinionē moriturus in fine mundi. Vn̄ nō dixit ieſus: qꝛ nō morit. ſed: ſic eū volo manere donec veniā. Joan. xx. O vere ergo vginē ſanctiſſimā Mariā omni veneratione dignā. O dei matrē digniſſimā que ⁊ in vita ſanctiſſima ⁊ omni gratia plena: atqꝫ in morte extitit omni honore debito priuilegio quoqꝫ predotata.

Articulus ſcđs quales grās ds exhibuit btē Marie matri in ſua morte: qꝛ vicꝫ voluit eā mori ſine dolore: merore ⁊ timore

c Irca ſecundum myſteriuꝫ de grāꝝ honore qbꝫ btā virgo eſt in ſua morte vel trāſitu honorata ⁊ ſingulariter priuilegiata eſt Aduertendum ꝙ hoīes cōiter pati habent in morte triplicē pcipue anxietatē vel anguſtiā Primo amariſſimū dolorē. Scđo triſtiſſimum merorem. Tertio terribiliſſimū timorē. Propterea dic Haymo ſuꝑ Apoc. ꝙ nulla maior acerbitas cuiuſcunqꝫ amaritudinis qꝫ mors ipſa hoīs: ⁊ pāpue m pctō morientꝭ. Nam reuera tunc inſurgit hoī dolor amariſſimꝰ q cogit aīam ſepari a corpore q penetrat ⁊ ſcindit cor: oīa membra viribꝫ deſtituit: ⁊ oēs ſenſus a ſua viuacitate euacuat ⁊ diſſoluit. teſte Solino in li. rerū. Itē tunc in aīa triſtiſſimꝰ meror exorit ꝓpt cogitatiōes ⁊ temtationes infeſtantes. qꝛ videt ſe priuari vita quā naturale eſt cuilibet appetere: vt dt Ariſt. ij. đ aīa. Aduertit qꝫ oīa bona huiꝰ mūdi ſe relictuꝝ: corpus abominabiliter corrumpi vermibusqꝫ in eſcā dari: ⁊ in nullo ſe poſſe in tot doloribꝫ iuuari. Hinc Eccī. xlj. O mors qꝫ amara ē memoria tua hoī pacē habēti in ſuba ſua. Profecto dicente Ariſto. iij. Eth. Terribiliſſimū oīm mors eſt. Deniqꝫ tūc erit hoī timor maximꝰ. Vn̄ Grego. in homelꝫ. dt. Nunc cogitandū valde eſt quantū nobis erit terribilis hora nr̄e reſolutiōis ⁊ mortis. qs pauor mentis cū an̄ nos erit oīm maloꝝ memoria. cōtra nos demonū armabit malicia. retro nos puatio felicitatꝭ tranſacte mūdialis. ſupra nos formido tremendꝫ iudicis. Hec ille. O qualis ille timor ⁊ tremor qn̄ aderit nefandorum ſpirituū multitudo animā rapere volentiū: quoꝝ ſpecies horrendiſſima. Nam vt dt Beda ſuꝑ illo vbo Tob. v. Occurrit Tobie piſcꝭ. Dn̄o inquit paſſo in cruce affuit diabolus inſidiādo ſiquid forte in eo iuris ſui inueniret. Si ḡ chriſto affuit morienti: ⁊ multis ſimiliter alijs ſanctis in morte affuiſſe legit. vt ſancto Martino: ſancte Eliſabeth ⁊c. a fortiori credendū eſt ꝙ cuilibet homini aſſiſtit inſidiando. O deus quantꝰ tunc erit timor: quanta tribulatio cum đ oībus factis ⁊ culpis ac delictꝭ eſt rō reddenda ⁊ ſnīa irreuocabilis accipienda. Ve tūc ⁊ ve peccatori contra quem inſtat ſententia eterne damnatōis ferenda. Propterea de his qui reſuſcitati ſunt: vt de Lazaro quem deus ſuſcitauit. ⁊ đ alijs cō ſimiliter refert ꝙ poſtea nunqꝫ riſerūt in h mundo: ſed fleuerunt quaſi cōtinue. Vn̄ refert Cirillus patriarcha in eplꝫa ad Augꝰ. de miraculꝫ ſcī Hieronymi: ꝙ cum tres mortui fuiſſent iuxta tumulum ſancti Hieronymi reſuſcitati: qꝫdiu vixerūt poſtea ſine intermiſſione flebāt. ⁊ vnum coꝝ alijs preſentibus Cirillus interrogauit cur tādiu lachrymas iceſſanter emitteret. At ille reſpondit. Si inqt que ſum expertus Cirille non ignorares: tibi ſemper ineſſet cauſa fletus. Illo requirente: reſpondit. Anima inquit mea reſoluta eſt a corꝑe tā grauiter ⁊ acerbe ꝙ mens nō capit humana: nec ego niſi certa experientia didiciſſem credere valuiſſem. quia omnis anguſtia ⁊ dolor quem extimaret homo nihil reputatur

rēſpectu illi⁹ anguſtie. Et itez. Tanta inqͣ aduenıente mortis hora nefandorum ſpirituū affuit multitudo vt oīno dinūerari nō poſſent: q̄z ſpecies talis erat q̄ ea nil horribili⁹: nil pniciosius cogitari pt. Poti⁹ cm̄ qlibet hoīm flāmis ardentib⁹ arſuz ſe exponeret q̄z formaz coz viſione in ictu oculi potiri: q̄ ad me veniēdo oīa q̄cunq̄z ꝯ deū pꝑetraui ad memoriā reuocabāt ſuadendo vt de dei miſcōia nō ſperarē. Heu cur nō aduertunt mortales qb⁹ ħ eueniet qđ tunc mihi: vt nō peccarent. Si ḡ cām mei flet⁹ interrogas: timor penaꝝ eſt que pctōrib⁹ iuſte dant̄. Qua de re nō mireris ſi plango: cū potius ſi nō plangerē vehementer ad mirari deberes. Hec ⁊ plura idē ꝓſecutus eſt. Ad ꝓpoſitū ḡ redeūdo: ꝯ hāc triplicē anxietatē in morte hoīm deus cōtulit btē ꝟgini in ſua morte triplicē maximā grām qb⁹ eam honorificauit priuilegio ſpeali

Prima grā q̄ ipſam mori voluit ſine dolore cum ſuauiſſima dulcoratione.

Scđa q̄ ipām mori voluit ſine merore cū letiſſima conſolatione.

Tertia q̄ ipām mori voluit ſine timore cū certiſſima aſſecuratione.

Prima itaq̄z grā collata btē ꝟgini in ſua morte eſt q̄ ſine dolore: imo cū ſuauiſſimo dulcore ſpiritus moreret̄. vt ſic a corruptiōe fuit extranea: ita ⁊ a dolore mortis ſit aliena. Et ħ ꝓbatur ꝺm Alb. ſup Miſſus eſt. cap. clxxv. q̄z cū ħ ꝑuilegiū cōceſſum ſit Joanni euāgeliſte: vt teſtat̄ Hiero. in ꝓlogo ſup Joā. multo magꝭ ḡ debuit cōcedi btē ꝟgini. Ampli⁹: qm̄ ſcptū eſt Naū. iij. De⁹ nō punit bis in idipm̄. ſed btā ꝟgo in filij ſui paſſione ꝑcuſſa eſt gladio doloris tanti vt eſſet ꝓ ſummo martyrio: ⁊ maiorē ſuſtineret dolorez q̄z fuit dolor mortis in q̄cūq̄z martyre. ḡ cū tūc exoluit dolorē mortis: nō debuit iterato in hora mortꝭ dolorē habere. Hinc Damaſce. Ipſa inqͣt beata btāz que ſup naturā dn̄ationū exaltata ē. dolores q̄s effugit pariens ⁊ etiam moriens: hos in chriſti paſſione ſuſtinuit cōpatiens. Sz diceres: Q̄ūo potuit fieri vt in mortis ſepatiōe non habuerit dolorē: cū naturalr̄ aīa īclinet̄ ad vnionē corꝑis. et q̄z eius aīa fuit nobiliſſima ⁊ nobiliſſimo eius corꝑi ꝯiuncta. Vn̄ ſicut maior erat in eoz cōiunctiōe delectatio naturalis: ita ⁊ ī eorū ſepatiōe maior videt̄ fuiſſe dolor. quēadmodū ⁊ in chr̄i morte acerbiſſim⁹ fuit dolor. iuxta illud Thren̄. iij. O vos oēs q̄ tranſitis per viā attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſilis ſicut dolor me⁹. Rn̄det̄ ꝺm Alb. vbi. ſ. q̄ ipā pre amorꝭ magnitudine ⁊ ꝯtēplatiōis ſuauitate in q̄ tunc fuit nō ſenſit dolorē in ſepatōe. Nā maiores motus impediūt miores ꝺm pħm. Sicut aūt natura mouet ⁊ inclinat aīam ad corpus: ita charitas mlṫo fortius mouet ⁊ inclinat aīaz ad chriſtū. Juxta illud apl̄i. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. Poterat ḡ ille dulcor amoris ⁊ ſuauitas cōtemplationis oēm dolorē abſorbere: q̄ alīas ex diſcraſiā corꝑis ſolet euenire. Exemplū de Moyſe ⁊ Helia q̄ xl. dieb⁹ ieiunātes nō ſenſerūt defectum famis ⁊ ſitis pre ꝯtēplatiōis diuine dulcedīe. Itē de ſctō Laurentio ⁊ Tiburtio ⁊ alijs pluribus martyrib⁹ q̄ grauiſſima tormenta tanq̄z dulces epulas habuerunt pre amoris chriſti magnitudine. Vn̄ Aug. O ia īmania dulcia ⁊ leuia ac ꝓpe nulla facit amor. O felix amor chr̄i q̄z dulciter illaqueas: q̄z ſuauiter ꝑimis ⁊c. Ex his accipe q̄tuor puncta Primū q̄ btā ꝟgo nō deceſſit infirmitate nec dolorꝭ preſſa neceſſitate vt ceteri ſolet obire. Scōm q̄ mens btē virgis in ipſa hora mortis fuit ſuſpēſa in ꝯtemplatione ſuauiſſima ⁊ amore chriſti dulciſſimo. ⁊ paulatim interim eius cōplexio deficiebat vſq̄z quo tandē ſine dolore ꝑcepto nō interrupta cōtemplatiōe ſanctiſſima eius aīa corp⁹ deſereret. Tertiū q̄ ipā nō in lecto decūbēs vt ceteri. ſed flexis genib⁹ eleuatis ad deū manib⁹ credit̄ migraſſe. Sicut ſimile etiā de btō Paulo primo heremita legitur.

Quartū punctū q̄ chr̄s dn̄s debuit ſuſcipere ⁊ hr̄e maxios dolores in parte ſenſitiua ꝓpter ħ vt ſatiſfaceret ꝓ pctīs hūani generis ⁊ redimeret ipm̄. iuxta illud. j. Pet̄. ij. Qui pctā nr̄a. i. penas ſatiſfactorias ꝓ pctīs nr̄is: ipſe ꝑtulit in corpore ſuo. Sed qm̄ btā ꝟgo nō ꝓ redēptione generis hūani eſt mortua. ideo nō oportuit vt ipā dolores mortis pateret̄: imo ꝑ ſpēale ꝑuilegiū ꝓpter incorruptionē debuit eſſe a dolore mortꝭ aliena.

Scđam grām ꝯ alioz hoīm triſticiā ⁊ merorē habuit virgo: quia voluit de⁹ ipām mori ſine oī merore cū letiſſima conſolatiōe etiā externa. Nā habuit ꝯſolationē in hora mortis ſue multiplicē. q̄z tā ab aplīs q̄ oēs affuerūt in eius tranſitu vt teſtat̄ Diony. in eplā: q̄z etiā a ſctīs angelis eā ꝯſolantib⁹ ⁊ aſſiſtentib⁹. Si eīm aliqb⁹ ſctīs credunt̄ ⁊ legunt̄ angeli in hora mortis conſolationem exhibuiſſe: vt pz de ſctīs Nicolao: Martino: Fran. ⁊c. Multo magis id credit̄ de btā ꝟgine: imo inſuꝑ habuit conſolationez a dn̄o Jeſu ipām dulciter ad celū inuitante ⁊ tota celeſti curia obuiante ſibi ad ſuſcipiendūz honorifice. qđ deus vult facere ipſi ex ſpeciali priuilegio ⁊ grā: vt volunt plurimi doctores ⁊ cōmuniter tenet eccleſia. Unde Hiero. in ſermo. de aſſumptione dicit. Legim⁹ q̄z ſepe ad funera ſepulturaſq̄z ſanctorum angelos aduenīſſe ⁊ obſequia ꝑſtitiſſe: necnō ⁊ aīas eoz vſq̄z ad celum cum hymnis ⁊ laudib⁹ extuliſſe: ⁊ eoſdem multo lumine ſplenduiſſe. Ibidēq̄z miri odorꝭ fragrantiā ꝑſenſiſſe. Si igit̄ talia ⁊ tāta circa defūctos deus dignatus eſt exhibere. q̄nto magꝭ eius genitrici in die obitus ſui credendū eſt celoz militiā obuiā adueniſſe: eamq̄z ingenti lumine circūfulſiſſe ⁊ vſq̄z ad thronū glīe cum laudib⁹ ⁊ canticis perduxiſſe. Quis illđ cogitare ſufficiat q̄z glorioſe hodie regina mundi proceſſerit. quanto deuotōis

affectu tota in eiꝰ occurſum celeſtiū legionū ꝓ/
dierit mł'titudo: q̄ꝫ placito vultu: q̄ꝫ ſerena facie:
q̄ꝫ diuis amplexibꝫ a filio ſit ſuſcepta ⁊ ſuꝑ oēm
creaturā exaltata. Hec Hiero. Propt̄ea nō īme
rito ſatis ꝯgruenter ⁊ vere a quibuſdā aſſerit̄ ꝙ
celū empyreū ſit euacuatū bis: ⁊ adhuc tertia vi/
ce euacuanduꝫ. Primo in chr̄i aſcenſione: qn̄
oēs angeli ei obuiauerūt. Scd̄o in bt̄e virgi/
nis aſſumptiōe. Tertio euacuandū erit in ex/
tremi iudicij tp̄e qn̄ oēs angeli ⁊ ſcti venīet d̄ ce/
lo vna cū chr̄o ad iudiciū. Sꝫ forte vis ſcire q̄/
libꝫ meritis ipſa b. v̄go ⁊ alij q̇dā ſcti meruerūt
in hora mortꝭ habuiſſe celeſtē ꝯſolatione. Ad
hoc ḡ dicere poſſumus ꝙ h̄ ſpēalius habet fieri
principal'r ex impſcrutabili iudicio ⁊ mira diſpē
ſatione pietatꝭ ac gr̄e diuie. tn̄ ꝑluſtrando ſctōꝝ
vitas: cōperimus precipue tria per que ſcti id ꝓ/
meruerunt vt in hora mortis celeſtē ꝯſolationeꝫ
angelicā vel diuinā haberent. Nam q̇dam ſcti h̄
meruerūt ꝑ feruentē chriſti dilectioneꝫ. vt patet
de Petro ap̄l'o: Joanne euangeliſta: ſctis Lau/
rentio ⁊ Uincentio. Alij h̄ meruerūt ꝑ caſtitatis
nitide obſeruationē. vt ptꝫ de ſanctis Catarina:
Clara: Margareta: ⁊ alijs plibꝫ virginibꝫ. Alij
meruerūt ꝑ miſcd̄ie ⁊ pietatis exhibitionē. vt pa
tet de ſctis Eliſabeth: Martha ⁊ Magdalena
⁊c̄. Sed qm̄ bt̄a v̄go Maria has oēs virtutes
excellentiſſime habuit. ḡ ſumme ꝯſolari meruit.

Preterea legunt̄ alij promeruiſſe in morte ce
leſtem ꝯſolationē ꝑ alicuiꝰ vel aliquoꝝ ſctōrum
aut ſctāꝝ patrocinationē. q̄bꝫ in hac vita deuota
ſeruitia exhibuer̄t. qd̄ certe potiſſime ſuꝑ omes
ſctōs bt̄a v̄go maria pōt ⁊ ſolet erga ſibi deuo/
tos facere: vt ptꝫ in multis eius miraculis. Un̄
ipſa ſpēaliſſime ab eccl'ia inuocat̄ vt in hora mor
tis ſubuenire dignet̄. Maria inquit mater gr̄e
mat miſcd̄ie: tu nos ab hoſte ꝓtege: in hora mor
tis ſuſcipe. Ergo vtiliſſimū eſt bt̄ām v̄ginē Ma
riam in patronā eligere cuilibet homini ⁊ ei de/
uotius famulari: atqꝫ in hora mortis ſeipm̄ ei/
dem hūil'r cōmendare. Tertia: p̄ncipalis gr̄a
collata bt̄e v̄gini in ſua morte eſt ꝙ ipſa mortua
eſt ſine oī timore cū certiſſima aſſecuratiōe. Ni/
mirū aliq̇ hoīm in morte timent natural'r ipam
mortē exhorreſcentes. Sic etiaꝫ ſcti hoīes timēt
natural'r. Alij v̄o timorē hn̄t ꝓpter mala q̄ fece/
rūt. Alij aūt ꝓpter demonū maliciā. Atqꝫ alij ꝓ/
pter incertitudinē. qꝛ neſcit hō vtrum amore vel
odio dignꝰ ſit: vt dī Eccs. ix. ⁊ ideo timēt dei iu/
diciū. Sed in bt̄a v̄gine nullū hoꝝ locū habuit.
Nā mortē ipam nō horreſcebat. quia charitate
⁊ deſiderio ſui filij feruēs ⁊ gr̄e ſuauitate plena
cupiebat diſſolui ⁊ eē cū chr̄o. vn̄ ⁊ orabat vt ad
eū ꝑueniret q̄ntotius. ſic̄ patet ex eius tranſitus
⁊ aſſumptōis hiſtoria. Item ipa nunq̄ꝫ ſe peccaſ
ſe nouerat etiā venial'r. ⁊ id̄o de aliquo malo nō
timuit. Preterea iudicij ſn̄iam nō timuit: quia
amore dignā tanq̄ꝫ dei matrē puriſſimā ⁊ dile/
ctiſſimā: quā impoſſibile foret dānari nouit ne/
ceſſario ſaluandā ⁊ ſuꝑ omīa exaltandā. Deniqꝫ
ipa a filio ip̄etrauit ⁊ obtinuit vt aīa eiꝰ de corꝑe
exiens nullū ſpūm teterrimū videret. nullaqꝫ ſa/
thanę p̄tās ei occurreret. vt pꝫ ex hiſtoria aſſum/
ptiōis. Q si dī. Tn̄ aīa ſeꝑata a corꝑe ſtatim
natural'r habet videre demones ⁊ etiā angelos.
ſicut nos natural'r in h̄ mūdo apto ocl'o videmꝰ
lucem ⁊ colorē. quō ḡ verū eſt ꝙ ipſa non viderit
demones. Rūderi pt ꝙ licet cōiter ſm doctores
aīa eius ſeꝑata ſicut ⁊ alie aīe poſt ſeparationeꝫ
ipſiꝰ ⁊ aſſumptōeꝫ. ſicut ⁊ mō videt demones et
ſpūs ſine corꝑe exītes: tn̄ ſpēali p̄uilegio hoc ei
donatū credere poſſumꝰ a ſuo filio ꝙ in eiꝰ exi/
tus hora angeli affuerūt q̇ demones inſidiātes
non ꝑmiſerūt aſſiſtere ipſi bt̄e Marie: vt ſic ex/
terrentē demonū teterrimā faciē ꝓtunc nō vide/
ret. Et ſic claret qm̄ bt̄a v̄go ſine oī timore cū ma
xima ſecuritate ⁊ oīmoda ꝯſolatiōe externa ⁊ in/
terna obierit. O q̄ꝫ felix ⁊ bn̄dictꝰ fuit iſte trāſitꝰ.
O deus meꝰ ſi tunc affuiſſem: q̄nta deuotione:
q̄ꝫ hūili ſuꝑplicatiōe: q̄ntaꝝ lachrymaꝝ irrigati/
one incipim tādigniſſime tāſanctiſſime dn̄e recō
mendaſſem: vt apd̄ filiū in celica gl'ia mēoꝛ mei
pctōris fore dignata fuiſſet. O aīa fidel' ꝑpende
dignitatē ⁊ ſctitatē bn̄dicte v̄gis. ⁊ ipſi te tota de/
uotione cōmitte: ipam pete: ipam frequentiꝰ in/
uoca vt ꝓpter filij ſui amorem dignet̄ tibi gr̄am
⁊ gloriam impetrare.

Articulus tertius ꝙ bt̄a Maria in glorioſo
corpore ſimul ⁊ anima eſt aſſumpta in celuꝫ. ad
quod aſſignant̄. xij. rōnes.

T Ertium myſteri/
um de gl'oſa b. v̄gis aſſūptōe ⁊ eꝰ feli
ciſſima corꝑis ⁊ aīe gl'ificatōe. de q̄
pleriqꝫ dubitāt: Utrum vicꝫ beata v̄go ſit corꝑe
⁊ anima aſſumpta in celum ⁊ pleniſſime glorifi/
cata queadmodū dn̄s Jeſus. maxime qꝛ beatꝰ
Hierony. in ſermone de aſſumptione iſtud non
aſtruit: ſed ſub dubio relinquit. Uerunt̄n pie cre
dit̄ ab omni eccl'ia ⁊ a doctoribꝫ. Nam Augꝰ. in
ſermone Qꝛ ꝓfundiſſimo. hoc aſſerit pluribꝫ ra
tionibꝫ ꝙ ipa bt̄a virgo ſicut ⁊ chr̄s ſit reſuſcita/
ta ⁊ corꝑe ſimul ⁊ aīa gl'ificata ⁊ aſſumpta ī glo
ria ꝯſummata. Huius aūt fidem ꝯfirmādo. xij
rōnes ad numerū. xij. ſtellarū in corona bt̄e vir/
ginis poſſumus accipere quibꝫ beatiſſima v̄go
Maria gloriat̄ ſe corꝑe ⁊ anima aſſumptā in ce
lum tanq̄ꝫ. xij. ſtellis radiantibꝫ ad ꝓbandū. Ut
v̄o deuotius ꝓpter ſimpliciores q̄ magꝭ incitant̄
ad deuotionē ꝑ ſimplicē hiſtorice narratōis mo
dū q̄ꝫ ꝑ argumentoꝝ ⁊ rōnū ſubtiles apices ꝓ/
cedamꝰ: pie ⁊ deuote ꝯteplari poſſumus ꝙ hac
ipa die aſſūptiōis Marie deꝰ volēs ꝑ oīa hono
rare bt̄ām v̄ginē magnū ꝯciliū ſtatuit ſꝫ huma
ne imaginatōnis modū. Corā q̇ꝫ oībꝫ angelis ⁊

ſctis ꝓpoſuit dī. Ecce adeſt tp̄s q̄ aīa genitric' fi/
lij̄ dei ſoluta a corꝑe p̄miū vite eterne acceptura
in celeſti ſolio eſt collocanda. Quid igit̄ grē ⁊ bo
noris vob̄ videt̄ vt mee nūc conferat̄ genitrici ⁊
eiꝰ ſacratiſſimo corꝑi: in cuiꝰ vtero corpꝰ a ſpiri/
tuſancto formatū ⁊ aīam aſſūpſi: nouē menſib̄
requieui tāq̄ȝ in tabnaculo dignissimo. tandē ipſa
me peꝑit v̄go: ⁊ v̄gineo lacte vbere d̄ celo pleno
aluit: ⁊ caſtiſſimo ſuo amplexu fouit: deuotiſſi/
me miſtrauit: ⁊ in cruce mihi morieti aſtitit ⁊ cō/
paſſa extitit ⁊c. Tūc oēs ſcti ⁊ angeli ꝓcidendo
⁊ deū collaudādo dicere ceperūt Magnꝰ dn̄s ⁊
magna v̄tus eꝰ ⁊ ſapie eiꝰ nō ē nūerꝰ ps. cxlvj. et
illō Sap. ix. Tecū dn̄e ſapia q̄ nouit opa tua: q̄
⁊ affuit cū orbē terraꝝ faceres: ⁊ ſciebat q̄d placi
tū eſſet corā ocul' tuis. Ipa igit̄ tua ſapia infini/
ta ⁊ imeſa decernat ⁊ diffiniat: q̄ȝ iuſtū videt̄ ſer/
uis tuis ⁊ dignū vt ipa tua mr̄ oī honore ⁊ lau/
de digniſſima corꝑe ⁊ aīa gl'ificata ⁊ a dextr̄ tu/
is collocata tecū regnet in ſecl'a. Sic ḡ ab eterno
oīpotēs deꝰ decreuit ⁊ voluit eā corꝑe ſil' ⁊ aīa
aſſumere gl'ificatā. ſic etiaȝ voluit vt qlibet ordo
celeſtis p̄rie eā adoraret. honoraretq̄ȝ certā rōnē
ponēdo q̄ſi ſtellā in corona gl'ioſe v̄gis ꝓbante
⁊ declarantē eius dignā gl'am aſſumptōis

Primo ergo angeli poſuerunt primā ſtellam
que eſt ratio perfectiōis.

Secūdo primi parentes poſuerunt ſecūdam
que eſt ratio exemptiōis

Tertio ſancti patriarche poſuerūt tertiā: que
eſt ratio redundationis.

Quarto ſancti prophete quartā: que eſt ratio
prenunciationis.

Quinto diſcipuli q̄ntā: q̄ eſt rō miniſtratōis.

Sexto martyres ſextā: q̄ eſt rō appreciatōis

Septimo confeſſores ſeptimā: que eſt ratio
cōmenſurationis.

Octauo v̄gies octauā: q̄ eſt rō incorruptiōis.

Nono oēs electi nonā: q̄ eſt rō preelectōis

Decimo ſpūſſctus decimā: que ē ratio ſuper/
impletionis.

Undecio dei filiꝰ vndecimā: q̄ eſt rō vnionis.

Duodecimo dei patris potentia duodecimā:
que eſt ratio ꝑmagnificationis.

Unde in figura huiꝰ legit̄ Apoc. iiij. ca. ꝙ. xxiiij
ſeniores ꝑ q̄s oēs ſcti deſignant̄ adorabāt viuen
tē in ſecl'a ſecl'oꝝ. i. chr̄m: ⁊ mittebāt coronas ſu/
as an̄ thronū. i. btām v̄ginē: in q̄ chr̄s vt in thro
et mihi tuo in terrꝭ ſponſo tuá bñdictionē ꝓbeto ⁊ tue glorie participē facito. O quis ſufficiat. O q̄s valeat tāta gaudia enarrare? Undecimo ſuſceperūt btām ꝟginem ſancti noui teſtamēti: martyres: cōfeſſores: ꝟgines: ⁊ oēs electi: necnō diſcipuli dñi: inter q̄s ⁊ Stephan⁹ ꝓtomartyr: aliiq̄ꝫ nōnulli diſcipuli q̄ iā antea ad celū migrauerant: q̄ oēs vna voce dicebāt eā laudantes de oī ꝟtute atq̄ꝫ gl'ie ſumme ꝑfectiſſima poſſeſſiōe. Tu gloria noſtra: tu honorificentia ppl'i tui iſrl': tu leticia gentis noſtre bñdicta ſis: martyꝝ regina: ꝟginū corona: cōfeſſoꝝ ſtella: ⁊ oīm electoꝝ ac btoꝝ gl'ia. tu oib⁹ ꝟtutib⁹ adornata: oib⁹ meritꝭ ditata: oīmq̄ꝫ pmiis felicitata: per te habem⁹ oē bonū qđ habem⁹: grāꝝ ꝑ te dona. ḡ ꝑ te et ex te ac in te tuo filio Jeſu chr̄o laus ⁊ gl'ia. Duodecimo ſuſcepit btām ꝟginē ſctiſſima trinitas pater: filius: ⁊ ſpūſſctūs. in iubilo collocātes in regali ſolio ⁊ glorificātes: inuitādo dulciſſime: cōſolādo ſue diuinitatis viſiōe intima. Pater dicebat talia. Aue mea dilectiſſima filia añ mūdi cōſtitutionē ꝑelecta: vt ſis mihi ſponſa ⁊ toti⁹ mūdi regina. agnoſce me filia ꝑdilecta q2 ego tibi ꝑ angelum ſalutationē miſi: et vt filiū meū in vterū ſuſcipes ⁊ pareres ꝟgo mādaui. vt ꝑ carnem ex te ſumptā patiēdo mortē: gen⁹ humanū liberarē volui. Ueni ḡ ſponſa mea: veni de libano mūdicie: veni coronā regni accipe: et ponā in te thronū meū. i. glorie ſine fine. Itē filius dei dñs Jeſus q̄nta dulcedine: quanta iocunditate ipſam ꝑdulcē genitricē ſuā amplexabat̄ ⁊ oſculabat̄ dī. Ueni mr̄ ꝟgo pura mea dulcꝭ ⁊ amanda in cui filiꝫ gl'ioſa nūc habitacula. Nā tu mihi ſctiſſimo tuo ꝟginali in vtero dulcē manſionem tribuiſti cū me cōcepiſti ⁊ me hūana carne induiſti deū tuū ⁊ oīm: virgineis vberib⁹ me lactaſti: ⁊ amore materno decēter educaſti: ſed ⁊ oīs mee ꝑegrinatiōis comes extitiſti: et in paſſione mecū cōpaſſa ſuſtinuiſti. ḡ nūc vide tuū natū: me dei filiū hūanatū. cerne q2 ⁊ ego tibi diſpoſui ſicut et tu digniſſima meruiſti ſuꝑ oēs choros angeloꝝ ac ſctōꝝ thronū gl'ie ꝑꝑatū: vt fruaris ⁊ regnes vna mecū oī bono celeſtiū deliciaꝝ ⁊ gaudioꝝ. Et volo vt ſicut me regē oīm adorat ⁊ laudat cunct⁹ cet⁹ electoꝝ: ſic ⁊ te reginā cūctoꝝ creatoꝝ laudet ⁊ veneret̄ per hyꝑdulie cultū oīs eccl'ia ſctōꝝ in ſecula ſecl'oꝝ. Deniq̄ꝫ ſpūſſanctus cōmēdauit eā dī. Salue inq̄t bñdicta mater chr̄i ꝑelecta q̄ ſoluiſti mūdi delicta: tu es illa ſuꝑ quā ego req̄eui: ſeptiformi grā te repleui: in te ſuꝑueni ⁊ locū filio dei ꝑꝑaui ac de portione ſanguīs tui puri corp⁹ chr̄i ſanctiſſimū formaui: oib⁹ ꝟtutib⁹: donis: ⁊ gratiis te decoraui. et vt digna fores ſpōſa dei atq̄ꝫ mr̄ filiꝫ dī in bñdictionib⁹ dulcedinis te ꝑueni. vñ digne meruiſti vt oēs te adorēt electi ⁊ ꝑ te ſaluent̄ ſaluādi cuncti. Nūc igit̄ iocūdare ⁊ in ſctā trinitate deū vnū cōtēplare: et nobiſcū ſimul gaude felix ſine fine.

Tunc vtiq̄ꝫ ait Maria iuxta illđ Judith. xiii. ſcriptū in figura. Nunc inq̄t magnificata eſt anima mea ꝑ oib⁹ dieb⁹ vite mee. Magnificat ḡ anima mea dñm: et exultauit ſpūs me⁹ in deo ſalutari meo ⁊c. Sic ḡ patet q̄ꝫ iocūde tota trinitas ſuſcepit btām ꝟginem Mariā: et locauit ſuꝑ oēm hierarchiā angelicā in thronū digniſſimū ꝫ gl'ie coronatā oī pmio celeſtꝭ patrie. O de⁹ meus q̄nta ibi leticia angeloꝝ: q̄nta iocūditas ſanctoꝝ videntium facie ad faciem ipm̄ deum et dñm Jeſum chr̄m ingēti maieſtate glorioſum. O q̄ꝫ dulce: q̄ꝫ gaudioſum videre ibi dei matrē glorioſiſſimam: et cum ea poſſidere gl'iam ſempiternam: cum omnibus ſanctis depromere laudem diuinam ad Marie gloriam. O ſanctiſſima. O glorioſiſſima Maria: ꝑ tua merita fac noſ dignos illa ſuꝑna patria Amen.

Pars. III. libri decimi de ꝑeminenti ⁊ dignifica exaltatione ac coronatiōe Marie in aſſumptione.

Leuata ē magni-

e

ficētia tua ſuꝑ celos de⁹. ꝑſ. viii. Quibus in ꝟbis ipſa ꝟgo ſuꝑbñdicta cōmēdat̄ tripliciter a ſancto Dauid ꝓpha. Prio q̄dem cōmēdat̄ de gl'ioſa exaltatōe: cū dr̄. Eleuata eſt. Uere ipſa in hac die aſſūptiōis in ſummā gl'iam cū oīm celeſtiū ineffabili leticia eſt exaltata ⁊ eleuata. Et ideo ſicut dr̄ Bern. i ſer. de aſſūptione. Nec eſt illa dies preclara: dies vtiq̄ꝫ oib⁹ angeloꝝ ⁊ ſctōꝝ agminib⁹ feſtiua q̄ celoꝝ officinas noua leticia ⁊ gaudio repleuit. Et iteꝝ. Generationē inq̄t ⁊ Marie aſſumptionē q̄s enarrabit? Quantū em̄ grē adepta eſt ꝑ ceterꝭ hoib⁹: tantū etiam in celis obtinet glorie ſinglaris. Et ſi oculus nō vidit nec aurꝭ audiuit nec in cor hominis aſcēdit q̄ preꝑauit de⁹ diligētib⁹ ſe. q̄d ꝑparauit de⁹ gignenti ſe ⁊ plus oib⁹ diligēti? Felix plane Maria: felix celi regina ⁊ mūdi dñā: felix cum cōcepit ſaluatorē: felix cū excipit̄ a ſaluatore. Hec ille. Scđo cōmendat̄ de diuina magnificatione: cū dr̄. magnificētia tua de⁹. Nimirū magnificencia dei dicta eſt Maria merito et digne. q2 magnificentia ꝟſat̄ ⁊ eſt ꝓprie circa facta magna: vt hr̄. iiii. li. Eth. et nomē magnificentie hoc oſtēdit. ſed q̄m de⁹ oīpotēs ꝑ ꝟginē ⁊ in ipa ꝟgine fecit maxima facta ꝑ oib⁹ factꝭ ⁊ opib⁹ q̄ fecerat in mundo toto ⁊ facturus erat. Tū ex pte dei ipſi⁹. Tū ex pte ꝟginis matrꝭ ei⁹. Tum q̄ꝫ ex pte mūdi toti⁹. Nā ex pte dei loquēdo: nil mai⁹ fieri poterat q̄ꝫ ꝙ de⁹ eſſet hō: q̄ erat impaſſibilis: immortalis: incōꝑhēſibilis: ⁊ etern⁹ in ꝓpria ſua natura: fieret in natura ex ꝟgine aſſūpta paſſibilis: mortalis: temporalis. et quē celi capere nō poterāt: in vtero ꝟginali vni⁹ puelle caperet̄. Hinc Alb. in ſer. exclamādo dicit. O venter capacior celis: diffuſior terris: latior elemētꝭ

qui illum cõtinere valuit quẽ tot⁹ mũdus com-
p̄hẽdere nõ potuit: ꝛ q̄ trib⁹ digitꝭ molẽ terre ap-
pendit. Hec ille. Itẽ ex pte ꝟgis matris: dicente
Anſ. de cõcep. ꝟgiali. ca. xviij. Nil Marie excel
lẽti⁹ dari potuit q̄ꝫ ꝙ ꝟgo manẽs: deum de ſua
carne carnẽ factum generaret ꝛ mr̄ filij dei fieret
Deniqꝫ ex pte mũdi toti⁹: q̄d mai⁹ facere d̄o erat
q̄ꝫ ipam cõſtituere dñam vniuerſoꝝ quoꝝ ipſe
deus eſt dñs: vt ipam exaltaret ſup oia creata et
eſſet regina mũdi ꝛ dña angeloꝝ ꝛ hoim ac cre-
aturarũ oim celeſtiũ ꝛ terreſtriũ: vt dicere poſſit
illud Matth. xxviij. Data eſt mihi ois ptãs i ce-
lo ꝛ i terra ꝛc. Tertio btã ꝟgo cõmẽdat̃ in the
mate de ſumma dignificatione: cũ ſubdit̃: ſup ce
los. i. ſup omnẽ creaturã celeſtẽ: etiã angelicã. q̄a
ſup oẽs altioris glorie corona eſt ipſa dignifica
ta tanq̄ꝫ mr̄ dei p̄electa: meritis ꝛ pmijs pdicata
Vñ optime põt ipa dicere illð Eccl. xxiiij. Qua-
ſi cedrus exaltata ſum in libano. Qð põt eſſe ali
ud thema ꝓ iſta pte. Etem̄ in ptib⁹ Judee eſt q̄dã
mons q̄ vocat̃ libanus in q̄ repiunt̃ arbores ce-
dri dicte que ſũt altiſſime ſup oẽs alias arbores
Libanus aũt ſm Hiero. in interp̄tatiõib⁹ termi
noꝝ biblie interp̄tat̃ alb⁹ ꝛ candidus vl̃ cãdida-
tio. et ideo deſignat ſtatũ glorie celeſtꝭ vbi eſt p-
fecte candidatio ſeu albedo innocẽtie ꝛ puritatꝭ.
Vñ Joan. Apoca. vij. vidit illos celeſtes ciues
amictos ſtolis albis. In hoc ḡ monte Libano. i.
celeſtis glorie: btã ꝟgo eſt hodie ſup oẽs exalta-
ta q̄ſi cedrus altiſſima. quia chõo ꝓxima. Ideo
Hiero. in ſer. de aſſumptõne dicit. Hec eſt dies
p̄clara in q̄ dei mater meruit exaltari ſup choros
angeloꝝ ꝛ ꝑuenire vltra q̄ꝫ noſtre hũanitatis ẽ
natura: cũ eleuat̃ in dextram filij q̄ eſt in dextra
dei patris. Hec eſt inquã dies in q̄ vſqꝫ ad thro
ni celſitudinẽ intemerata ꝟgo ꝓceſſit atqꝫ in re-
gni ſolio ſublimata poſt chriſtum gl̃ioſa reſedit
Hec ille. Hoc igit̃ Dauid in ſpũ p̄uidens dixit.
Eleuata eſt magnificentia tua ſup celos deus.
De hac itaqꝫ gl̃ioſiſſima aſſumptiõe btẽ ꝟgis
acturi: tria myſteria in pñti pte cõtemplemur: q̄
ex p̄miſſo themate elici poſſunt.

Primũ de p̄eminẽtia ordinis ad quẽ eſt ꝟgo exaltata. hoc notat̃ ibi: Eleuata eſt.

Scðm de magnificẽtia honoris q̄ ipſa extitit aſſumpta. hoc ibi: magnificentia tua.

Tertiũ de corona btitudis q̄ ſup celũ eſt glorificata. hoc ibi: ſup celos.

Articulus. I. ꝙ btã Maria in glorioſa aſſum
ptione ſua debuit ad p̄eminentẽ ordinẽ exaltari
ſcꝫ in quartã hierarchiã ſup oẽm creaturã

Circa primũ my-
ſteriũ de p̄eminẽtia ordinis ad quẽ
eſt exaltata b. ꝟgo: vt agnoſcam⁹ q̄
eſt aſſumpta ꝛ q̄ꝫ ſublimiter exaltata ſup oẽs or-
dines ꝛ choros celeſtes Queſtio nobis occurrit
ſatis edificatoria iſta: Utruꝫ btã virgo Maria
debuerit ſup oẽs ordĩes celeſtes exaltari vt ipſa
ſit aſſumpta in q̄rtam hierarchiã ſup oẽm crea-
turã humanã ꝛ angelicã que ſit propria ſoli be-
ate virgini ꝛ nulli alteri poſſit cõicari: Et potes
obijcere ꝙ nõ videt̃ quõ hoc debuerit vel licue-
rit fieri. Primo: q2 nõ videt̃ conuenire autori
tati ſc̄pture. q2 de Judith in figura btẽ ꝟgis ſcri
ptũ eſt ca. eiuſdem. xiij. Subueniſti ruine nr̃e in
conſpectu dñi. ſed ruina tm̄mõ fuit in illis trib⁹
angelicꝭ hierarchijs. ḡ ꝛ reſtauratio et ſubuẽtio
debuit fieri tm̄mõ ĩ illas tres hierarchias ange-
licas. et ꝑ cõſeq̄ns dña nr̃a debuit locari in aliq̄
triũ dictaꝝ hierarchiaꝝ. vicꝫ in ſupma: et nõ ſu-
pra dictas hierarchias vt eſſꝫ q̄rta ponẽda. Itẽ
Lu. xv. ſaluator in ꝑabola de reꝑatõe generꝭ hu
mani dixit: ꝙ drachma decima eſt inuẽta q̄ fue
rat ꝑdita. ḡ tm̄ in id debuit fieri reſtitutio ex q̄ fa
cta fuit ꝑditio ꝛ caſus. ſed hoc tm̄ ex trib⁹ angeli-
cis hierarchijs fuit. ḡ ꝛc. Scðo q2 nõ ꝯuenit
hoc rõni theologice. Nam ſcẽ trinitatis veſtigi
um manifeſtat̃ in oibus creaturꝭ ſm plus ꝛ mi-
nus: vt dr̄ in. j. ſniaꝝ. Marie ãt debuit h̄ veſti-
giũ trinitatꝭ relucere in beatꝭ ꝛ angelis: coꝙ ꝓxi
miores ſunt deo. vt ſicut tres ſunt ꝑſone diuine
ita tres tm̄ ſint angelice hierarchie. et ſic ter tri-
ni. i. nouẽ ordĩes angeloꝝ ſunt ad q̄s aſſumunt̃
hoĩes. ḡ ſequit̃ ꝙ ſicut in deo nõ põt eſſe q̄rta ꝑ-
ſona: ita in celis nõ põt eſſe quarta hierarchia.

Tertio: q2 hoc repugnat ordini nature. q2 na
turaliter hierarchia huana eſt ſub angelica Vñ
dr̄ Diony. Cõſtat naturã hũanã angelice eſſe na
turaliter ſubiectã. et q̄m naturalr̃ ſicut ſe habet
angelus ad angelũ: ita hõ ad hoiem. Et ideo ſic
decebat inter angelos vt ipſe p̄mus angel⁹ qui
erat inter oẽs ñ ſolũ ruẽtes: ſedetiã ꝑſiſtẽtes no-
bilior ꝛ dignior: vt vult mgr̃ in. ij. ſen. diſt. vj. nõ
eſſet in ꝓpria ſibi ſoli hierarchia: ſed ĩ ſupma an-
gelica: vtpote pura creatura lꝫ nobiliſſima: Ita
repugnat ordini nature vt pura creatura huma
na ſicut ẽ btã ꝟgo Maria p̄ferret̃ nõ ſolum ſu-
ꝑ oẽm creaturã hũanã ſedetiã angelicã. ſed ſuffi
ciebat vt ipſa pura hõ lꝫ nobiliſſima ꝛ excellẽtiſ-
ſima ſup oẽs puros hoĩes exaltaret̃ in locũ p̄mi
angeli nobiliſſimi: vt ſic in angelica hierarchia
eſſet ipſa ſup oẽs angelos ꝛ hoĩes: et non exalta
ret̃ ad p̄eminentiã q̄rte hierarchie que purarum
creaturaꝝ tranſcẽdit hierarchias: cum ꝛ ipſa be
ata ꝟgo pura creatura eſt hũana: non deo vnita
Secus eſt autẽ de chr̃i hũanitate: q2 illa eſt deo
vnita. Sed in cõtrariũ ẽ qð canit eccl̃ia. Exal
tata eſt ſancta dei genitrix ſup choros angeloꝝ
ad celeſtia regna. Et huic veritati cõcordant plu
res autoritates figuraꝝ in ſcp̄turꝭ. Primo nẽ
pe Geñ. vij. legit̃ ꝙ aq̄ eleuauerũt arcã in ſubli-
me a terra: ita vt ſup oẽm montẽ eleuaret̃. Hec
ibi. Accipe ꝑ arcam beatã Mariã in q̄ chr̃s ve-
lut in arca q̄euit: que q̄dem ſup oẽm montẽ. i. ſan

ctorum angeloꝝ ordinem eleuata eſt. Huic concordat qḋ Dauid dicit. Aſtitit regina a dextrꝭ tuis in veſtitu deaurato circũdata varietate. Et illud .iij. Reg. ij. ſcriptum. Poſitꝰ eſt thronus matri regis a dextris regis ⁊ ſedit iuxta eũ. Deniqꝫ ſcribit Ezech. ca. j. ꝙ vidit thronũ ſapphyrinũ ſuꝑ firmamentũ. Nã btã ꝟgo thronꝰ eſt ſapphyrinus. qꝛ in ea tanqꝫ in ſede ſapphyrina .i. celeſtis puritatꝭ ⁊ coloris etherei q̃euit dñs Jeſus. etem̃ ſapphyrus etherei eſt coloris. Hunc itaqꝫ thronũ ſapphyrinũ .i. beatã Mariã dei matrem vidit ꝓpheta eleuatã ſuꝑ firmamentũ .i. ſuꝑ altitudinẽ oĩm ſctõꝝ ⁊ celeſtiũ ſpirituum in glĩa cõfirmationis. vñ patet ꝓpoſitũ. Ad q̃ſitũ igiꝰ reſpõdẽdo poniꝰ cõcluſio q̄ ipſam beatã ꝟginẽ Mariã oportuit ⁊ decuit exaltari ſuꝑ oẽm creaturã: nõ ſolũmõ humanã ſedetiam angelicã in quartã hierarchiã vicꝫ ipſi virgini ꝓpriã. Hec aũt concluſio oſtẽdiꝰ quadruplici rõne: quarũ rationũ alique ponunꝰ ꝑ Alber. ſuꝑ Miſſus eſt. ca. ccij. Alie ꝟo per alios.

Prima dꝛ ratio dignitatis.
Scḋa diciꝰ ratio maternitatis.
Tertia dꝛ ratio vnitatis.
Quarta dꝛ ratio ſanctitatis.

Prima itaqꝫ dꝛ rõ dignitatis. qꝛ btã ꝟgo cũ ſit mr̃ dei plus diſtat a ſeraphin in dignitate ⁊ gloria q̄ꝫ diſtet ſeraphin ſuꝑ cherubin: vl̾ cherubin ſuꝑ thronos. ⁊ ſic ꝯſeq̃nt: q̄ꝫ etiã diſtẽt angeli ſuꝑ homĩes. Nã improportionabil̾r magꝭ differt dñs a ſeruo: q̄ꝫ ſeruꝰ a ſeruo q̃ ad dignitatẽ. Sꝫ q̃niã ſic ſe habet ſeraphin ad cherubin: et cherubin ad thronos: et quilibet angelus ad alteꝝ: ac ſanctꝰ ad ſctm̃: vt ſeruꝰ ad ſeruũ. Dña aũt ꝟgo .ſ. btiſſima Maria vt regina oĩm dñaqꝫ angeloꝝ et hoĩm ac imꝑatrix. ꝰ ipſa improportionabiliꝰ debuit eſſe ſuꝑ ſeraphin magꝭ q̄ꝫ ſit ſeraphin ſuper cherubin. et ꝑ ꝯſeq̃ns multo fortiꝰ in alio ordine vel hierarchia ſuꝑ ſeraphin tanqꝫ digniſſima oĩm dña ⁊ regina. Hinc Augꝰ in ſer. ait. Tibi dña thronus glĩe regꝭ debeꝰ: te ipſe rex glorie vt matrẽ verã ⁊ decorã ſpõſam ⁊ p̄ oĩb; diligẽs amplexu aſſociauit ſibi. Gaude igiꝰ et letare ſine fine. Hec ille. Que autoritas in p̄cedenti pre poſita eſt ⁊ deducta ad ꝓpoſitũ ꝫm Alb. vt patuit ibidẽ art. j. ca. iij. Scḋa dꝛ rõ maternitatis. qꝛ cũ btã virgo ſit mater regꝭ oĩm ⁊ ſũmi dei qui eſt creator cũctoꝝ: ex gratuita ergo lege apte conſtat ꝙ ſit in ſede regia ſuꝑ oẽs ordĩes miniſtroꝝ ⁊ militũ .i. angeloꝝ ⁊ ſctõꝝ agminũ collocanda: ꝑ ſe implẽs ⁊ cõtinẽs vnum integꝝ ac totalẽ ſtatũ cui ꝫm rectã rõnem altera ꝑſona ꝯgrue non põt addi. Nã ipſe ſtatꝰ maternitatꝭ diuine ex ſui rõne ꝓpter dignitatẽ incõicabilẽ exigit vnitatẽ Sicut enĩ nullatenꝰ decet eſſe plures chriſtos: nec deũ pluries hũanari: ſic nullo mõ decet filiũ dei niſi vnã matrẽ hĩe. Vñ qꝛ btã virgo eſt electa in matrẽ dei q̃ dignitas trãſcẽdit oẽm dignitatẽ miniſtroꝝ ⁊ famuloꝝ. qꝛ materni amoris eiꝰ affectꝰ quo ferꝰ in deũ vt in ſuũ filiuꝫ realẽ: a nullo alio participari põt. Jdcirco ꝑut dꝛ Heb. j. Sicut filius dei Jeſus ſedet ad dextrã maieſtatꝭ in excelſis: tanto melior angelis effectꝰ q̃nto differentiꝰ nomen pre illis hereditauit. Sic ⁊ mr̃ dñi Jeſu btã Maria tanto melior angelis eſt effecta: q̃nto p̄ oĩb; creaturis hereditauit digniſſimũ matris nomẽ. Vñ in celeſti glĩa oĩb; p̄ferri debuit ordinib; angeloꝝ. Tertia rõ dꝛ vnitatꝭ. qꝛ beatiſſime ꝟginis ⁊ eiꝰ filij vna ⁊ eadẽ eſt natura: vna caro chr̄i ⁊ ꝟginis nõ cõſiderata in chr̄o diuinitate eiꝰ. Et qꝛ locꝰ debet eſſe ꝓportionatꝰ locato: ex. iiij. Phyſic. ꝰ ſicut digniſſimo regi chriſto digniſſimꝰ debeꝰ locꝰ glĩe ſuꝑ oẽs angelos ⁊ ſanctos: ita digniſſime eius matri vt ſit ſuo filio loco ⁊ merito viciniſſima debeꝰ ſuper oẽs angelos ⁊ ſanctos illa ſedes regia ⁊ glorioſa corona. Qḋ etiã Hiero. innuit in ſer. de aſſumptione ſic inq̃ens. Nec in mũdo dignior locus fuit ꝟginalꝭ vteri templo in quo dei filium Maria ſuſcepit Nec in celis ſublimior regali ſolio q̃ Mariam Marie filiꝰ ſublimauit. Hec Hiero. Quarta rõ dꝛ ſctitatꝭ. qꝛ q̃nto q̃s altioris eſt ſanctitatis: tãto ad ſublimiorẽ gradũ ⁊ ſtatum glĩe mereꝰ ⁊ debet exaltari. Sed btã ꝟgo p̄ oĩb; angel̾ et ſanctis poſt chr̄m altioris extitit ſctitatis improportionabiliter. ꝰ p̄ oĩb; debuit exaltari. Huius grã q̃rere potes q̃liter q̃s poſſit mereri ⁊ facere vt ſit altioris ſctitatꝭ: et ꝑ cõſeq̃ns mereaꝰ ſublimioris glĩe gradum in celis. Rñdeꝰ ꝙ ex ſacra ſcṗtura ⁊ theologoꝝ ſnĩa q̃druplex de hoc repiꝰ ſctitatꝭ regula: ꝫm q̃s etiã ipa btã ꝟgo agnoſcꝰ fore ſctitate altiſſima: atqꝫ p̄mio glĩe ſuꝑexaltata in illa celeſti patria.

Prima regula dꝛ humilitatꝭ
Secunda dꝛ puritatis.
Tertia dꝛ charitatis.
Quarta dꝛ gratioſe laborioſitatꝭ.

Prima itaqꝫ eſt reglĩa hũilitatꝭ quã dedit ſaluator Mat. xxiij. dicẽs. Oĩs q̃ ſe hũiliat exaltabiꝰ. Ex q̃ habeꝰ ꝙ q̃cũqꝫ ſeip̄m magꝭ hũiliat: magis exaltabiꝰ. et q̃ maxie ſe hũiliat: ſũme exaltabitur. iuxta illã topicã .ij. Topic. Sicut ſimpl̾r ad ſimpliciter: ſic magꝭ ad magis: ⁊ maximũ ad maximũ. Hinc qꝛ chr̄s hũiliauit ſeip̄m vſqꝫ ad mortẽ crucꝭ: ꝓpterea exaltauit deꝰ illũ ⁊ dedit illi nomẽ qḋ eſt ſuꝑ oẽ nomẽ: vt in noĩe eiꝰ oẽ genu flectaꝰ ⁊c. Phil̾. ij. Scḋa regula puritatꝭ q̃ ponitur Sap. vj. Jncorruptio facit ꝓximũ deo. ergo maior ⁊ maxima incorruptio facit magꝭ ⁊ maxime ꝓximũ deo. Vñ Matth. v. Beati mundo corde: qm̃ ipſi deũ videbũt. igiꝰ magꝭ ⁊ maxime mundi: magꝭ ⁊ maxie videbũt. in qua dei viſiõe eſſentialis gloria cõſiſtit. Tertia regula charitatis cui ꝫm doctores correſpõdet p̄miũ eſſentiale et in q̃ oĩs lex pendet ⁊ ꝓphete. Vñ Prouerb. ca. viij. Ego diligẽtes me diligo. ꝰ plus diligentes

me: plus diligo. ꝛ ſic ſūme diligētes: ſūme dili/
gunt a deo. ſ. ad ſummū bonū glīe ſūme. Ple/
nitudo ꝗ̄ ꝑpe legꝭ ꝛ omnis ſctitatꝭ eſt dilectio ſm
aplm Rhom. xiij. Quarta regula gratioſe la
borioſitatꝭ. qꝛ q̄nto ꝗs in gr̄a ampliori labora/
uerit ampliꝰ: tāto q̄ſq; ꝓpriā mercedem accipiet
ſm ꝓpriū laborē: dicēte aplo. j. Cor. iij. Ex quo
itaq; btiſſima dei genitrix vgo Maria fuit ſu/
per oēs angelos ꝛ ſctōs hūilitate ꝑdita: ꝑ quā ꝛ
angelis ꝛ ſctis inuenit reſtauratiōnē. Iuxta qd
ipſa teſtata eſt. Reſpexit inq̄t deus hūilitatē an/
cille ſue: Ecce em̄ ex hoc btām me dicēt oēs gene
ratiōes. i. ſanctoꝝ ꝛ ſeculoꝝ atq; angeloꝝ. Ecce
ꝗ ꝑ hūilitatē meruit ſummā diuine acceptatōis
reſpectionē ꝛ p̄ oīb ſctis p̄eminentē btificatiōez.
Item ipſa fuit ſuꝑ oēs puriſſima tanta purita/
te q̄ maior ſub deo neq̄t intelligi: teſte Anſ. li. de
cōceptu vginali. Preterea ſuꝑ oēs extitit chari/
tate plena. qꝛ maternꝰ eiꝰ amor icōꝑabilr trāſcē/
dit oēs alias rōnes amoris in deū poſt illā cha/
ritatē q̄ eſt in aīa chr̄i qua. ſ. fertur in deū reali/
ter tanq; in ꝓpriā ꝑſonā ꝓpter vniōem Deniq;
ipſa vgo btā in ampliſſima gratie plenitudīe la/
borauit ꝗ ad vixit continue in bono oꝑe. Unde
Hiero. in ſer. de aſſumptione dc. Bene inq̄t ipſa
ſalutat gratia plena. qꝛ ceterꝭ q̄dē per ꝑtes p̄ſta/
tur: Marie vo ſe ſimul infudit tota gr̄e plenitu
do. ſ. que fuit in chr̄o q̄q; aliter ꝛ aliter. qꝛ i chri/
ſto fuit plenitudo gratie ſicut in capite influente
In Maria vo ſicut in collo trāſfundēte. Meri
to igit ipſa ſuꝑ oēs angelos ꝛ ſctōs exaltari de/
buit: que q̄dem ſuꝑ oēs ordines inferiores im/
proportionabiliter gr̄a ꝛ glīa plena eſt: et oī vir/
tute ſanctitatꝭ p̄fulgida regnat glorioſa ſuꝑ oēs
etiam ſimul vl diuiſim ſumptos ordines. Et ſi
dubiū tibi occurrat quō tānūeroſa beatoꝝ mul
titudo minꝰ habeat ſiml vel diuiſim q̄ hec vna
virgo. Rn̄det ſm Bern̄. de Senis: in ſermone
de aſſumptiōe: ꝙ hec multitudo numeroſitatis
nil facit ad rē maioritatꝭ glīe eſſentialis vel ſub/
ſtantialis qꝛ in ſpūalib idem maiꝰ qd meliꝰ re/
putat. vn̄ plus de ſubſtātiali glīa eſt in vnico ſe/
raph q̄ ſit in oīb inferiorib ordinib angeloꝝ:
etiāſi ꝑ impoſſibile mltiplicarent in infinitum.
ſicut exempli gr̄a. Quicq̄d pn̄t inferiores ordines
eccliaſtici: poteſt etiaz ſacerdotalis gradus ꝛ in/
cōparabiliter plus. ſicut eps ſuper ſacerdotes:
et papa ſuꝑ epos. Nec q̄ntūcunq; multi inferio/
res pn̄t qd pōt ſacerdos. Sic ꝛ in gradib glo/
rie infinita dei ſapīa ordinauit. Nam ſm Aplm
Rho. j. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea
que facta ſunt intellecta conſpiciunt. Un̄ cū glo
ria matris dei ſuꝑat omnē creaturarū inferioꝝ
ordinē: ſequit ꝙ p̄ponderat oīb ſimul. q̄a teſte
Diony. ſuꝑiores ordines p̄cellētiꝰ habent omni/
um dona ordinū iferioꝝ in celeſtib hierarchijs
ꝛ ordinib. Et ſic patet. Ad illa aūt obiecta p̄n
cipalia in contrariū Reſpōdet Ad Primū ſm
Alber. ꝙ hoc non cōtrauenit autoritati ſcriptu
re. qꝛ mater dei ſubuenit ruine angelice ꝑ hoīes
cōmuniter reſtaurande: vt ſic decima drachma
inuēta ſit. i. humana natura per ꝑtm̄ cōmūiter
ꝑdita ꝛ ad choros angelorū reducta. Nam rui/
na angelica ſufficiēter reſtaurat ex hoīb cōmu/
nib. Beata vo dei mater ex q̄ eſt ſuꝑ angelos et
homīes vtpote dei mr̄: debuit ſuꝑexaltari Ad
ſecundū dicendū ſm Bonauē. ſuꝑ. ij. diſt. ix. q.
vij. ꝙ ſicut p̄uilegium ſpeciale nō eſt reducendū
ad legem cōem: ſic ſingularis p̄rogatiua que eſt
in btā vgine non eſt nūeranda cū ordinū diſtin
ctione que eſt ſm legē cōmunē in trib hierarchi
is angeloꝝ in q̄bus relucet veſtigiū trinitatis.
Deniq; ſic non pōt eſſe q̄rta ꝑſona diuīa: ita
nō ꝯuenit ponere quartā hierarchiā angelicam.
Non tn̄ obſtat dei matrē ex ſinglari p̄rogatiua
ponere in ꝓpria ſuꝑ oēs hierarchias. qꝛ ꝑ h̄ non
tollit rep̄ſentatio ſumme trinitatis ab angelicꝭ
ſpiritib. Nimiꝝ pro vero tenet ſm Bonauen.
vbi ſ. ꝙ etiāſi angeli nō cecidiſſent: ad eorundez
ordines aſſumerent hoīes ſicut nūc aſſumunt:
lz differēter. qꝛ illa aſſumptio eſſet hoīm beatifi
catio ſolum. nunc aūt eſt hoīm beatificatio ꝛ ru/
ine angelice ꝑ q̄ndam equalentiaz reꝑatio. Itē
preter nouem ordines angeloꝝ ponit decimus
ordo hoīm infra oēs angelos: eoꝝ. ſ. qui in vita
iſta non meruerūt vt exaltent ad ordines ange/
loꝝ: ſed meritꝭ chr̄i ſaluati: tenent gradū decimū
ſm Bonauen. ꝛ alios plures cōcor. Et tn̄ ꝑ hec
nō tollit exp̄ſſa rep̄n̄tatio trinitatis ab angelicis
ſpiritib. Ita in ꝓpoſito ponēdo dei matrē ſupra
omnes in q̄rta hierarchia ꝓpria ſibi: nō tollit ab
angelis rep̄n̄tatio trinitatis. Ad tertiū dicēdū
ꝙ beata Maria eſt exaltata ſuper omnes ange
los: non q̄dem ſm ordinem nature: ſed ꝑ gratiā
ſingulariſſimā. Nec ſufficiebat ipſam in ſede p̄/
mi angeli collocari: lz foret pura creatura Sed
quia inq̄ztum eſt mater dei habet aliquid excel/
lentiſſimū pre oīb improportionabiliter: ideo
debuit ſingulariter exaltari in glīa q̄ pre cunctꝭ
ſingulariſſimū q̄d adepta eſt in gratia: vt patuit
ex rōnib adductis. O igit pie deus q̄ miſericor
diter nobis hoīb abūdantiā tue bonitatꝭ exhi/
buiſti cum in vtroq; ſexu nos angelis p̄exaltaſti
ſcz in chr̄o ꝛ eiꝰ mr̄e: viros ꝛ mulieres nobilitan/
do. O Ieſu bone q̄ ſic nos dignatꝰ es magnifi/
care tua ineffabili bonitate ſaltē ꝓpter matrꝭ tue
merita digneris btificare.

Articulus. II. de magnificētia honoris qua
aſſumpta eſt btā virgo

Q Iantū ad ſecun
dum myſteriū p̄ncipale de magnificē
tia honoris q̄ btā vgo eſt in celū aſſū
pta Notandum ꝙ q̄druplicis honoris magni/
ficentia ipſa eſt aſſumpta.

Primo qꝛ cũ corꝑis ꝑfecta glorificatione
Scḋo qꝛ cũ btõꝝ honorãda aſſociatiõe.
Tertio quia cum totius curie celeſtꝭ iocũda exultatione
Quarto quia cum angelorũ laudedigna admiratione.

Primo itaqꝫ aſſumpta eſt btiſſima ꝟgo Maria cũ corꝑis ꝑfecta glĩficatiõe. Et iſte honor eſt ꝑmagnific⁹ ⁊ altioris ſtat⁹. qḋ ſic declarat̃. Nimirũ inueniunt̃ ſcti in q̃druplici varietate ⁊ gradu honoris ꝓuchi poſt mortẽ in celũ ſm theologoꝝ ſniam. Primo gradu ſunt q̇dã q̇ ſic ĩ celũ vadunt ꝙ cũ decedũt aliq̇d purgabile ſecum adducũt q̇ vicꝫ ꝑ ignẽ ⁊ penas purgatorij ſatiſfaciũt: et ſic purgati in celũ aſcẽdũt. Et hic g̃dus eſt cõiter plĩmoꝝ in q̃cũqꝫ genere hoim electorũ: coꝙ in multꝭ delinquunt oẽs: teſte ſcriptura Etem̃ ſine venialib⁊ pctĩs vitã pñtem ducere cõmuniter hoĩes etiã electi ⁊ ſancti nequeũt. ꝓpter qḋ .j. Joan. j. Si dixerim⁹ qꝛ pctm̃ nõ habem⁹: noſmetipſos ſeducim⁹: ⁊ veritas in nob nõ eſt. Venialia ꝟo hñt in purgatorio puniri: niſi aliunde ſit in hac vita ſatiſfactũ. Ve igit̃ ⁊ ve oĩb⁊ in mortali pctõ decedentib⁊. qꝛ tales nõ tꝑali pena purgatorij: ſed eterno igne gehenne puniẽdi ſunt in inferno inferiori. O q̃ deus meus q̃ntũ deberent hoĩes feſtinare ad cõuerſionẽ ne ad eternam ſubito ꝑ mortem raperent̃ cruciationem.

Scḋs gradus eſt eoꝝ q̇ ex hac vita decedunt ita purgati vt nullũ cremabile ſecũ portent: ſed ſubito in celũ euolent. De q̇b⁊ Apoca. xiiij. Bti mortui q̇ in dño moriunt̃: qm̃ requieſcũt a laborib⁊ ſuis. qḋ intelligit̃ de euolantib⁊. qꝛ qui vadunt ad purgatoriũ nõ requieſcũt a laborib⁊: imo penas maiores hñt q̃ꝫ h dũ purgant̃. q̇a ignis purgatorij ſuꝑat oẽm penã hui⁹ mũdi: vt patet xxv. diſt. Qui in aliud ſeculũ. Et de pe. diſt. ij. c. vi. et ꝟbis bti Aug. Et hic gradus eſt ſatꝭ paucoꝝ. quia ⁊ ſcti viri q̇ h claruerũt miraculis viſi ſunt in penis purgatorij fuiſſe: vt pcipue refert Greg. in. iiij. li. dialogoꝝ de Paſcaſio: qui cum vir foret mire ſctitatꝭ ⁊ ꝟtutis adeo ꝙ cum eſſet defunct⁹ ⁊ dalmaticã feretro ſuꝑpoſitam demoniac⁹ tetigiſſet: ſtatim ſanat⁹ eſt. Attñ poſt mltũ tꝑis German⁹ Capuan⁹ eps eũ vidit in loco penali. Et tales ſancti plures legunt̃: vt ſctũs Seuerin⁹ Colonieñ. archieps. et ſctũs Henric⁹ imꝑator. ſctũs Stephan⁹ rex: ſm aliquoꝝ opinionẽ. et alij. Terti⁹ gradus eſt eoꝝ q̇ poſtq̃ꝫ deceſſerunt corꝑe ⁊ aĩa iam in glĩam ꝑuenerunt añ generalẽ reſurrectionẽ: ſicut de chõ hoc certũ eſt. qꝛ eſt articulus fidei. Sed de ꝟgine glĩoſa pie credit̃ ab oĩ eccleſia ⁊ a doctorib⁊ aſtruitur Multi etiã theologoꝝ putãt h de Joãne euangeliſta. ſed ⁊ de illis patrib⁊ q̇ ſurrexerũt cũ chõ plurimoꝝ doctoꝝ opinio ẽ. Vñ hic gradus honoris eſt altior ⁊ melior atqꝫ ꝑpaucoꝝ. Quartus gradus adhuc potior ⁊ optim⁹ eſt eoꝝ qui poſt deceſſum ⁊ reſuſcitationẽ glĩoſam ſũt exaltati in altiſſimo ſtatu glĩe ſuꝑ oẽm purã creaturã. Et hec eſt magnificẽtia honoris ſinglarꝭ chrĩ ac btiſſime ꝟginis matris ad magnificentiã ſedis regie ſuꝑ oẽm creaturã ſublimatoꝝ: vt chriſtus dñs rex oim ⁊ ei⁹ glĩoſa mr̃ regina cũctorũ ab vniuerſis vt decet adorent̃. Q̃ aũt btã virgo corpore ſimul glorificato ſit aſſumpta in celum: pie credit ecclĩa. Qḋ q̇dem multi ſctõꝝ non ſolũ aſtruũt: ſedetiã ꝓbare multis rõnib⁊ moliũtur aptiſſime: vt patet ꝑ .xij. rõnes in ṗma pte. ar. iij. deſcṗtas in hocipo li. x. q̃s rõnes colligim⁹ ex dictis ſcõꝝ Bern. atqꝫ Aug. Damaſceniqꝫ in ſuis ſermonib⁊: ⁊ alioꝝ cõcorditer id dictantiũ ſm piam fidẽ toti⁹ ecclĩe. Q̃ ſi dicas. Tñ Hiero. i ſer. de aſſumptõe dr: ꝙ de corꝑali inq̇t Marie aſſũptione eccleſia poti⁹ eligit pie dubitare q̃ꝫ aliq̇d temere diffinire. Rñdet̃ ꝙ in ſequentib⁊ verbis eiuſdem ſermonis idem Hieron. credendũ eſſe ſic approbat dicens. Si non deſunt q̇ dicunt in his q̇ cũ chõ ſurrexerunt ꝑpetuã reſurrectionẽ iam eſſe cõpletã: et nõnulli credũt cuſtodẽ virginis Joãnẽ in glorificata carne gaudere cũ chõ: nec nos de btã Maria factum abnuim⁹. Hec Hiero. Ecce q̃ certũ eſt ſm piã fidẽ eccleſie ipſã fore reſuſcitatã ⁊ ꝑfecte glorificatã. Sed q̃rit̃ qñ fuerit reſuſcitata. Rñdet̃ ſm Antoñ. floreñ. in ſũma. pte. iij. ꝙ hoc ignorat̃. Aliq̇ em̃ dicũt ꝙ ipſa eadẽ die poſt ſepulturã eius: q̇ dies eſt. xviij. kal̃. ſeptembris: ſm Hiero. Alij dicunt ꝙ ſit reſuſcitata tertia die poſt mortẽ ad ſilitudinem filij ſui. Alij aũt q̃dragesimo die: ꝓut legit̃ in reuelationib⁊ btẽ Eliſabet ſibi a btã virgine fuiſſe reuelatũ ꝙ .xl. die poſt ſui dormitionẽ reſurrexerit.

Scḋo aſſumpta eſt btã ꝟgo magnifice. qꝛ cũ btõꝝ honoranda aſſociatiõe: qm̃ ipſe dñs ieſus et totus militie celeſtis exercitus eidem obuiam veniunt: et ſummo cum honore cum laudib⁊ et cãticis vſqꝫ ad thronũ glĩe eam ꝑduxerũt. Si em̃ btõ Martino occurrit angeloꝝ ⁊ ſanctoruꝫ multitudo: vt canit ecclĩa: multo magis btẽ virgini: vt etiã teſtat̃ Hiero. in ſer. de aſſumptione ita dicens. Quis illud cogitare ſufficiet q̃ꝫ glorioſe hodie mundi regina ꝓceſſerit: q̃nto deuotionis affectu tota in ei⁹ occurſum celeſtiũ legionũ ꝓdierit mltitudo: q̃ntꝭ ad thronũ canticꝭ ſit deducta: q̃ꝫ placido vultu: q̃ꝫ ſerena facie: q̃ꝫ diuinis amplexib⁊ a filio ſit ſuſcepta ⁊ ſuꝑ oẽm creaturã exaltata. Hec ille. In hui⁹ figurã legit̃. ij. Regũ vj. ꝙ Dauid deduxit arcam in hieruſalem cum ſeptem choris ⁊ innũera multitudĩe hoim cum ſumma leticia. Iſta arca eſt beata ꝟgo quã chriſtus per Dauid figurat⁹ detulit in celeſtem hieruſalem cũ ſeptem differentijs ſanctoꝝ ſiue choris. Primus chorus fuit patriarcharũ: inter quos ṗcipue fuere Adã ⁊ Eua: Noe: Abraam: Iſaac: Jacob ⁊c. Scḋs fuit chor⁹ ꝓphaꝝ: int̃ quos Moyſes Dauid Eſaias Hieremias ⁊c.

Tertius chorus fuit martyꝝ: inter quos fue-
re Stephanꝰ: Joannes baptiſta: Machabei: ⁊
ſancti Jnnocētes q̃ dicunt̄ martyꝝ flores. Uꝫ
apl'os nō cōnumero. qꝛ adhuc in hac vita poſiti
erant ⁊ necdū in celeſtē patriā ꝑuenerant: q̃ qui-
dē oēs dormitōi btē ꝟginis ⁊ ſepulture aderāt:
vt dr̄ Diony. ⁊ ſcm̄ corpꝰ reuerēter ſepelierunt.

Quartꝰ chorus btōꝝ fuit cōfeſſoꝝ: int̄ quos
Symeō: Joachim: Joſeph ⁊c. Quintꝰ chorꝰ
ſctāꝝ ꝟginū ⁊ mlr̄ieꝝ: inter q̄s ſctā Anna mater
ipſiꝰ btē ꝟgis: ſctā Eliſabeth mr̄ Joānis bapti-
ſte: ⁊ altera ſctā Anna filia Phanuel q̃ in tp̄e pu-
rificatiōis ꝟgis chr̄m dn̄m agnoſcēdo ⁊ lauda-
uit ⁊ cōfeſſa eſt. Sextꝰ chorus btōꝝ cōmuni-
um: inter q̄s erāt anīe q̃ ꝓtūc euolare debebāt in
celū. Nā ſm̄ Fran. maro. credit̄ ꝙ q̄libet die ali-
que aīe de h̄ mūdo in celū euolant. et etiā ꝙ om̄i
die aliq̃ anīe de purgatorio q̃ viꝫ iā purgationē
ſuam expleuerūt aſcēdūt. et ille oēs in comitiua
ꝟginis gaudētes in celū aſcēderūt. in q̄ quidem
ſexto choro oīm taliū ſanctoꝝ anias cōnumera-
mus. Jn hoc etiā choro fuere multe aīe electo-
rū cōmuniū diuerſi ſtatꝰ. viꝫ matrimonialis:
vidualis: et cōmunis ſtatꝰ virginalis: q̃ a princi-
pio mūdi in fide ſctā: ſpe: ac charitate deceſſerāt.

Septimꝰ chorus innūerabiliū angeloꝝ: int̄
q̄s erāt Michael: Gabriel: oēs q̄ꝫ chori angelo-
rū: archāgeloꝝ: ꝟtutū: poteſtatū: ṗncipatuū: do-
minationū: thronoꝝ: cherubin: ſeraphin ⁊c. qui
oēs occurriſſe btē ꝟgini credunt̄. Un̄ in ſermōe
qui intitulat̄ Gregorio magno. Glorificemus
inq̇t ꝟginē quā hodie ꝑadiſus excepit gaudēs:
quam angeli cū laudib; ꝓſequunt̄: quā archan-
geloꝝ chorꝰ venerat̄: quā martyres beatificant
candidati: quā ſctōꝝ cōfeſſoꝝ ſtolatꝰ cōcelebrat
numerꝰ: cui hodie ſctāꝝ ꝟginū cū ſuis palmis
victricib; exultās occurrit exercitus. Hec ibi.

Sed circa h̄ queſtio occurrit: Quō hoc verū
ſit vt tota celeſtꝫ curia exierit de celo obuiam btē
virgini in ſui aſſūptiōe: cū ſup̄mi angeli ad extra
nō mittant̄: vt tenēt doctores: ſm̄ illud qd̄ dicit
Diony. li. de angelica hierar. Suꝑiora inq̇t illa
agmina ab intimis nunq̄ꝫ recedunt: qm̄ ea que
ṗeminent vſum exterioris officij nunq̄ꝫ habent
Hec ille. Jtē de aīab; etiā ſanctoꝝ hoc in du-
biū videt̄ ꝟti. quia vt dr̄ Augꝰ li. de cura ꝓ mor-
tuis agenda inter mediū ⁊ finem: ꝙ defuncti vl'
defunctoꝝ anīe: viuoꝝ reb; intereſſe nō poſſūt.
Un̄ nō videt̄ quō de celo beate aīe deſcēderūt et
in obitu btē Marie p̄ntes eſſe potuerint. Ad
hec r̄ndet̄ ſm̄ doc. ṗcipue Rich. de media villa
ſuꝑ. iiij. diſt. xlv. q. j. arti. iij. et concor. Frā. maro.
ꝙ de cōmuni lege illa agmīa ſuꝑiora angelorū
nō mittunt̄ ad extra. et ſimil'r anīe defunctoꝝ de
ſuis receptaculis exire non p̄nt de cōi lege: eoꝙ
ꝓhibent̄ a ſuꝑiori. i. dei ꝟtute: lꝫ ſi vellēt poſſent
ꝑ ꝓpriam ꝟtutē exire niſi ꝓhiberentur a virtute
ſuꝑiori. Et ſic accipienda ſunt verba Auguſtini
ꝙ anīe nō poſſunt intereſſe reb; viuoꝝ ꝑ ꝓpria ꝫ
naturam ꝓ tanto: qꝛ earum ꝟtus nō pōt cōtra-
ire virtuti ſuꝑiori q̃ ꝓhibent̄. ſed de lege cōi ꝓhi-
bent̄ exire ille anīe q̃ ſunt in purgatorio an̄ exple-
tā pniam. et ille anīe q̃ ſunt in inferno an̄ iudici-
um. Jlle aūt q̃ ſunt in celo exire nolūt vſq̄ꝫ ad tē-
pus reſumptiōis ſuoꝝ corpoꝝ: niſi videāt hoc
aliq̄n placere deo ex ſpeciali cauſa. Sic igitur ex
ſpeciali cauſa ⁊ ṗuilegio ſingulari cōceſſum eſt
btē ꝟgini ⁊ donatū vt oēs angeli ⁊ ſctōꝝ aīe de-
ſcēdant de celo in obitu btē ꝟginis Marie ꝓpt̄
eiꝰ reuerentiā maternā: vt honor debitꝰ exhibea-
tur matri dei. et cum ea iteꝝ aſcēderūt in celum.
Hec ſm̄ Rich. Tertio beata ꝟgo aſſumpta
eſt magnifico honore. qꝛ cum totius celeſtis cu-
rie iocūdiſſima exultatōe. De hoc Hiero. in ſer.
de aſſūptiōe dr̄. Hodierna die credendū eſt mi-
litiā celoꝝ feſtiue genitrici dei obuiam aduenis-
ſe: eamq̄ꝫ ingenti lumine circulfulſiſſe: et vſq̄ꝫ ad
thronū cum laudibus ⁊ canticis ſp̄ualib; ꝑdu-
xiſſe: celeſtem q̄ꝫ hieruſalē tunc ineffabili leticia
exultaſſe: ⁊ iocundatam inextimabili charitate
⁊ oī gratulatiōe iubilaſſe. qm̄ feſtiuitas hec que
nob̄ hodie reuoluit̄ annua: illis oīb; ē facta con-
tinua. Credit̄ q̄ꝫ ꝙ ipſe ſaluator ꝑ ſe totꝰ feſtiuꝰ
occurrerit ⁊ cum gaudio eam ſecum in throno
collocauerit. Hec Hiero. Hic aūt honor de-
ductiōis beate Marie in celū fuit ſup̄mꝰ reſpe-
ctu oīm ſanctoꝝ. quia aliq̄ꝝ ſanctoꝝ anīe aſſu-
munt̄ ꝑ vnum angelū tm̄ deducēde. ſ. ꝑ angelū
cuſtodem. ſicut putat̄ de ſaluandis cōib; hoīb;.
iuxta illud Exo. xxiij. Ecce mitto angelū meum
qui cuſtodiat te ī via. i. in vita iſta. Et ſequitur:
et inducat te in terrā quam ꝓmiſi. i. in patriam.
Alioꝝ aūt quorundā ſanctoꝝ anīe deducunt̄ a
plurib; angelis ſibi miſſis ꝓ merito ſue ſctitatꝫ.
Juxta illud Lu. xvj. Factū eſt vt moreret̄ mēdi-
cus ⁊ portaretur ab angelis ⁊c. Jtē alioꝝ adhuc
anīe deducunt̄ maiori honore a magna pluri-
moꝝ multitudine angeloꝝ. ſicut legit̄ de ſancto
Martino ⁊ q̄buſdā alijs ſanctꝫ. Sed btiſſima
ꝟgo Maria excellentiſſimū obtinuit honorem
ſuꝑ omnes. quia oēs q̄t erant angeli ⁊ inſuꝑ ipſe
met chr̄s deꝰ ei occurrit. Et ſic patet. Quarto
btā ꝟgo aſſumpta eſt magnifice. qꝛ cum oīm an-
geloꝝ laudedigna adminiſtratione. quia cū ipſa
cum tā ineffabili iocunditate ⁊ gloria aſſumere-
tur in celum: angeli admirando de tanta glo-
ria huius vnius puelle: in laudem eius fecerūt
queſtiones: ſicuti ⁊ chriſto aſcendente in celum
queſierunt dicentes. Quis eſt iſte qui aſcendit
de edom ⁊c. Eſaie. lxiij. Jtaq̄ꝫ hodie cum vidiſ-
ſent angeli hominem purum. id eſt beatam vir-
ginem ſuper omnem creaturam exaltari cui ſi-
mile viſum non fuerat: tunc eorū Prima hie-
rarchia admirando gloriam Marie ⁊ laudem:
dixit illud Canticoꝝ. vj. Que eſt iſta que aſcēdit
per deſertum ſicut ꝟgula fumi ex aromatibus

myrrhe ⁊ thurꝭ ⁊ vniuerſi puluerꝭ pigmentarij. Quibꝫ ꝟbis admirātes laudant eiꝰ hūilitatem qđ notaꝛ in virgula fumi. eiuſqꝫ caſtā ⁊ odoriferā deuotionē: qđ notaꝛ ī myrrha mortificatiōis et thure deuote orōnis. iuxta illud Pſ̄. Dirigaꝛ oratio mea in cōſpectu tuo ſic incenſum ⁊c̄. Laudāt etiā eiꝰ ꝟtutū oīm plenā pfectionē: cū dicūt: et vniuerſi puluerꝭ pigmētarij. His rn̄dit Eſaias Hec eſt inqt ꝟga quā pdixi. Egredieꝛ virga de radice ieſſe: et flos de radice eiꝰ aſcēdet: et requieſcet ſup eū ſpūs dn̄i. Eſa. xi. Secundaqꝫ angeloꝝ hierarchia de virginis gloria ait. Que eſt iſta q pgrediꝛ quaſi aurora cōſurgēs: pulcra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata Cant. v. Quia em̄ videbāt eā eſſe mediatricē ſalutꝭ oīm: ideo dicebāt: qſi aurora: q mediat inter diē ⁊ noctē. ita btā ꝟgo inter deū ⁊ creaturas. Itē videbāt eam dei matrē: ideo dixerūt: pulcra vt luna. qꝛ in luna videꝛ apparere imago hoīs fabri. ſic in Maria apparuit chrs fabricator mundi. Item videbāt eā eſſe ſpōſam dei patris charitate plenam: ideo dixerūt: electa vt ſol. Quam nouerant qꝛ ipſa cōtriuit caput ſerpētꝭ: ꝑpterea dixerūt: terribilis. ſ. demonibꝫ vt caſtrorū acies ordinata. Ad hāc eorū queſtionē rn̄dit Dauid. Hec eſt illa quā pdixi: qꝛ aſtitit regina a dextrꝭ tuis. ſ. o fili dei: in veſtitu deaurato circūdata varietate. Demū Tertia hierarchia admirādo dixit illud Cant. vj. Que eſt iſta q aſcendit de deſerto. i. ſeculo: quod deſertū eſt: qꝛ peccatoꝝ ſpinis obſitū et ꝟtutū gratijs incultum: delitijs affluēs. ſ. mltiplicꝭ glīe ⁊ plenitudis grē: innixa ſup dilecto. i. filio: qſi vnū cū eo: ſic exponit Bern̄. Ad qđ rn̄dit Ezechiel. Hec ē illa porta clauſa de qua ſcpſi. xliiij. ca. Porta hec clauſa erit ⁊ nō apieꝛ: ⁊ vir nō ptranſibit p eā: qm̄ dn̄s deꝰ iſrael ingreſſus eſt p eam: eritqꝫ clauſa pncipi ⁊c̄. Et Sapiēs ait illud ca. iij. Hec eſt q neſciuit thoꝝ in delicto: habebit fructū in reſpectiōe aiaꝝ ſanctarū. Et iterū. Iſta eſt ſpecioſa mr̄ filias hierl̄m ſicut vidiſtis eā plenā charitate ⁊ dilectiōe. Sicqꝫ in celū gaudēs ſuſcipiꝛ ⁊ pmagnifico honore in illo celeſti ſolio ſublimata ab oībꝫ collaudaꝛ ⁊ honorificētiſſime extolliꝛ: circūdata ſctōꝝ agminibꝫ: ſine termio eius laudes cōcinētibꝫ. De h̄ btūs Gerardus epS ⁊ martyr in ſuis Homelijs dr̄ ſic. Solꝰ dn̄s Jeſus chrs pōt hāc magnificare quēadmodū fec̄ vt ab ipa maieſtate laudē ꝯtinue accipiat ⁊ honorē: angelicꝭ ſtipata choris: archāgelicꝭ vallata turmis: thronorū hincinde poſſeſſa iubilatōnibꝫ: dn̄ationū circūcincta tripudijs: pncipatuū circūſepta obſequijs: poteſtatuū amplexata plauſibꝫ: ꝟtutū girata honoribꝫ: cherubin circūſtantionata hymnizationibꝫ: ſeraphin vndiqꝫ poſſeſſa ineffabilibus cantiōibꝫ. Ipſa q̄ꝫ ineffabiliſſima trinitas perenni i tripudio ſibi applaudit: atqꝫ ſua gr̄a in ea tota redūdante oēs eidē attēdere facit. Aploꝝ ſplēdidiſſimus ordo ineffabili laude illam extollit. Martyꝝ multitudo oīmode ſupplicat Dn̄e tāte. Confeſſorū exercitꝰ innūerabilis cōtinuū ſibi pſonat canticū. Uirginū cādidiſſima contio iugem choreā ad ſuam celebrat glīam Hec ille. O igiꝛ chariſſimi: oēs eam magnificemꝰ in terrꝭ q tantis honoribꝫ extolliꝛ in celis.

Articulus. III. de corona btitudinis q̄ bn̄dicta Maria in celum aſſumpta extitit glorioſiſſime laureata. Aſſignanꝛ aūt h̄. xij. corone.

Quantum ad tertiū myſteriū de corona btitudinis q̄ btā ꝟgo eſt laureata in celorū regno Notandū ꝙ ad numerū. xij. ſtellarū ſm ꝙ vidit Joan. in Apoc. ipam btiſſimam ꝟginē coronatā fore in capite corona. xij. ſtellaꝝ: poſſumꝰ deſcribere. xij. coronas q̄s accipe poſſumꝰ ex ſacra ſcptura ⁊ theologorū ſnia: qbus ipſa ē ſupexcellenter coronata.

Prima corona dr̄ aurea. ſ. eſſentialis.
Scđa dr̄ aureola virginalis.
Tertia dr̄ aureola ipſiꝰ pdicatſonis.
Quarta aureola eiꝰ martyrij ⁊ paſſionis.
Quinta dr̄ corona vite
Sexta dr̄ laurea palme vel victorie.
Septima dr̄ corona iuſtitie.
Octaua dr̄ decoris diadema ⁊ ſpeciei
Nona dr̄ corona regalis.
Decima dr̄ corona ſponſalis.
Undecima dr̄ corona glorie honoris
Duodecima corona ptātiue iuriſdictionis.

Prima itaqꝫ corona dr̄ aurea q̄ eſt glīe ſubſtātialis pmiū. Hec ſm doctores ſup. iiij. ſen. diſt. xlix. cōſiſtit in clara viſione dei ⁊ ſctiſſime trinitatis pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti. atqꝫ in eiꝰ fruitiōe ⁊ ſempitna tētiōe. Hec corrūdet triplici ꝟtuti theologice q̄ vniꝛ h̄ aīa deo p grām vicꝫ fidei ⁊ charitatꝭ ⁊ ſpei. Un̄ his tribꝫ ꝟtutibꝫ in via ſuccedūt tres dotes aīe in pr̄ia. qꝛ viſio diuīa ſuccedit fidei: q̄. ſ. viſione dotabiꝛ potētia aīe intellectiua q̄dā habitu luminoſo ſupinfuſo q̄ eleuaꝛ ad deum clare ſicut eſt videndū in ſumma ⁊ ineffabili iocūditate. Itē fruitio amoris ſuccedit charitati p quā volitiua potētia aīe inheret deo tanq̄ ſumme bonitati: et tota aīa fruiꝛ inenarrabilis dulcedinis affluētia in ipo. Deniqꝫ tētio ⁊ perpetua poſſeſſio ſuccedit ſpei p quā ſm memoriam gratificaꝛ ⁊ glīficaꝛ aīa innixa ſūme maieſtati ſecura pfectiſſime de ppetuatiōe glīe ⁊ tētiōis dei. Un̄ Eſa. lx. Tunc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabiꝛ ⁊ dilatabiꝛ cor tuū ⁊c̄. Qm̄ aūt btiſſima ꝟgo ſupexcellēter p oībꝫ alijs fulſit in hac vita ꝟtutibus in premiſſis: fide: ſpe: ⁊ charitate. ꝗ improportionabiliter ſup oēs hanc aureā coronā glorie ſubſtātialis glorioſiſſime obtinet in patria. De hac accipi poteſt illđ Eccl̄iaſtici. xlv. Corona aurea

ſup̱ caput eius expſſa ſigno ſcitatis: glīa bono-
ris ⁊ opꝰ fortitudis. Dicit̃ aũt corona aurea q̄a
radici charitat̄ ħ p̄miũ eentiale corrñdet vt vo-
lũt doc. et nõ generi op̱is. Aurꝫ ṽo eſt icorrupti-
bile: in q̄ notat̃ charitas q̄ nunq̄ʒ excidit. j. Cor.
xiij. Itē aurꝫ delectabiliꝰ refulget: in q̄ notat̃ viſi-
onis fruitiue claritas. Deniq̄ʒ q̄ꝛ corona aurea ē
circularis figure cuiꝰ nõ eſt reꝑire finem: ideo in
hoc notat̃ ꝑpetuitas. O q̄ʒ iocũda. O q̄ʒ glīoſiſſi-
ma eſt iſta corona bt̄e ṽginis q̄ pre oīb; angelis
et ſctis videt deũ patreʒ ⁊ ab eo genitũ filiũ atq̄ʒ
ſpũmſctm̄ ab vtroq̄ʒ ꝓcedentē. Nã vt ait Bern.
ſup̱ Cant̃. Reuera illud ſolũ eſt verꝫ gaudiũ qḋ
de creatore cõcipit̃: cui compara oīs aliunde io-
cũditas meroꝛ ē: oīs ſuauitas doloꝛ eſt: oē dul-
ce amarꝫ: oē decorꝫ fedum: oē poſtremo qḋ dele
ctare põt moleſtũ eſt. O q̄ʒ felix illa regio in q̄ in-
grediemur ad viſionē diuinitat̄: ⁊ egrediemur
ad viſionē hũanitat̄ chr̄i: et vtrobiq̄ʒ paſcua dul
cedĩs eterne iueniemꝰ. ⁊ q̄d tũc eſt in glīoſiſſima
dei matre. O vere glīoſa dicta ſunt de te ciuitas
dei noſtri. Scḋa corona dr̄ aurea virginalis.
Nã ẜm doc. ſup̱. iiij. diſt. xlix. aureola p̄cipua da
tur ṽginib;. vñ ⁊ de eis canit eccl̄ia. Ueni ſpõſa
chr̄i accipe coronã quã tibi dñs preꝑauit in eter
nũ. Et qm̄ glīoſa dei mr̄ eſt ṽgo ṽginũ q̄ nec pri
mã ſil̄em viſa eſt nec h̄re ſequentē. ideo ip̄a coro
nata eſt in hac aſſumptiõe hac corona q̄ dr̄ aure-
ola ṽgīalis q̄ cõꝑat̃ lilio ꝓp̄t puritat̄ albũ cãdo-
re: iuxta illḋ Cant̃. ij. Sicut liliũ inter ſpinas: ſic
amica mea inter filias. vñ hec eſt liliũ. Tertia
corona dr̄ aureola p̄dicationis. de q̄. j. Pet. j. dr̄
Seniores paſcite. ſ. p̄dicatiõe q̄ in vobis eſt gre
gē vt ꝑcipiat̄ imarceſſibilē ⁊ interminabilē glo
rie coronã: q̄. ſ. debet̃ p̄dicatorib;: vt volũt doc.
ſup. iiij. Et hec dr̄ ſtella. q̄ꝛ vt ſcribit̃ Dañ. xij. qui
docti fuerint fulgebũt q̄ſi ſtelle in ꝑpetuas et̄ni-
tates. Hac etiã corona eſt coronata b. ṽgo que
ſũmos etiã p̄dicatores totius fidei catholice. i.
apl̄os ⁊ euãgeliſtas docuit. vñ Apoc. xij. ſcribit̃
ꝙ in capite eius. ṽginis eſt corona. xij. ſtellarꝫ.
q̄ꝛ ipſa fuit mgr̄a ⁊ doctrix apl̄orꝫ. xij. et oīm ar-
ticulorꝫ fidei q̄ in. xij. articulis ſymboli precipue
compꝛhendunt̃. Quarta corona martyrij: cui
debet̃ aureola ẜm doc. Et q̄ꝛ ipſa b. ṽgo marty
riũ maximũ pre alijs paſſa ē in filij cõpaſſione:
cuiꝰ aīam gladiꝰ doloris ꝑtranſiuit: in q̄ dolore
oēs alios martyres exceſſit: vt patuit li. iij. p̱. iij.
ar. j. ḡ ſũmã coronã martyrij ꝓmeruit. Et hec eſt
corona tanq̄ʒ roſea ꝓp̄t rubꝛꝫ ſanguinē. ſ. dñi Je
ſu quē effudit in cruce p̄ñte ſua mr̄e ⁊ cõpatiēte.
Uñ de ipſa canit̃ in officio hodierno. Uidi ſpe-
cioſam q̄ſi colũbã aſcendētē deſup̱ riuos aq̄rꝫ. i.
angelorꝫ: et ſic̄ dies verni circũdabant eã flores
roſarꝫ ⁊ lilia conual. Quinta corona vite. de q̄
Apoc. ij. Eſto fidelis vſq̄ʒ ad mortē ⁊ dabo tibi
coronã vite. Et Jac. j Btũs q̄ ſuffert tētationeʒ
q̄m̄ cũ ꝓbatꝰ fuerit accipiet coronã vite. Hec di

uerſificat̃ ẜm triplicē ſtatũ vite ſaluãdorꝫ in tri-
plici ḡdu cõtinentie. ſ. Cõiugalis: cui debet̃ fru-
ctus triceſimꝰ. Uidualis: cui debet̃ fructꝰ. lx. et
Uirginal̄: cui debet̃ fructꝰ cēteſimus ẜm Bona
uē. et alios theologos. iuxta illḋ Mat. xiij. Se-
mē cecidit in terrã bonã ⁊ ortũ fecit fructuʒ: aliḋ
cēteſimũ: aliud. lx. aliud. xxx. Eſt ḡ fructꝰ p̄miũ il
lius celeſt̄ corone vite bt̄e q̄ correſpondet ſtatui
cõtinētie in q̄ q̄ſquis ꝓbatꝰ fuerit ⁊ fidelis vſq̄ʒ
ad mortē accipiet coronã p̄mij ẜm gradũ ſui ſta
tus ⁊ fructꝰ. Sed qm̄ dei mr̄ ꝑfectiſſime meru-
it in q̄libet ſtatu p̄dicto. Nã fuit cõiugata conti-
nētiſſima: q̄ꝛ deſpõſata Joſeph. ſed nõ in cõcupi
ſcētia iũcta. Itē fuit vidua caſtiſſima poſt mortē
Joſeph ſpõſi. Fuit q̄ʒ cũ his ṽgo ꝑpetua. Oim
ḡ electorꝫ fructꝰ ⁊ coronã vite glīoſiſſima obti-
net. Sexta corona dr̄ palma victorie. de qua
apl̄s. ij. Corꝫ. ij. Nõ coronabit̃ niſi q̄ legitime cer
tauerit. Et Apoc. vij. dt̄ Joã. ſe vidiſſe palmã in
manib; ſctõrꝫ. Eſt aũt palma ẜm doc. q̄ddã p̄mi
um celeſte ⁊ gaudiũ qḋ debet̃ nõ radici charita-
tis nec op̱i: ſed volũtati. et ħ dat̃ talib; ſctis q̄ ꝑ-
fecte vicerũt ſeipſos adeo vt voluntatē ⁊ plenũ
deſideriũ habuerint patiēdi ꝓ chr̄o martyriũ: lʒ
diuia diſpēſatiõe effectũ nõ ſint cõſecuti. Uñ de
btõ Martino canit eccl̄ia. O ſctiſſima aīa quã
etſi gladiꝰ ꝑſecutoris ñ abſtulit: palmã tñ mar-
tyrij nõ amiſit. Et cõſimil̄r de ſctõ Frãciſco. Hãc
vtiq̄ʒ palme coronã btã ṽgo p̄celletiſſime ꝓme-
ruit qñ ſeipam cũ ꝓprio filio ĩ mõte caluarie paſ-
ſioni obtulit vbi ⁊ gladiuʒ doloris in compaſſi-
one ꝑtulit: et milleſies ibidē mori ꝓ filio ⁊ cũ fi-
lio dño Jeſu deſiderauit. Qḋ teſtat̃ Berñ. in tra
ctatu de cõpaſſione bt̄e ṽginis. et cõcor. Anſ̄. in
ꝑſona Marie: dicētes ſic. Aſpiciebã dñm ⁊ filiũ
meũ in cruce pendentē ac morientē: et tãto dolo-
re vexabar in mente ꝙ nõ poſſum explicare ſer-
mone. Iſte erat doloꝛ mihi maximꝰ q̄ꝛ videbam
me deſeri ab ip̄o quē ṽgo conceꝑam ⁊ genuerã
q̄ mihi erat vnicꝰ. videbã mori quē dilexit aīa
mea ⁊ tota liq̄fiebã pre anguſtia: dabã gemitus
et ſuſpiria: ploꝛabã ꝑ talia ṽba. O fili chare. O
benigne nate. o amoꝛ vnice: da mori tecum ⁊ ne
derelinq̄s me. Nil mihi dulciꝰ vere q̄ʒ mori tecũ
amplexata cruce. et nil amariꝰ certe q̄ʒ viuere ſi-
ne te. Hec ⁊ plura ibidē. vnde patet q̄ꝛ palme co
ronam habet. Septima corona iuſticie q̄ eſt
p̄miũ mercedis ꝓ retributiõe bone operationis
eoꝙ ẜm iuſticie equitatem vnuſquiſq̄ʒ propriã
mercedem accipit a deo ẜm ſuum laborem: te-
ſte apl̄o. De hac corona idem dicit. j. Timot̃. iiij.
Bonum certamen certaui: curſum ꝯſummaui:
fidem ſeruaui. ĩ reliquo inquit repoſita eſt mihi
corona iuſticie quã reddet mihi dñs iuſtus iu-
dex. Uñ q̄ꝛ btã ṽgo plus oīb; laborauit in gr̄a
ꝑabũdantiſſima ⁊ in amoris diuini p̄eminētia:
oīs boni op̱is merito fuit pleniſſima: vt claruit
libro. vij. parte. ij. ideo ſummam hanc coronam

mercedis ꝛ retributiōis diuīe iuſticie in aſſum-
ptiōe adepta extitit. Si q̄ ppe vt habet̄ Prouer.
xiiij. corona ſapiētū coꝝ diuitie vicꝫ ꝟtutū ꝛ ope
rū meritoriorū: multo forti⁹ hec corona in ꝟgi-
ne btā habet locū. Octaua corona dr̄ decoris
diadema ꝛ ſpeciei .i. pulcritudinis. de q̄ ſcptū est
Sap̄. v. ca. Accipiēt .ſ. ſcti regnū decoris: ꝛ dia-
dema ſpeciei de manu dn̄i. Hoc diadema deco-
ris ſpeciei dat̄ p̄cipue illis ſctis qui in puritate
innocētie vixerunt ꝛ ſine macula ſūt an̄ thronū
dei: q̄ ſequunt̄ agnū q̄cūqꝫ ierit: ꝛ cantāt cāticū
nouū qd̄ nemo ali⁹ pōt cātare: vt ſcribit̄ de ſctis
talib⁹ Apoc. xiiij. Hec ꝟtus rara ē: et ſic hec coro
rona decoris nō valde mltoꝝ. qꝛ vt ait Aug. de
ciui. dei. li. xxj. Pauciſſimi inqt ſunt tāte felicita
tis vt ab incūte adoleſcētia nulla dānabilia pec
cata cōmiſerint. Taliū itaqꝫ ſctoꝝ p̄miū ꝛ gau-
diū ſpeciale qd̄ hn̄t de innocētie puritate ꝛ icor-
rupta mūdicia dr̄ diadema decoris ꝛ ſpeciei. q̄a
ꝑpter puritatē incorruptā in q̄ ē decor aīe ꝛ pul-
critudo ſūma: dabit̄ eis q̄dem decor glīe accidē-
talis in futuro: ſm doctores ſup. iiij. Et qm̄ btā
virgo ſup oēs creaturas fuit puriſſima tāta pu-
ritate q̄ maior ſub deo neq̄t intelligi: teſte Anſ.
li. de cōceptu ꝟginali. ideo ſūmi decoris ꝛ indici
bilis pulcritudīs coronā poſſidet adeo ꝙ oīm
angeloꝝ ꝛ ſctoꝝ decor reſpectu decoris b. ꝟgis
eſt ſic lux lune ꝛ ſtellaꝝ reſpectu ſolis. Vn̄ Eccī
xxvj. Sicut ſol oriēs in altiſſimis dei: ſic mulie-
ris bone ſpēs .i. Marie: in ornamētū dom⁹ ſue .i.
celeſtꝫ patrie. Hinc ꝛ Cant̄. vj. dicit ad eā deus.
Tota pulcra es amica mea: ſuauis ꝛ decora: et
macula nō eſt in te ꝛc. Nona corona regalis q̄
btā ꝟgo eſt coronata tanq̄ regina celi ꝛ dn̄a mū
di. iuxta illud Ps̄. Aſtitit regina a dextris tuis
in veſtitu deau. cir. va. In hui⁹ figurā Heſter. ij
ſcptū eſt. Adamauit eā rex ſup oēs mlieres: ꝛ po
ſuit diadema regni ſup caput ei⁹. Decima co-
rona ſponſalis. qꝛ ipa eſt ſpōſa ſūmi ꝛ etn̄i regꝫ:
et ideo coronam ſponſalē glorioſiſſima obtinet.
Vn̄ Eſa. lxj. ait. Tanq̄ ſponſam decorauit me
corona dn̄s: et indumēto iuſticie circūdedit me.

Undecima corona: glorie honoris. de q̄ Ps̄.
Glīa ꝛ honore coronaſti eū dn̄e: ꝛ cōſtit̄. eū ſup
o. ma. tuaꝝ. Hac corona btā dei mr̄ eſt hodie co
ronata qn̄ ad tante dignitatꝫ glīam ꝛ honorem
eſt ꝑuecta ꝛ exaltata: vt ab oīb⁹ creaturꝫ celeſtib⁹
ꝛ terreſtrib⁹ ſit honore debito adoranda: laudā-
da: et glorificāda tanq̄ dei mr̄ digniſſima que ī
celeſti patria ab oīb⁹ ſctis ꝛ angelis laudat̄ per
ſecula: dicēdo illud Judith. xv. Tu glīa hierlm̄
tu leticia iſrael: tu honorificentia ppli noſtri. In
cui⁹ ſignificationē Joan. in Apoca. ca. iiij. vidit
ꝙ ſancti mittebant coronas ſuas an̄ thronū: di-
cēdo. Dign⁹ es dn̄e de⁹ nr̄ accipe glīaꝫ ꝛ honorē:
qꝛ tu creaſti oīa. Thron⁹ nēpe dei eſt btā ei⁹ mr̄:
ante quā mittūt ſuas coronas ꝓ ſigno adorati-
onis: et deum in ſe ꝛ in ſua matre collaudāt.

Duodecima corona dr̄ poteſtatiue iuriſdicio
nis: q̄ eſt tanq̄ corona de lapide p̄cioſo q̄ dat̄ a
deo ſuis filijs ꝛ electꝫ ī celo. iuxta illd̄ Ps̄. Po-
ſuiſti ī capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioſo. Et h̄ in
ſignū ꝙ ſūt filij regꝫ etn̄i: heredes qꝫ dei ꝛ cohe-
redes chri ad regndū cū ipſo in ſecula ſeculorū.
Et ſic in ſignū ptātꝫ regalis corona eis debet̄ vt
ſignificet̄ qꝛ in illo regno p̄nt oīa q̄ deſiderāt et
volunt impetrare a deo ꝛ hr̄e. ꝑpter qd̄ idē Ps̄.
p̄mittit ibidē d. Deſideriū cordis ei⁹ tribuiſti ei: ꝛ
volū. la. e. nō frau. eū. Multo aūt excellenti⁹ pre
oīb⁹ hāc coronā btā ꝟgo habet q̄ ptātem plenaꝫ
obtinet: nō eīm mō vt filia regꝫ etn̄i: ſed ꝛ vt mater
atqꝫ ſpōſa ꝛ dn̄a regni: q̄ n̄ ſolū impetrādi habet
ius ꝑut alij ſcti tanq̄ filij ꝛ filie: ſed etiā iuriſdici
onē habꝫ impandi deo tanq̄ mr̄ filio: vt fiat qd̄
ipſa vult petere: iuxta illud legꝫ p̄ceptū. Hono-
ra patrē ꝛ matrē ꝛc. Vnd̄ oīs ptās iuriſdicionis
Marie tradita eſt. Et ideo ipa dr̄ Eccī. xxiiij. In
hierlm̄ ptās mea. Bern̄. Data eſt tibi o Maria
oīs ptās in celo ꝛ in terra: vt q̄cq̄d voluerꝫ vale-
as impetrare. Ad hanc aūt corona oīmode pote
ſtatꝫ inuitata eſt btā ꝟgo a deo in hac aſſūptiōe:
ſicut ſcribit̄ Cant̄. iiij. vbi dicit de⁹ ad eam. Veni
de libano ſponſa mea: veni de libano: veni coro
naberis de capite amana: de capite ſanir ꝛ her-
mon: de cubilib⁹ leonū: de montib⁹ pardorum.
Hec ibi. In q̄b⁹ ſacratꝫ verbis oſtendit̄ ꝙ beata
ꝟgo iuitata de libano caſtitatꝫ (etenī liban⁹ can-
dor interp̄tat̄) tanq̄ ſponſa dei p̄dilecta extitit co
ronata q̄ntuplicꝫ ptātꝫ corona. Primo q̄dē co
rona ſibi tradita eſt ptātꝫ de capite amana .i. de
his q̄ ſunt in anguſtia purgatorij vel cuiuſcūqꝫ
neceſſitatꝫ ꝛ tribulatiōis atqꝫ aduerſitatꝫ cōſtitu
ti: vt vicꝫ talib⁹ cōfugiētib⁹ ad ipſam exhibeat ſe
btā ꝟgo tanq̄ matrē miſcđie eos ſubleuando.
Nā amana mons ſicelie eſt. et ſm Hiero. inter-
p̄tat̄ cōprimens eū: aut coanguſtatio ei⁹: et ideo
ſignificat in anguſtia poſitos. et in capite hui⁹
montis ſignificat̄ ſummitas in talib⁹ anguſtijs
Scđo corona ptātis data eſt Marie de verti
ce ſanir .i. de gratia ꝛ gloria iuſtis diſpenſanda
Nam ſanir ſm Hiero. interp̄tatur deus lumi-
nis vel deus lucerne ſeu nouitatem attollēs. et
eſt ſanir mons in Judea. et ideo cōuenienter ſi-
gnificat iuſtos q̄bus deus dat lumē glorie ꝛ lu-
cem grē attollēs nouitatē .ſ. p ꝟtutū ꝑfectū. Et
in ꝟtice ſūmitas donoꝝ ipſoꝝ ſignificat̄. De iſtꝫ
igit̄ eſt coronata Maria vt ſit mr̄ grē et glīe.

Tertio coronata eſt de ꝟtice hermon q̄ etiam
eſt mons Judee ꝛ interp̄tat̄ anathema meroris
ſm Hiero. et ideo ſignificat pctōres magnos et
vſqꝫ ad ſūmū ꝟticē in delictꝫ exiſtentes. qꝛ tales
ſunt anathemate peccati ligati digni ad merorē
gehenne: dicēte Ps̄. Maledicti qui declināt a
mādatꝫ tuis. De talibus coronata eſt Maria vt
ad eam ꝯuerſis ſit mr̄ venie: remiſſionem pecca
torum a filio impetrando verāqꝫ p̄niam infun-

dendo. Quarto coronata eſt de cubilib9 leo-
nū.ſ.infernaliū demonū:q̄ tanq̄ leones rugien
tes circuīcunt q̄rētes quē deuorēt:vt dr̄ Petr9.j
cano.v. In q̄z cubilib9 ſūt hoīes īfideles ⁊ de-
ſperati q̄ noluīt cōuerti.De his etiā coronā ptāʒ
accepit Maria:vt ſit ꝯ eos mr̄ victorie ⁊ ꝓtecti-
onis ſuoꝝ. q2 ꝑ ipam cōtritū eſt caput ſerpentʒ:
